N. V. 1. ibi, *Ideoq; in ea executione fieri non debere.* Quando emphiteosis possit capi pro debitis emphiteotæ, & quādo in ea executio possit fieri, & an veniat in generali honorū obligatione, vide Bart. Alex. Imol. & omnes in l. si finita. §. de vectigalibus. ff. de damno in secto, & Parladorium. lib. 2. rerum quotidianarum. cap. fin. part. 5. §. 3. num. 33. Auend. respons. 13. per totū, Cald. de nominatione emphiteotica. quæst. 23. à nu. 10. cum sequentib. Corbul. in tract. de cautis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob alienationem. limitatio. 19. & quæst. 4. num. 8. Barfat. cons. 44. per totum, lib. 1. Curt. Iun. cons. 130. las. in l. si nu. 66. C. de iure emphiteotico, & in l. si domus. §. si. num. 3. ff. de leg. 1. Valle cons. 80. num. 35. lib. 1. Iul. Clar. lib. 5. sententi. rum. §. emphiteosis quæst. 28. Barfat. cons. 32. nu. 36. lib. 1. & in l. udo Viui. decis. 285. Rol. cons. 98. nu. 17. lib. 2. Federi. Scotum cons. 25. lib. 4. tomo. 2. Oiascum decis. Pedem. 161. & 162. Menoch. cons. 130. lib. 2. Matth. Brunum cons. 100. num. 2. & cons. 104. lib. 1. per Menoch. & cons. 215. lib. 3. Botam cons. 63. à num. 18. Sforciam cons. 4. à num. 19. Vincent. Francum decis. 226. latè Felicianū in tract. de censibus lib. 2. c. 5. num. 14. & 15. Iul. Clar. vbi supra quæst. 18. Corbul. limit. 33.



# Prima pars Additionum

Menef. in l. 3. C. de seruitutibus. num. 8. Corbul. vbi supra ampliatione. 49. & vide l. 29 tit. 8. par. 5. & ibi Greg. Rip. in l. cum filius. §. diui. num. 9. ff. deleg. 1.

**Communis resolutio est, quod quando emphiteosis non est hereditaria, si concessa pro se & filijs, ut filijs, non potest capi pro debitis emphiteotæ, nisi sola commoditas, durante eius vita, ex notata per Bart. & omnes in l. quod dicitur. ff. de verborum obligationibus. quando vero est hereditaria, concessa pro se & heredibus, tunc in ea potest executio fieri absque domini licentia, licet ante adeptam possessionem, & post factam aditionem debeat requiri dominus, quamuis laudemium secundum Ias. illi solui non debeat, contradicente Auendaño vbi supra sed opinionem Ias. veriorē puto, & quæ magis in praxi versatur; imò etiam si esset emphiteosis empta ex pecunia patris, idem crederem, saltem quoad illam pecuniam, si hereditaria non sit, ex Antonio de Gamma hic, & Senatore Caldas Pereira in d. tract. quæst. 19. num. 25. qui Bald. Gozadinum & alios allegat, & ex Alvaro Valasco in tract. iuris emphiteotici. quæst. 49. num. 7. licet videantur contradicere cum Corneo, Riminaldo. Jun. conf. 18. à num. 37. cum sequentibus lib. 1. Cephal. conf. 302. nu. 66. lib. 3. quorum opinio, quo ad illam pecuniam, mihi non vera nec practicable videtur: tum etiam, si emphiteosis ex instrumento concessionis potest alienari absque domini licentia, eo requisito, si pro tanto velit emere, ut in casu tex. in l. fin. C. de iure emphiteotico, & dictæ legis partitæ, non video quare etiam non possit capi pro debitis emphiteotæ, cum & hæc alienatio sit. Sitamen in ea prohibita esset alienatio, saltem sine domini licentia, tunc sola commoditas capi poterat: & ita procedunt quæ Ias. Burf. & Gamma &**

alij vbi supra dicunt, & quæ notantur in dicto. §. de vectigalibus, & in dicto. C. iur. arg. tex. in l. fin. C. de prohibita rerum alienatione. Præterea si esset in aliquo loco consuetudo, ut bona emphiteotica cum domini licentia aut requisitione possint alienari in præiudicium sequentium vocatorum, ut est in villa Sancti Facundi, non video, quare etiam non possint capi pro debitis emphiteotæ, ex his quæ notat Gozad. conf. 79. num. 45. & Valas. in num. 7. in fine, non tamen posset ipse emphiteota dare ipsa bona in solutum creditori voluntarie absque domini licentia, si absque ea essent prohibita alienari, ex Corbulo, & supradictis; sed, ut dixi, quando est prohibita alienatio, idem est de alienatione voluntaria & necessaria ultra tempus vitæ emphiteotæ; & quando non est prohibita, possunt dari in solutum in forma dicta; & sic intelliguntur omnia quæ Doctores confuse nimis de hac materia tractant: vnde quando alienatio est prohibita, verum puto, quod in concursu creditorum præferatur creditor qui prius obtinuit licentiam à domino ad emphiteosim sibi adiudicandam aut obligandam; & ita procedunt quæ Burfatus & alij, quos ipse allegat, dicunt. Si tamen non essent prohibita alienari, veniunt in generali, & speciali obligatione, ex tex. in l. lex vectigali. ff. de pignoribus, & in l. tutor. §. fin. ff. de pignorat. actio. & ex glo. communiter approbata in d. l. fin. glo. magna: vnde primus creditor præferretur ex supradictis, & in hoc casu male consuluit Burf. vbi supra, qui tamen credo quod in hoc casu non consuluit.

Vnde etiam inferitur, quod in casu quo sunt prohibita alienari, non poterunt etiam pignorari tacite nec expresse, nec in speciali, nec in generali, ex d. l. si. nec veniunt in generali obligatione nisi sola commoditas, quæ inter bona,

consumuntur.

## Ad Decisio. Anton. Gamma.

6

consumuntur, nec in eis poterit census constitui ex parte proprio motu Pij Quinti, qui in bonis immobilibus iubet eum constitui: & commoditas non est immobilis, nec ius reale, ut late fundat Corbulus vbi supra dicta ampliatione. 49. & in hoc casu non procedet resolutio Feliciani vbi supra: in casu vero quo non prohibeatur alienari, vel sint hereditaria, vel soleant ex usu alienari, veniunt in generali bonorum obligatione, ut Burf. Rip. & omnes dicunt, & poterit in eis census fundari durante actu, ex Feliciano vbi supra, nec tamen poterit in eis capellania collata dotari, nec in dotem ecclesiæ dari, quia censerentur transire in personas ecclesiasticas aut ecclesias, quæ alienatio semper est prohibita, ex Lamberti no in tract. iuris patronatus lib. 1. part. 1. quæ t. 5. arti. 4. in princip. Corbul. vbi supra limitatione. 20. num. 1. & sic iam constitui, & hæc est vera totius materiæ resolutio. Num. 4. ibi: *Hereditatem repudiare, & emphiteosim acceptare.* Vide Alvarum Valascum in d. tract. c. 44. nu. 67 & 8. Couar. lib. 2. variarum. c. 18. verum *Quinta conclusio.* & dictum Senatore Caldas in dicto tract. quæst. 12. à num. 45. cum sequentibus, vbi Ias. & alios quam plures allegant, & in omnibus cum auctore concordant.

Num. 5. ibi: *Filius acceptans.* Hæc conclusio non est absque dubio, quamuis, ut diximus ad decis. 4. num. 3. melioramenta facta ab emphiteota, sint bona hereditaria; imò credo eam penitus falsam: nam si bona emphiteotica empta, non sunt bona hereditaria, nisi quo ad pretium, quod pro eis exsolutum est, aut bona emphiteosis de providentia, scilicet pro se & filijs, non sunt bona hereditaria, nisi quo ad melioramenta, acceptio illorum potest implicare, ut non hereditariorum, & ut hereditariorum,

vnde dubia est, & ex actu dubio, qui potest inducere aditionem & non aditionem, non inducitur aditio, ex notatis in l. pro hærede, & in l. si quis extraneus. ff. de acqui. hæred. & in l. 1. C. de rep. hæred. & per Marant. latissime in l. is potest ff. de acq. hæred. imò cum denominatio debeat sumi à principaliori, & principalius sit emphiteosis ipsa, non hereditaria, quam illi adiacentia, emphiteosis ipsa, ut sic, erit obiectum talis acceptationis; vnde cum debeat illi dare speciem, formam, & denominationem dabit, non, ut est hereditaria, sed ut extra hereditatem est; & sic non erit acceptatio rei hereditariæ, & per consequens nec actus aditionis; maxime quia ius emphiteoticum, vel emphiteosis, & melioramenta, maxime differunt, ex Valas. in dicto tract. lib. 1. quæst. 1. à num. 19. & ibi in fine dicit, quod emphiteotica bona non veniunt in generali bonorum appellatione, sed sola melioramenta, aut commoditas pro vita emphiteotæ: quod intelligendum est secundum supradicta: & cum hac censura bene procedunt omnia alia quæ Gamma in hoc num. 4. & sequenti dicit.

Num. 7. ibi: *An per talem stipulationem queratur ius utile filio.* An pater possit filijs in emphiteosi præiudicare, repetries infinitos auctores maxime dissidentes; vide latissime per Iul. Clar. in dicto. §. emphiteosis, quæst. 161. & melius per dictum Alvarum Valascum in dicta quæst. 49. per totam, Senatore Caldas in dicto tract. quæst. 15. à num. 3. Fabiam Turretum, qui infinitos allegat, modernos & antiquos, conf. c. 1. nu. 27. & 69. Aretin. in §. si quis alicui, hic allegato, Riminal. & Cepha. vbi supra: Et licet omnes opiniones contrariæ communes sint, verior resolutio est, quod quando emphiteosis est hereditaria, pater potest filijs præiudicare. Idem censerem, quando est empta pecunia

cunia patris, saltem quo ad ipsam pecuniam, vel quando liberè vendi potest siue ex pacto, siue ex consuetudine, vt supra diximus: quia tunc vt hæreditaria censenda est: quando verò non est hæreditaria, nec vendi potest, tunc nullatenus potest præiudicare, si emphiteosis antiqua sit: si verò sit noua, ab ipso patre acquisita pro se & filijs, tunc si ob merita, aut pecuniam patris acquisita sit, sibi & filijs, vel natis vel nascituris, quod ferè semper fit, tunc respectu filiorum in potestate, iudicatur vt profectitia, & ius irrevocabile ipsis non acquiritur vsque ad mortem patris, ex l. donationes. C. de donatio. in ter virum & uxorem, ac proinde patris potest præiudicare: & quia de profectitijs liberè pater potest disponere, vt sentit Alua. Valas. vbi supra. Si verò sit donatio gratuita, æqualiter patrem & filios respiciens, aduentitia est, & eis ius acquiritur irrevocabile, cui pater præiudicare non potest, ex l. fin. ff. de pactis, notant. DD. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. Si verò filij sint emancipati, semper ius eis irrevocabile acquiritur, cui pater præiudicare non potest: & hæc est vera totius materie resolutio, secundum quam & alias supradictas, videbis an bene vel malè sit iudicatum in casu præsentis decisionis.

Additio ad Decisionem Sextam.

**N**um. 1. & 2. & per totam decisionem: an monachus, siue monasterium, possit succedere in maioratibus & feudis, patronatibus & annuversarijs, videndus est omnino Lud. de Molina lib. 1. de Hispanorum primogenijs. cap. 13. à num. 68. cum sequentibus. & Senator Cal. in tractat. de nominatione emphiteotica. quæst. 6. num. 1. & 2. & à num. 10. cum sequentibus. & Matienço in l. 1. glo. 1.

à num. 16. tit. 7. lib. 5. recep. Peguera in repet. capituli Item ne super laudemio vers. 7. fol. 93. à num. 30. & num. 28. Aluarad. in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 2. c. 3. à num. 1. cum sequentibus. Doctor Spino in tract. de testamentis, glo. 12. à num. 33. cum sequentibus. & vide Velazquez de Auendaño in l. 40. Tauri, glo. 4. à num. 9. cum sequentibus. elegantissimè Franciscus Mantica in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 8. tit. 12. à num. 25. cum sequentibus. & Burlat. conf. 47. & conf. 60. & 52. & conf. 97. lib. 1. vbi quando succedat in feudo, in fideicomisso, in emphiteosi & idem de moniali, & particulariter dicto conf. 97. à num. 22. Siordia. conf. 19. num. 21. latissimè & melius quam alius Jacob. Menoch. in tract. de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 83. per totam, vbi num. 45. declarat consilium Decij. 259. & Aluar. Valas. loquutus in emphiteosi consult. 101. num. 6. & Menoch. conf. 245. à num. 7. lib. 3. ex quibus omnibus, & Menes. Couarub. Grego. Lopez, Portio conf. 23. Osasco, Vincentio Franco, & alijs quos ipsi allegant, inferuntur sequentes conclusiones, ex quibus tota materia, & dubia quæ in ea versantur, manebunt resoluta.

Prima conclusio est, quod monasterium non succedit in his bonis vinculis perpetuò, sed solum durate vita monachi consanguinei proximioris, & post vadunt ad sequentem vocatum: ita Gama hic, sic interpretatus dictum consilium Decij.

Secunda conclusio est, quod monasterium non succedit in feudo, nisi sit tale, quod nulum habeat annexum personale seruitium, in eoq; femina succedat.

Tertia conclusio est, quod monasterium non succedit in emphiteosi, quæ non potest transferri ad potentiores, ex Valasco vbi supra, licet contrarium dixe-

dixerit Burlatus vbi supra.

Quarta conclusio est, quod monasterium non succedit in maioratu, in quo prætenditur cõseruatio nominis & agnationis: quod apparebit ex eo, quia semper masculi vocati sunt, & feminae exclusæ, vel ex portatione nominis & armorum à testatore præcepta, & ex bonis vinculis qualificatis, vt puta, quia castra iurisdictionalia sunt, vel ex alijs coniecturis, & ita procedit dictum consilium Decij vbi supra, quæ Menoch. cum alijs sequitur dicto num. 45.

Quinta conclusio est, quod in maioratibus, quibus est annexa iurdictio cum titulo Ducatus, & Comitatus, aut alio Regali, non succedit monasterium, ex communi Hispaniæ consuetudine, & quia incapax est talium dignitatum, idemque erit in maioratibus solam iurisdictionem annexam habentibus, cum in eis semper prætendatur nominis, & agnationis, & dignitatis militaris cõseruatio, licet contrarium tenuerit Velazquez de Auend. vbi supra à num. 39. qui solum præiudicat in eo, quod non reperiatur expressè exclusum, sed tamen euidentibus cõiectura est honoris qualitas & vsus communis Hispanorù, qui sæpe sæpius monasteria excludere solent ab horum primogeniorum successione, & in eis suam agnationem cõseruare.

Sexta conclusio est, quod monasterium succedit in maioratibus alijs consistentibus in bonis patrimonialibus non qualificatis, vbi nec de nomine & armis agit, nec aliquid de agnatione consideratur, nec femina excluditur, sed sola primogenitura consideratur, & proinde succedat in annuversarijs & patronatibus, nisi fundator contrarium velit, & ita procedit præsens decisio, quæ admodum iuridica videtur, & consona his quæ supradicti tradunt.

Num. 3. vbi, Consilium Philippi Decij.

Malè intellexerunt Gamma & Barbosa dictum consilium, nam Decius non se fundat in eo quod monasterium voluerit succedere ex sua persona, perpetuò, & vt filius, sed quia videbatur in omnem euentum exclusum à testatore ex eius verbis, De suo corpore, &c. & quia agebat de cõseruanda agnatione, alias nullum dubium decideret Decius, quia monasterium ex propria persona & perpetuò nullatenus potest in bonis vinculis succedere, sed solum ex iure sanguinis existente in persona monachi, durante eius vita.

Num. 6. vbi Possit iterum agere. Vtrù successor maioratus vel annuversarij, qui futurus est post mortem possessoris, possit in eius vita iudicialiter petere, declarari sibi successionem competere? Ingens quæstio est, & quæ quotidie in foro versatur, de qua vltra Anton. Gomez, Menchac. Couar. Pinedi. Xuares, Simancas, hic allegatos, videndus est Ludo. de Molina de primogenijs lib. 3. c. 14. & Sarmien. Calcan. Marzarius, & alijs, quos allegat Valdes. in additionibus ad Xuares. d. allegatione. 4. num. 1. lit. A, & Doctor de Barahona in sua eleganti additione ad Palacios Rubi in repet. c. per vestras, de donatio. inter virum. §. 44. lit. A. allegat vltra supradictos Otoloram & Pelaez de Mieres, & distinguit quatuor casus, & Doctor Xuares de Paz in sua praxi, tomo 3. c. 9. §. 3. nu. 2. & Doctor Spino in suo speculo de testamētis, glo. 19. num. 66. Cepha. conf. 381. per totum, lib. 3. & vtriusque prior & comunior resolutio est, quod si aliqua causa existat, puta diffamationis, aut dilapidationis, tunc intentari potest pro tali maioratu remedium legis Diffamari. C. de ingenuis. manum. ff. de his, & procedunt omnia iura quæ allegat Xuares dicta allegatione. 4. & quæ notantur per Cagnolum in d. l. diffamari, num. 6. & late ad propositum de dicto remedio

3. tenet p. 2. 3. n. 1.

remedio Cephal: vbi supra, & latius Matthæus Vvesembach. conf. 96. à nu. 1. lib. 2. Menoch. conf. 366. à num. 1. lib. 4. Siverò nulla causa existat, tunc nulla actio nec remedium intètari potest, ne iudicium reddatur illusorium, & ne vana sit iudicis sentètia: tùm etiã, quia multa inconueniètia poterunt resultare ex intempestiua sententia, quæ Molina vbi supra refert. Præterea, licet successor habeat ius in spe, vt Cephalus dicit, attamè illud ius solum, debite admodum est, vt in eo fundetur iudicium absq; alia occasione vel causa: & ita procedit tex. & quæ ibi Bar. Paul. Alber. Angel. & Iacobinus notant in l. non quemadmodum. ff. de iudicijs, & credo nihil aliud sensiss. Coua. Xuares & alios contrariam opinionem tenentes: & hæc opinio & resolutio ferè semper practicatur in supremis tribunalibus, vt fatentur plures ex supradictis, & eam tenuit Gamma hic num. 6. & 7. licet dicat aliquando secundum contrariam opinionem iudicatum esse per Senatum, sed, vt diximus, nostra resolutio verior est, nam si attentè perpendas iura quæ Xuarez allegat, quæ actionem pro iure de futuro dederunt, semper considerant aliquam causam de præsentis, siue iactationem, siue dissipationem, siue verò dolum, aut culpam, ex qua periculum amissionis talis iuris speratur, siue verò iurium & probationis occultationem, & sine causa, non admittunt petitionem, vt constat ex l. si finita. §. eleganter, & ibi Bar. Imol. Alex. & alij. ff. de dano infecto. d. l. 2. iuncta glo. ff. soluto matri. & l. in lege Aquilia si delictum. ff. ad legem Aquilianam, & l. 1. C. de sententijs, quæ sine certa quantitate proferuntur, & l. fin. §. fin. C. comunia delegatis, & l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. 2. & l. vt i frui. §. verum ff. si usufructus peratur, & l. sicut data, C. de liberali causa, & l. 1. C. de fideicõ

missis, & l. si contendat. ff. de fideiuss. de cuius intellectu, vide Cephal. vbi supra, & Olascu decis. Pedem. 151. & d. l. diffamari, & l. si ita scriptum §. 1. ibi, Nec pertinet ad nos, & c. ff. de leg. 2. & l. si filius qui patri §. cū filius, ff. de bonis libertorū. & l. 1. §. si impuberi. ff. de collatione bonorū, & l. imperator. ff. ad Treb. & l. peto. §. fratre de leg. 2. & l. Senatus. §. mortis. ff. de donatio. causa mortis, & l. rem alienam. 1. §. fin. ff. de pignorat. actio. l. si madaucro tibi. 1. ff. mandati. l. si duo patroni. ff. de iure iurando. l. litigatores. §. fin. ff. de arbit. l. 1. ff. de inof. testamento, & l. fin. §. penul. C. de bonis quæ liberis, & l. 26. tit. 4. par. 3. l. 1. §. 1. ff. de vsuris. l. non potest. ff. de iud. l. Atteius. §. in hoc iudicio. ff. de aqua pluuiæ arcenda, quæ omnia iura pro vtraque parte adducuntur, sed semper ad concedendam vel denegandam actionem considerant ius de præsentis, vel eius defectum, aut causam, periculum, aut occasionem de præsentis, vel eius defectum, imò, si benè aduertas, solum ius de præsentis sine aliqua causa, quæ ad iudicium moueat, non admittunt: & ita intelliges tex. in d. l. si contendat. qui loquitur in reo, cū exceptio competit, eamque per modum actionis proponente, secundum communem intellectum glo. Bart. Ang. Imol. & aliorum: licet hic communis intellectus, periculosus & diuinatorius sit, cū dicta lex nunquã de actione loquatur, sed solum de exceptione, continuando materiam legū præcedentium, quæ de exceptione loquantur, & casum diuersum ponit, scilicet, in fideiussore fideiussoris, qui antea cū alio fideiusserat, cui videbatur nõ dã exceptionem, si & alij soluendo nõ sint, cū non fuerit eorum confideiussor: nihilominus datur, quia respectu illorum videbatur fideiussisse pro illo confideiussore; & hoc modo intellectus ille tex. conuenit cum lege præcedenti §. fin.

si in immediato ante d. si contendat. Quidquid tam non sit de hoc intellectu, communis tamen intellectus quamuis non verus sit, seruatur in praxi, sed reuocandam dicitur legis secundum illum intellectum, nõ datur absque causa de præsentis, vt quia actio nõ agit, & reus tenet, quod propter longitudinem temporis deficiet ei copia probationis, vel quod alias obscurabitur sua iustitia, nec ita facilius eam consequi possit; argumento. tex. in d. §. mortis, & in d. l. 2. iuncta glos magna in fine. ff. soluto matri. mo. mo. & in omnibus, de iudicijs, & dicti tex. in l. in lege Aquilia, & d. §. eleganter, quæ permittunt ob metum futuri periculi dari ante tempus cautionem & iudicium. Ex quo inferunt auctores, quod reus tenetur de debito sciipituram non garantigiam facere, quod non examinò nunc. Tadem ex his omnibus patet, quod Senatus benè iudicauit in causa præsentis, adiudicando mortuario monialium bona maioratus, aut capellæ, quæ iure sanguinis deferrebantur proximiori, nam de alio articulo non est agitatum inter partes, vt Gamma testatur.

Additio ad Decisionem Septimam.

N Vm. 1. ibi, Quod iure communi proximior ultimo possessori, &c. Antonius Gamma in tota hac decisione tractat illam altissimam & difficillimam questionem, an in fideicommissis maioratibus, & substitutionibus, vbi proximiores vocantur, præferatur proximior vltimo possessori, proximiori testatoris: latius & melius tractauit decis. 206. à num. 33. cum sequentibus, & decis. 354. num. 10. semperque absque vlla distinctione tenuit, considerandam esse proximitatem respectu vltimi admissi: & in fideicommissis vlt. a. ambos Socinos

per eum allegatos, eandem tenuit Molina lib. 3. de primogenijs. cap. 9. per forum. Couar. verò & alij per Gamma citati non ita simpliciter istam opinionem tenent, vt infra dicetur: sed eandem in fideicommissis perpetuis, in quibus succeditur de vno in alium, defendit, pluribus relatis, loquutus etiam in primogenijs, Simon de Pretis in tract. de vltimis voluntatibus, lib. 3. interpretatione. 3. dub. 4. solut. 3. à nu. 33. cum sequentibus, Rolad. de Valle conf. 100. lib. 1. Cephal. conf. 600. lib. 4. & conf. 251. num. 7. lib. 2. & conf. 46. à num. 20. lib. 1. & conf. 313. lib. 3. & conf. 318. nu. 7. eo lib. & 41. 6. eo lib. & c. pluribus Tiberius Decianus conf. 25. lib. 3. Matthæus Brumus conf. 3. nu. 9. Viuius decis. 295. Socin. Jun. in l. hæredes mei. §. cum ita, à num. 66. ff. ad Trebell. Michael Crassus suos sententiarum tractatu. §. fideicommissum, quæst. 18. Julius Clarus lib. 4. sententiarum. §. tertium, quæst. 76. Caldas Pereira in tract. de nominatione emphiteotica, quæst. 24. nu. 90. Aluarius Valascus in suo tract. de iure emphiteotico, quæst. 50. nu. 34. Velazquez de Auendaño in l. 40. Tauri glo. 20. à num. 17. & num. 19. & Hispani allegant pro sua opinione tex. in d. l. 2. tit. 15. par. 2. ibi, Al Rey muerto. & ibi Grego. & Humada, vbi in Regno, mortuo Rege, succedit ei proximior. Sequitur etiam hanc opinionem Spino in tract. de testamentis, glo. 19. num. 58. Mieres de maioratibus lib. 2. quæst. 1. à num. 33. & isti omnes alios infinitos allegant, & dicunt hanc opinionem semper seruatam iudicando & consulendo; & quod nefas esset ab ea discedere: Plures alios pro hac opinione allegat Præses Tessaurus in suis nouis decisionibus Pedemontanis decis. 64. licet ipse contrarium teneat.

Contrariam opinionem defenderunt Ias. Crotus & alij, quos refert Couaru. in lo-

in locis à Molina allegatis, & tenuerūt  
 Tellus Fernandez, Peralta, & alij His-  
 pani à Molina allegati, & eam defendit  
 ex professo Cephal. sibi cōtrarius cōf.  
 333. lib. 3. Portius Imolensis conf. 55.  
 lib. 1. Præses Tessaurus, qui infinitos  
 pro ea refert, & veriolem dicit, dicta de  
 cif. 64. & quando in testamento vocan-  
 tur proximiores, cū adiectione, Meos  
 aut de parentela, cum pluribus eam te-  
 net Simon de Pretis vbi supra, Rolan.  
 à Valle conf. 70. à nu. 73. lib. 3. pro qua  
 allegat Deci. Berol. Mant. Rub. Port.  
 Tiberi. Decia. Ripā, Alciat. Pancirol.  
 & alios: & hanc opinionem tenuit Cep-  
 phal. conf. 183. num. 16. lib. 2. & 489. à  
 num. 67. lib. 4. & 493. à nu. 1. & 45. lib.  
 4. eam etiā veriolem dicit, & cōtra-  
 riam erroneam, Francif. Mantica in  
 tract. de coniecturis vltimarum volun-  
 tatum, tit. 2. lib. 8. à num. 30. & tenuit  
 sibi contrarius Decianus conf. 21. num.  
 1. lib. 2. & in alijs consilijs relatis à Tes-  
 sauro & Mantica vbi supra, eam etiam  
 tenuerunt Ruinus, Crotus, Paris. & alij  
 consulentes in locis à supraddictis cita-  
 tis. Tenuit etiā nouissimè Bonifacius  
 Rugerius conf. 43. à num. 3. lib. 1. qui  
 alios refert. Burtatus conf. 61. à nu. 18.  
 lib. 1. eam etiam eleganter defendit Ca-  
 rolus Ruinus in l. Gallus §. quidam re-  
 ctè, à nu. 60. ff. de liberis & posthumis.  
 Certe si benè perpendatur autoritas  
 autorum, pro qualibet parte inuenies  
 plusquam centum autores: verum ta-  
 men est, quòd exceptis Socinis & alijs  
 perpauis, alij omnes non ita simplici-  
 ter dictam opinionem primam tenent,  
 sed aliquando pro casu contingentia,  
 & varijs rerum circumstantijs, & in fa-  
 uorem filiorum vltimi possessoris, vel  
 ex mente defuncti pro ea consuluerūt:  
 exceptis dictis Hispanis, qui indistin-  
 ctè eam tenuerunt, & Molina, nescio  
 quo spiritu ductus, & satis leuibis fun-  
 damentis nostris, quæ à Rolando de

Valie dicto conf. 100. transcripsit, eam  
 non solum veriolem, sed admodū cer-  
 tam dicit, & quæ omnino seruari de-  
 bet etiam in transuersalibus, vt patet  
 ex periculosis extensionibus, quas in c.  
 7 & 8. dicti lib. 3. tradidit, ad repræsen-  
 tationem legis. 40. Tauri. Autores ve-  
 rò qui hanc secundam opinionem te-  
 nent, vt in plurimum, in substitutione  
 vulgari & fideicommissaria simpliciter  
 eam defendunt, & eam nouissimè &  
 acerrimè tutatur doctissimus, & subti-  
 lis ingenij Menochius conf. 124. lib. 2.  
 per totum: & ni fallor, licet autores cō-  
 trariæ opinionis pro ea Accursiū, Bart.  
 Imol. Paul. & alios antiquiores allegēt,  
 videri meo, contrarium serè omnes an-  
 tiquiores tenuerunt, & expresse contra-  
 rium tenuit Albericus in l. nam ita. §. in  
 fideicommissio, in fine ff. de leg. 2. & Ac-  
 cursius ibi glo. magna, licet dubitet, qui  
 sint proximiores post nominatos, qui  
 in fideicommissio familiae relicto, post  
 eos admittuntur, & ponat, nominatos  
 cōsobrinos, & post eos ex vna parte fra-  
 tres patruales, qui sunt agnati, & ex alio  
 nomine, & alios cōsobrinos, qui sunt  
 in pari gradu cum nominatis, & post  
 eos filios ex eis, & ponat etiam vnam  
 opinionem, quòd iiti cōsobrini, & de-  
 functi testatoris sobrini, tanquam cog-  
 nati & proximiores in linea cognatio-  
 nis, & de eo nomine, præferatur patru-  
 alibus defuncti, qui sunt de linea agna-  
 torum superiorum, & remotiores, &  
 post eos filij ex cōsobrinis: itaque  
 proximiores sunt inferiores, pares, aut  
 immediatè sequentes, post nominatos,  
 & non præcedentes, & superiores ex li-  
 nea transuersalium, vt puta patruus no-  
 minatorum, aut fratres patruales de-  
 functi: at verò non persistit in hac opi-  
 nione, & ait, quòd sublata à textu di-  
 ctione, Ex eo, prout in nouis codicibus  
 sublata est, melius est dicere, quòd pro-  
 ximiores intelligantur, siue præceden-  
 tes

tes siue sequentes, ac per consequens su-  
 periores, siue inferiores, sine respectu  
 ad nominatos secundum ordinem suc-  
 cedendi ab intestato defuncto, & non  
 secundum ordinem graduum respectu  
 nominatorum, atq; ita in illo tex. post  
 nominatos denotatur ordo successio-  
 nis scilicet vt succedat qui proximior  
 est absq; distinctione, & non ordo gra-  
 duum, scilicet vt post nominatos gra-  
 datim succedant qui sunt in gradu pari,  
 aut immediatè sequenti. Certè hoc mo-  
 do sententia Accursij explicata, prout  
 & ipse se explicat, & doctores male in-  
 telligunt, manifestus est pro hac secun-  
 da opinione: & in hoc sensu, licet non  
 ita explicent, eum sequuti sunt Barto.  
 Paul. & Imola ibi. Nec Paul. ibi in fine  
 voluit contrarium, nam in emphiteosi  
 concessa pro aliquo & proximioribus,  
 non expresse admisit proximiores no-  
 minato, sed dixit, quòd debebant succe-  
 dere secundum ordinem succedendi ab  
 intestato, ex l. si. C. de verborum signifi-  
 catione, non tamen aperuit, si ille ordo  
 debebat considerari respectu vltimi.  
 Dico itaque, quòd Paulus loquitur in  
 emphiteosi concessa pro aliquo & alijs  
 de domo sua. Duo dicit Paul. vnum, q.  
 primò nominatus, cui principaliter  
 fuit concessa emphiteosis, tanquam no-  
 minatus præfertur pro eius vita alijs  
 de familia, ita q. non admittuntur om-  
 nes simul, sed ordine successiuo, per  
 tex. in d. §. in fideicommissio, & ad hoc  
 principaliter decidendum adduxit Pau-  
 lus illam questionem, & licet contra-  
 rium tenuerit ibi Bald. eius tamen opi-  
 nionem sequuntur ibi Imol. Alciatus,  
 & Peralta, & repetetes omnes in l. Gal-  
 lus §. quidam rectè, & ibi Ruinus num.  
 28. ff. de lib. & posthu. & in hoc nihil di-  
 cit contra hanc secundam opinionem.  
 Alterum, quòd post eius mortem præ-  
 feruntur eius descendentes: sed de hoc  
 non principaliter agit Paulus, nec cu-

rauit, an præferrentur quia proximio-  
 res primò nominato, aut ob aliam ra-  
 tionem: nec in hoc facit contra dictam  
 opinionem, tum quia in casu Raulri  
 nullus est testator, cui debeant esse pro-  
 ximiores, tum etiam, quia in eo fa-  
 milia nominati fuit vocata ad illam  
 emphiteosim. vnde intrat casus legis  
 si. C. de verborum significatione, quòd  
 illi de familia admittantur secundum  
 ordinem succedendi ab intestato, illi  
 nominato, de cuius familia agebatur,  
 & non domini emphiteosis, qui iure  
 respectu nulla proximitas consideratur,  
 quemadmodum quando testator fami-  
 liæ alicuius tertij legatum reliquit,  
 ex Bart. in d. l. si cognatis, in fine. ff. de  
 rebus dubijs. Præterea concessio em-  
 phiteosis, contractus est, & in contra-  
 ctibus patet prius filijs aut heredibus  
 censetur stipulari, ex Bart. in l. quod di-  
 citur, quem ibi Aret. Imol. Alexan. Ias.  
 & alij sequuntur. ff. de verborum obli-  
 gationibus: vnde Paulus bene intel-  
 lectus nihil dicit contra hanc secundam  
 opinionem, imò eam tenet, vt dictum  
 est.

Sed & pro hac secunda opinione  
 manifestè facit tex. in dicto. §. in fidei-  
 commisso, in quo post nominatos ad-  
 mittuntur proximiores de familia, qui  
 existant tempore mortis testatoris: vnde  
 de non curatur de nominatis nec gra-  
 uatis, in qui, forsitan post plures annos  
 moriuntur, & alios consanguineos sibi  
 proximiores habent, qui nō erant nati  
 tempore mortis defuncti, & eis alij præ-  
 feruntur. Igitur non consideratur proxi-  
 mitas respectu grauatis: tum etiam ex  
 his scilicet proximioribus, secundum ve-  
 rum intellectum, quem tradit ad illam  
 tex. Præses Tessaurus vbi supra, qui ma-  
 gis amicus iure est, non admittuntur  
 omnes, sed qui ex eis in proximiori gra-  
 du sunt, & cum tex. non expresse re-  
 spectu cuius debebat, esse proximiores.

& de familia ageretur, secundum subiectam materiam; de proximioribus de familia debet intelligi: at vero proximiores de familia testatoris, sunt ei proximiores secundum ordinem succedendi ab intestato; de quo in d. l. fin. & aperitus id probat ille tex in fine, ubi: *Nisi ad posteriores voluntatem suam extendit, unde loquitur de testatore, & de ei remotioribus, qui de eius voluntate præferuntur proximioribus: unde ne contingat fallacia figuræ dictionis; aut de secundum quid ad simpliciter, huc fallacia accidentis, quæ omnes in hoc casu concurrere possunt, in eisdem terminis intelligendi sunt remotiores & proximiores, ut vnum alteri correspondeat, scilicet respectu testatoris: & ita est intelligendus tex. in l. peto. §. fratre ff. de leg. 2. ubi, *Post fratrem alienam extra familiam testatoris admittuntur illi de familia, non omnes, sed proximiores: & cum tex. non apertiat, cuius respectu proximiores debeant esse, & de familia loquatur, de proximioribus in familia testantis intelligendus est, & sic de proximioribus testatori, ex d. l. fin. cum de eius familia agatur, & non de hæredis familia: qui licet de familia sit, continuatiue ad testatorem, non tamen est familie caput, nec eius ibi appellatur familia, sed testatoris, qui fideicommissit, cuius persona debet spectari.**

Et secundum intellectum domini Epifcopi Couatrubias, quæ Menochius & alij sequuntur, scilicet quod verbum *Ex his*, intelligatur de succedentibus post proximiores testatori, qui sunt etiam proximiores testatori, cum sint proximiores ipsi proximioribus, etiam facit pro hac secunda opinione, licet cauillationem patiat, cum proximiores proximioribus possint etiam non esse proximiores testatori, si alij sint in pari gradu cum præcedentibus proximioribus: sed licet in maioribus & alijs bonis

vinculatis, in quibus vnus, aut duo succedunt; cauillatio vera esse possit, tamen in fideicommissis familiae, in quo plures vnus gradus succedunt, de qua loquitur d. §. in fideicommissis, & §. fratre procedere non potest; cum omnes proximiores testatori succedere debeant, si sunt in pari gradu: unde post eos immediati, proximiores erunt testatori; & succedet, non quia proximiores possessoribus, sed quia sunt proximiores testatori, ex ordine ab intestato ipsi succedendi, de quo loquitur tex. in d. l. fin.

Ex quibus apparet, quam expressus tex. sit pro hac opinione, & cum eo tex. in d. l. fin. in qua admittitur ordo succedendi ab intestato in fideicommissis familiae relicto; consideratus respectu testantis, qui caput familiae est, & de eo & eius familia loquitur lex; & de grauato verbum nullum: quomodo etiam loquitur dicto. §. fratre. Unde eius respectu proximitas debet considerari: quod Paul. tenuit in dicta. l. fin. in fine, dum in relicto fratribus testatoris admittit solum fratres suos vtrinque coniunctos; quia proximiores erant ei, & ab intestato illi succedere debebant. Nec quod in dicto. §. in fideicommissis, fideicommissum sit vel non sit perpetuum, aliquid facit; cum est prima admissio alicuius de familia deficiat; prout Menochius defendit cōf. 85. lib. 1. saltem proximitas illius non consideratur respectu nominatorum, sed testatoris. Si tamen ille tex. intelligeretur, prout Socinus Iunior cōf. 126. lib. 2. intellexit dicta. l. fin. quem reprobat Menoch. d. cōf. 124. scilicet quod ibi succedebatur per modum substitutionis vulgaris, scilicet quod grauatus fuit hæres, vel aliquis alius, de quo nulla mentio fit in illo tex. restituere familiae & nominatis, ita quod vno repudiante, succedat alius, & sic de alijs gradatim, posita repudiatione præcedenti,

vel

vno admissio, alij maneat in perpetuum exclusi ad modum substitutionis vulgaris: tunc nullum esset dubium, quod proximitas deberet attendi respectu testatoris; cui immediate succeditur per vulgarem, ut omnes fateantur. Sed hic intellectus ad d. §. in fideicommissis, est contra communem sensum doctorum in d. §. in fideicommissis, & contra Socium Patrum in d. l. si cognatis, & cōf. 249. lib. 2. qui omnes intelligunt illum tex. in fideicommissis perpetuo, in quo succeditur gradatim, ex dicto. §. fratre, & ita est intelligendus tex. in d. l. fin. quia semper Iurisconsulti cum de fideicommissis familiae relicto loquantur, id perpetuum iudicant ex nomine familiae: nam cum in fideicommissis respectu grauatorum raro fiant substitutiones vulgares, penè infinitæ, ut comprehenduntur in familiae significato, & verba sint ciuilitè & moraliter intelligenda in casu vtitato & possibili, intelligendum est, quod ex eo quod testator familiae legatum aut fideicommissum reliquit, & non personis certis, voluit bona in familia conseruari, & sic perpetuitatem inducere; alias, si aliud vellet, personis certis relinqueret, cum sua dispositio vna sola admissione esset consumenda. Fortius tamen est id quod dictus Socinus Iunior respondet ad d. l. fin. scilicet quod in prima admissione primi de familia consideretur proximitas respectu testantis, cum nullus alius sit, cuius respectu debeat considerari; nam grauatus potuit non esse de familia, & ideo nulla de eo mentio fit in dictis iuribus: quod etiam Simon de Pretis dixit ad tex. in d. §. in fideicommissis. Nec valet responsio Menochij scilicet quod quia fideicommissum est, & familiae relicto, saltem debet præsupponi vna admissio, & vna restitutio, in qua litigetur de proximitate, & sit persona de familia admissa ea de qua dubitetur, an eius respectu debeat

considerari proximitas: alias, dicit ipse, non esset fideicommissum familiae, si vel vnus de familia non fuisset grauatus, & fieret ab eo vna restitutio, hæc enim vana subtilitas est, cum esse vel non esse fideicommissum, solum præsupponat aliquam personam honoratam & grauata de restitutione facienda, ut in casu illorum iurium potuit esse, vel hæres, vel alia extranea persona: & quod persona cui debeat fieri restitutio, sit familia, satis poterit verificari, si vel omnibus de familia restituatur, vel aliquibus proximioribus de familia ut sic, & non ut Petro, vel Paulo, & tunc dicitur fideicommissum familiae relicto, quia vel gradatim debet transire in omnes de familia, vel saltem successiue, vno nolente, in alios de familia, vsque dum omnes percurrat, & tunc verificabitur nomen collectiuum familiae. Melius ergo respondetur, quod in casu d. §. in fideicommissis, secundum communem intellectum, primi admissi fuerunt nominati, post quos debebant succedere proximiores, & vertebatur dubium, quorum respectu debebat considerari proximitas eorum, cum & ipsi essent de familia, an testatoris: & resoluitur in forma dicta: at in casu dictæ legis finalis solum quæritur qui contineantur familiae appellatione, quando fideicommissum familiae relinquitur: & respondetur, quod parentes & liberi & alij succedentes ab intestato defuncto. In quo facit pro hac opinione, nec curatur de primo nec secundo admissio, unde frustraneum & diuinatorium est, quod Socinus Iunior commentus in sua responsione est.

Ex quibus iam apparet, male ambos Socinos, & fautores contrariæ opinionis, adduxisse pro ea dicta iura, putantes, quod verbum, *Ex eo nomine*, de quo in §. in fideicommissis, intellige-

B 2

batu

batur de consanguineis de nomine, & gradu nominatorum, & eis proximioribus, ut in exemplo de consobrinis ab Accursio posito, & verbū, Ex his, de ab istis descendantibus, & eis proximioribus: cum illa dictio, eo, sublata sit in nouis codicibus, & si non esset sublata, relatio quam importat, longitua nomini defuncti, scilicet quod successores debebant esse ex eodem nomine & familia cum defuncto, & non curatur de particulari nomine & gradu nominatorum: & idē valet qđ ex nomine, & quando referretur ad nomē nominatorum, esset resalto respectu nominis & familia, quia nominati & successores de eadem familia esse debebant, non extranei ab ea, licet de propria familia nominatorum per aliam cognationē, ut omnes fatentur; nō tamē respectu gradus illa relatio est: itaque identitas quā uerbum Ex eo importat, est identitas eiusdem parentela, nō eiusdem gradus, linea, aut descendētia: & dictio, ex his, ut supra diximus, ad ipsos proximiores referatur, non notādo eorum descendentes, sed proximiores ex eis respectu defuncti, de cuius successione agitur in illo tex. In fideicommissis enim primo testatori succeditur, ex l. coheredi. §. cū filia. ff. de vulg. & ibi omnes, & Menoch. latē ubi supra. Et licet successio fiat per mediū grauati, nulla tamen ratio cogit, ut eius persona consideretur, qui nō liberē dominus, sed minister restitutionis sit; & ab illo nō capiatur fideicommissarius, ex l. vnum ex familia. §. si de Falcidia, de leg. 2. ut latē contra Socinū cōprobat Menoch. ubi supra. Minusque facit dicta. l. si. cum et si fateamur quod in successione fideicommissi seruandus sit ordo successionis, ab intestato, tamen negamus esse considerandum respectu grauati, sed respectu grauantis & capitis familia, cui succeditur, & ita intelligitur

tex. in d. l. si. ut supra diximus. Hæc sunt uigentiora fundamenta quæ pro hac parte sunt: alia uana & futilia sunt, lexque finalis ad Trebell. non probat hanc opinionem; ibi enim idē soror nō utrinque coniuncta fratri decedenti, & onere fideicommissi grauato à testatore, ad illa fuit cum fratre utrinque coniuncto, & intencō in pupillari substituto cum defuncto, quia id constat ex voluntate ipsius testatoris, qui in substitutione fideicommissaria quam fecerat vni ex tribus in uicem grauatis, quia non erant eiusdem matris omnes, ut eos parificaret, referuauerat bona materna & auita, ut ad fratrem de trunco redirent, & in partem solum substituit, quia omnes erant eiusdem patris testantis filij, & ei uel eis referuauit morientis portionem: & cum solum essent tres, vno momento, numerus pluralis verificari non posset, nisi ambo superstites succederent, & sic apparebat de manifesta testantis voluntate, quam ibi Iuriconsultus ponderauit. Nec pro contraria potest retorqueri à contrario sensu, scilicet si non fuisset facta dicta reseruatō, & quia in ratione dubitandi maiorem coniunctionem, & reciprocā substitutionem adduxit Iuriconsultus, argumentum enim à contrario sensu non est semper validum in iure, nisi euidenter & necessario colligatur ex eo dispositio contraria in casu contrario, ut Iason, Pup. Mantua & alij resoluunt in l. 1. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. at uerō ex illo tex. nō deducitur expresse quid Iuriconsultus in casu quo non appareret de illa voluntate, decideret, forsitan tunc ad proximitatem defuncti recurreret, uel non; & sic nihil in contrarium præfere inferatur ex illo tex. Minusque probat. l. is qui cum plures. ff. delegat. 3. nam ibi

inter

inter collibertos nulla maior coniunctio naturalis erat respectu patroni, uel tra coniunctionem testamentariam, scilicet quia aliquibus simul aliquod prædium legauit, ita ut de suo nomine & familia non exiret, & ait Iuriconsultus, quod omnes colliberti, vno mortuo, succedunt in eius parte, quia omnes sunt de familia, & omnes æque coniuncti coniunctione naturali, tam grauato, quā testatori, illaque cōiunctio testamentaria licet faceret ad dubitandum de uolūrate testantis in casu illius tex. nihil tamen facit ad nostram questionem, cum agamus de coniunctione naturali, quæ in illo tex. æqualis inter omnes liberos erat, siue inter se, siue respectu sui patroni, & omnes de eius familia in eodē gradu: & ite est uerus tex. intellectus. Sufficiet tamē opinio illa in puncto iuris uerion est, & contraria falsa, nisi in casibus de quibus infra. Nec pro ea facit d. l. si. nec tex. in d. §. in fideicommissio, quia iam supra respōsum est. Nec doctrina Bar. in l. re conuicti, num. 43. de leg. 3. cū Bart. ibi in substitutione uulgari non curet de maiori coniunctione respectu grauati, sed solum in pupillari de fideicommissaria uerbum nullū, & contrarium diceret, si de ea loquutus fuisset, & in pupillari dubitant Crotus & Ripa & alij repetentes ibi, quos Menoch. supra refert. Nec etiam facit tex. in c. 1. in fine, de natura successionis feudi, cū & in feudis diuisibilibus, loquatur, quæ hæreditaria sūt, in quibus succeditur ultimo possessori, atque idē eius proximitas consideratur. Nec cōiectura. l. cū auus, in fauorem filiorum grauati conuincit, eam nō improbet, sed limitet secundā opinionem in suo casu, ac primam in eo sola probabilem faciat: sed hoc solum, quando grauamen ab ascendētib; descendantibus, qui cū liberis moriuntur, impositum est, restituendi pro

ximiori, quem tunc ex dicta cōiectura filij excludunt, non uerō si ab extraneis & transuersalibus secundum cōmūnem resolutionem, de qua per Menoch. in l. cū actissimi. C. de fideicommissis. num. 23. & 26. & Menoch. latē simē lib. 4. de præsumpt. præsumptio 89. nu. 55. & notat Couar. q. 38. ubi supra: extra uerō hūc casum, licet hæc cōiectura esset aliqua, nō tamē cōuinceret semper in fauorem filiorū grauati, nisi alia concurreret. Præterea perpetuitas fideicommissi, & pluralitas substitutionū secundū quā testator prospexit futurū euentū, & idē nō cogitauit de suis consanguineis existentibus tēpore mortis, sed de his, qui adessent tēpore delatæ successionis, & ex quibus proximiores ultimo morientī certiores erant secundum iuris regulas, nihil ad rem facit, cū et si proximiores testatori admitti deberent secundū opinionē quā defendimus; hi etiā & certi esse possunt tēpore delatæ successionis. Nam si agamus primō admissos aliquos testatori proximiores, eis mortuis, qui sunt in pari gradu, erunt etiam proximiores, & eis mortuis, alij gradus sequentis, ut puta filij eorū, & eis mortuis, qui itidē sunt in pari gradu, eisquē mortuis, filij eorū, & sic de singulis: ex quibus apparet, nullam esse difficultatem aut impossibilitatem in tali successione; ut Molina putauit, existimans ex cursu annorum posse nasci successores transuersales, aut testatori proximiores; id enim falsum est, facta tali computatione; & hodie sunt plura anniuersaria, in quibus ex consuetudine sic succeditur, & non deficiunt successores, nec est difficultas eorum inquisitio ex relatione ad proximiores qui successerunt. Fateor tamen, quod facilius erit, considerando possessores, nisi fieret contra testantis uoluntatem suos proximiores uocantis. Alia uerō fundamenta

Socinorum nulla responsione indiget, licet eis, exacte Menech. responderit.

Ex quibus apparet absque dubio in puncto iuris communis veram esse hanc secundam opinionem: sed quia praxi non semper convenire poterit, nec ei adaptari, secundum temporum varietatem & fines testatorum fideicommissa perpetua & maioratus facientium, unde licet speculatiue vera sit, practice tamen aliquando deficit: pro eius resolutione & concordia doctorum dissidentium cum hodierno usu, considero casus sequentes.

Primus est, quando testator per viam substitutionis vulgaris vocavit consanguineos, proximiores vel familiam, quæ prima adicione & admisione consumitur, & tunc absque dubio debent præferri proximiores testatori, cui vulgarè succeditur, vt Bart. in d. l. recõ iuncti, existimavit, quæ Socini & omnes supracitati in concordia sequuntur.

Secundus est, quando ebs vocavit per viam substitutionis pupillaris, scilicet, vt succedant filio suo pupillo, si in pupillari ætate decedat, & tunc licet admodum dubium sit, vt ibi Rip. existimavit; quia tamen substitutus pupillo succedit, consideranda est respectu eius proximitas, nisi aliud, vel ex verbis, vel ex voluntate testantis cõiecturata colligatur: & ita voluit Bart. vbi supra, cù quo est communis opinio.

Tertius est, quando consanguineos aut proximiores vocavit per viam substitutionis fideicommissariæ, grauando heredem, vel alium, vt illis restituat, & tunc, si eos vocavit per modum vulgaris temporaliter, scilicet vt post grauatum succedat proximiores, & eis admittis, alij excludantur, & repudiantibus, alij gradatim admittantur, prout intellexit Cumanus d. 9. in fideicommissis, & Socin. Jun. d. l. si & tunc quia prima admisso est proximiores, & grauatus potuit

non esse de familia, nec de eo mentio fit in illis iuribus, & quia succeditur per modum vulgaris, & semper testatori, nam in fideicommissaria etiam succeditur testatori, vt dictum est, consideranda est proximitas respectu testantis, vt etiam ipse Socinus Junior fatetur, & Menochius vbi supra: sed hæc raro poterunt euenire, nam semper qui familiam aut consanguineos vocat, perpetuitatem vult, vt late deducit Portius Imolenis, qui opinionem Socini defendit conf. 122. per totum, ac per consequens non cessat fideicommissum prima admisione, & semper vertetur dubium, de quo in quaestione; semper tamen seruanda est dispositio tex. in d. l. cum auus, vt filij grauati, si & ipse de liberis sit; præferantur substituto, si ex alijs cõiecturis de voluntate contraria non appareat.

Quartus casus est, si testator fecit fideicommissum perpetuum non qualificatum qualitate primogenituræ & maioratus, inter proximiores de familia: quod apparet, quia iussit semper in bonis vinculatis succedere duos vel tres ex proximioribus, quod primogenituræ repugnat, vel etiam si iussit vnum post alium succedere, non tamen per viam primogenituræ; quia non vocauit filium maiorem, sed absolute post primū nominatum nominauit consanguineum proximiorē, & deinde quæ vadat de consanguineo in consanguineum proximiorē, tunc succedet consanguineus testatori proximior ex vi verborum; & ex dicta opinione, & ex tex. in d. 9. fratre, intellecto vt nos supra intelleximus; & hæc fuit doctrina Bartoli in dicta. l. si cognatis, in fine, vbi dixit, quod si testator legauit consanguineis, intelligitur legasse consanguineis suimet, & quod succedent ordine successiuo, vt in dicto 9. fratre, & si legauit familie Titij extra-

extranei, vel eius consanguineis, omnes succedat, & nõ proximiores Titio, vt in primo casu, denotans in eo succedere ordine successiuo proximiores testatori & hanc opinionem: plures qui opinionem Socini sequuntur, eam tenent, vt Portius in d. conf. 122. Tiber. Decianus, Roland. Rip. d. num. 31. & alij citati à Simone de Pretis dicto num. 34. licet ipse post contrarium teneat, & hæc est magis communis opinio ex numero autorum, quam ex proposito defendit idem Rolandus à Valle conf. 38. & 39. per totam, lib. 4. & hæc opinio in anniuersarijs & patronatibus antiquis rusticorum semper practicabatur, cù in eis ex ordine dictæ vocationis, & ex paritate & ignobilitate rerum vincularum, & ex qualitate personarum, nec cognoscebant maioratus, nec primogenituras, sed solum hæc fideicommissa familiaria, per quæ memorias suas conseruabant, vt temporibus Iurifconsultorum fieri solebat. Et licet quando vnus succedit, maioratibus assimilentur, & per eos regulentur, vt Regnicolæ fatentur; in multis tamen deficient à natura maioratus; fatent tamen, quod in praxi raro admittitur hæc resolutio, nisi antiqua consuetudo succedendi eam confirmet, quæ omnino seruanda est, ex notatis à Molina lib. 2. de primogenijs. c. 6. per totum, & à Velazquez de Auedaño in l. 41. Tauri. glo. 1. à num. 3. cum sequentibus, vbi dicit, quod si non appareat testamentum foundationis, consuetudinem debere esse immemorabilem, si verò appareat, & sint aliqua verba dubia respectu considerandæ proximitatis, & tunc minus tēporis sufficit, allegat Paul. Molin. & alios: quanto magis id obtinebit, si in testamento vocatus sit consanguineus proximior: & ita semper consuevit, & sic practicatur.

Quintus casus est, si testator erigat

primogenituram, quod apparebit, tunc ex qualitate bonorum vinculatorum, tunc quia alia verba expressit, quibus manifestabat velle conseruare tuam agnationem, nomen & arma; tunc etiam, quia filios primogenitos nominatorum vocauit; & quia plures gradus substitutionum fecit, semper filios primogenitos nominatorum vocando, vel feminas excludit, vel alias dixit quod maioratum facere volebat, tunc quia maioratus & primogenitura à principio lineæ naturaliter descendit ad omnes qui ex illa linea descendunt, & ea finita, vadit ad lineam secundogeniti; & melius cõseruatur per lineas rectas descendit, & proximiorum possessoribus, qui & ipsi ex descendibus sunt, & ex immediata linea, quàm superiorum transfusarium; in hoc casu seruanda omnino est, propter præsumptam defunctorum mentem, Socini opinio, cui omnium prouinciarum vsus applaudit. & ita Simo de Pretis plures allegando fatetur, & Episcopus Couarr. dicta. q. 38. Portius & alij quæ plures, qui priorē opinionē tenebant, & tex. in d. c. 1. de natura successio nis feud, in fine: & procedent repræsentationes, de quibus per Molinam in d. c. 7. & 8. & per Tauristas in l. 40. Tauri, & linearum continuatio, de quibus per Burgos de Paz conf. 29.

Sextus casus est, si testator in casu quarto & quinto post speciales vocationes vocavit suum proximiorē consanguineum, tunc in casu quarto absque dubio semper succedet proximior testatori, finitis primis vocationibus, salua dispositione dictæ. l. cum auus, in descendibus à testatore & primo nominato simul, non in alijs; & in casu quinto, finitis lineis primorum vocatorum, post quos vocatus est suus consanguineus proximior, in primo successore, vt proximior, quia ipse nullam aliam lineam continuat, nec in-

greditur, sed caput lineæ est, considerabitur proximitas respectu testantis, post vero eius descendentes in primogenijs, lineis rectis succedent, non in fideicommissis; nec aliam interpretationem patiuntur verba, Suus, meus, & similia, vt dixit additio Barto. in d. l. si cognatis. Roland. d. conf. 70. & hæc est communis opinio, & cõtraria communiter reprobata, vt Decianus & Crassus vbi supra dixerunt, & de ea nõ est dubitandum.

Septimus casus est. In Regnis, Ducatibus, & alijs Regalibus dignitatibus semper seruetur dictus ordo primogenituræ, & ita procedit lex Partitæ supra citata.

Vltimus casus est; Si proximior grauato, non sit de familia testantis, nullatenus succedit, & ita omnes citati fatentur.

Ex quibus apparet, in præsentia decisione malè iudicasse Senatum Supplicationum, dum in fideicommissis, & anniuersario à transfuersali in transfuersalem clericum fundato, & suis proximioribus semper vocatis, nulla alia substitutione per viam primogenituræ facta, exclusit proximiorẽ testatori, reprobata sententia alterius Senatûs, nisi ex sua lege Lusitanæ & particulari consuetudine moti sunt. Sed tamen illa lex, etiam prædictas patitur interpretationes, quæ omnia, censura melius sentientis semper salua, dicta sint, & sic ad honorem diuini nominis manet hæc quæstio resoluta melius & copiosius quam vllus ex Hispanis scribentibus eam resoluerit.

Additio ad Decisionem Octauam.

**N**um. 1. ibi, *Communis est opinio.* De hac opinione, an pater possit præiudicare filijs in emphiteosii acquisita

pro se & filijs, vide quæ diximus ad decisionem quintam nu. 7. & vltra Velasco, Caldas, Turretum, & alios ibi per me allegatos, vide Menoch. conf. 162. num. 1. & 4. & conf. 155. à num. 25. & conf. 158. à num. 58. lib. 2. & conf. 61. à num. 21. lib. 1. & melius cõf. 309. lib. 4. per totum, & cõf. 286. lib. 3. Ceph. cõf. 272. num. 30. & 152. num. 16. lib. 2. & conf. 12. per totum, & conf. 29. nu. 18. lib. 1. & conf. 302. & 337. nu. 16. lib. 3. & conf. 608. num. 32. & 594. num. 10. & 469. à num. 104. lib. 4. vbi ex his colliges, veram esse distinctionem quam fecimus in dicta decisione, & de consuetudine vendendi emphiteosim in præiudicium vocatorum, de qua ibi mentionẽ facimus, videndus est Bursatus, qui eleganter loquitur, consilijs. 40. 82. 29 num. 1. lib. 1.

Num. 2. *Ad illud Barto. dictum, &c.* Contra decisionem Bart. in d. Flauius, communis & verior resolutio est, quod pactum adiectum in tertij fauorem, si illi ius sit quæsitum, non pot. it. reuocari in eius præiudicium de consensu ipsorum pacipientium, de qua vide Menoch. conf. 191. num. 43. & num. 53. lib. 2. & conf. 91. num. 75. lib. 1. & conf. 92. à num. 25. co. lib. & nu. 74 & cõf. 388. à num. 34. lib. 4. Fab. Turret. conf. 61. Burgos de Paz cõf. 26. à nu. 8. Cauallca. qui Gutier. Riminal. & alios allegat. de cõf. 42. num. 16. part. 1. Rolan. conf. 19. num. 19. lib. 1. & conf. 10. nu. 37. lib. 3. Tessaure. decis. Pedemon. 70. Ceph. cõf. 12. num. 30. lib. 1. & conf. 302. à nu. 88. lib. 3. & conf. 440. num. 1. co. libro, & conf. 312. à num. 13. lib. 3. Rodericum Xuares in repetitio. l. quodiam in prioribus, quæf. 8. per totam, de inofficioso testamento, & ibi Valdes in additione lit. A. allegat Couar. Molin. Menchac. Didac. Perezium, Dueñ. s. Matiecum, Pelaez de Mieras, & Tellum Ferdinandum, & alios regnicolas, & hodie ex l. Regni

l. Regni. 2. tit. 16. lib. 5. recop. nõ est de ea dubitandum, cum ex stipulatione tertio quærat ius irreuocabile, licet non acceptauerit, vt late probat Anto. Gomez in l. 40. Tauri à num. 29. Xuares vbi supra, & alij quam plures quos allegant Azcue. in l. 2. tit. 16. lib. 5. recop. licet ipse & Olanus, Molina lib. 4. de primogenijs. c. 2. à num. 58. cum sequentibus contrariam opinionem teneant, in nõ semper requiri acceptationem absentis, & ante eam posse pœnitere donantem aut promittentẽ, & quod plus est, ipse Molina cum Curt. Alex. & alijs, absolute putat, quod etiam si notarius stipuletur pro absente, requiritur eius acceptatio, & ante eam nõ est perfectio contractus, ac per consequens potest reuocari ex pœnitentia donatis, aut promittentis & si hoc verum est: absolute ante acceptationem tertij, etiam si alius legitime pro eo acceptauerit, vera est Bart. opinio, quam cum pluribus limitationibus Aret. Alex. Socin. las. & alij ibi sequuntur. Sed certè eius opinio, quam nec bene nec malè fundat, sed solum aliquibus allegationibus autorum contentus est, & dicit contrariam repugnare iuris principijs (licet defenderis cū pluribus Paritijs conf. 77. lib. 1.) manifestè etiam in terminis iuris communis falsa est, nam licet ex regula cõmuni, alteri per alterũ actio vel obligatio non quærat, id fallit, nisi notarius pro absente stipuletur, qui ex cõmuni consuetudine alij ex vi officij publici acquirere potest, vt bene Bart. Alb. Ang. & omnes affirmant in l. 2. ff. rem pupilli saluam fore, & in l. nec ei. §. eorum. ff. de adoptionibus. Si igitur alteri notarius acquirere potest, manifestè sequitur, absentis sine cessione vtilem actionem ex stipulatione notarij esse acquisitam, & promittentem, valida existente promissione, remansisse efficaciter obligatum,

eiusque ratihabitio solum requiritur, vt vel ipse non repudiet, vel nãneat etiam obligatus. Igitur non potest ius illud sibi auferri absque eius consensu, vt manifestè probat text. in l. si pater. C. de pactis conuentis, & in l. fin. ff. de pactis, & in l. cum à focero, & ibi Bal. C. de iure dotium, & in c. si tibi absenti, de præbendis in. 6. & in d. si infulam. §. fin. ff. soluto matrimonio, & in regula id quod nostrum, de reg. iuris, ff. vbi Decius & Cagnolus plura concordantia allegat, & plura alia iura allegat Antõ. Gomezius vbi supra. Nec notata in l. absenti ff. de don. & in l. consensus. ff. de actionibus & obligationibus, & in l. 1. in fine. ff. de contrahenda emptione, qui quã obstant, cum loquantur in contractu, inter absentes factõ, nullo pro absente acceptante, qui validus non est sine acceptatione absentis per literas & proprium nuntium facta, si secus si notarius acceptaret. Nec obstat. l. qui absenti. ff. de acqui. possess. ex qua Molina colligit, quod qui absenti donat aut promittit, non aliter obligari vult, quam eueniente acceptatione absentis, ad quam refert suam promissionem, id enim verum non est, nisi ipse exprimat, cum purè & simpliciter se obliget, cuius obligatio resoluitur & cessat, absente non acceptante; si secus, verò est quod ad possessionem amittendam in casu dictæ. l. qui absenti, nam quando quis suam possessionem alteri cedit, non eã simpliciter pro derelicto habet, sed alij cedit, vnde ex eius voluntate ita à se abdicat, si ad alium cui tradit perueniat, & ante ipse censetur habere, saltem ciuilem ex animo, quam alius absque apprehensione acquirere non potest, cum talis acquisitio quid facti sit, & naturaliter acquiratur; obligatio vero & actio, iuris sunt, & legis ministerio, absque facto acquirentis, illi acquiri possunt, & iure naturali absque eius



consensu, ab eo auferri nō possunt: nec claudicatio contractus aliquid facit, scilicet quod donatarius possit repudiare, & non donans post donationem, hoc enim est ex natura actus; nam invito non confertur beneficium, ex regula iuris, de qua per Cagnol. ibi (qui contra opinionem Molinæ tenet), at verò licet inuitus, debet quis in obligatione quam iam fecit sistere, qui etiam volens fecit, & ex natura actus admittitur claudicatio contractus, ex tex. in l. Julianus. §. si quis à pupillo. ff. de actio. empti. notat additio. Bart. in l. cū lex, in fine. ff. de fideiussoribus, imò nec hīc terminis paribus consideratis, contractus claudicat, nec vni permittitur quā alij denegatur: multo magis falsa est in terminis iuris regij, de quo in d. l. 2. cū ex eo semper alteri per alterum actio quæzatur, & si acquiratur illi, nescio quomodo, si ipse ea velit vti, sine eius cōsensu ab ipso auferri possit, nec vlla acceptatio ibi necessaria est, licet eam autores regni constringant, supradictis exceptis. Nec etiam Bart. opinio vera est, cū ei manifestè repugnet tex. in liquoties, in fine. C. de donationibus quæ sub modo, & lex Partitæ, quā Xarez allegat; cui ipse nullum bonum responsum accommodare potest, nam quod ibi misceatur contractus innominatus cum nominato, ac proinde admittatur pœnitentia, vt in l. si pecuniam. ff. de conditione causa data, mihi non satisfacit, quippè qui cogitem, duas sibi interuenisse donationes, alteram formalem in fauorem præsentis, alteram virtualem in prima inclusam in fauorem absentis: tūm etiam, quia cū contractus innominatus miscetur cum nominato, fomentum ab illo recipit, quæadmodum, & pactum nudum vestiebatur coherentia contractus, cui miscebatur, & fomentum ab illo sumebatur, ex l. pacta conuenta. ff. de contrahenda

emptione, vnde non debet ex pœnitentia reuocari, quemadmodum si stipulatione roboratus esset, vt in l. ex placito, de rerum permutatione. Præterea in contractibus innominatis solum re integra admittitur pœnitentia, vt in d. l. si pecuniam; at non video, quod in casu d. l. quoties, res sit integra, facta donatione & re tradita, & sic ab vtraque parte contractu perfecto, amplius Imperatores Diocletianus & Maximianus in d. l. & in d. l. si pater, ex æquitate & contra iura antiqua; & decisionem tex. in l. cum res. C. de donationibus, de derunt vtilem actionem absentis: vanatamen & inutilis esset illa æquitas, si ad nutum concedentis aut donantis frustraretur: nihil istam in rei veritate amplius contineret, quam si soli donanti ius esset acquisitum, quod ipse remitteret, vt in casu tex. in d. l. cum res, præsertim cū in donationibus ista tunc esset admissum, quod quibus alteri acquirere posset, actione in eius personam remanente, vt in d. l. cum res, quemadmodum fiebat in contractu mutui propter eius frequentiam, & singulata præcepta, vt in l. certi conditio. §. si sumos. ff. si certum petatur, & ibi Aret. & omnes. Fateor tamen quod ante dicta iura noua, vera fuisset opinio Bart. tūm quia alteri acquirere extraneus non poterat, tūm etiam, quia si aliqua obligatio in donatione, ex pacto in fauorem tertij appposito resultaret, manebat in persona donantis, qui illud repudiare poterat, & ita procedunt. l. 3. & l. quæsitum. ff. de seruis exportandis, & l. 2. C. si mancipium ita fuerit alienatum, vt manumittatur, vbi & amplius pactum manumittendi domini causa positum fuit, licet in d. l. quæsitum, appositum dicatur amborum contrahentium causa, & ideò non potuisse remitti ex sola donatoris pœnitentia: quod ad illum tex. diuinatoriū est, & verius mihi videtur,

vt

vt iura iuribus concordemus, quod in casu illius tex. pœnitente venditore, & manumisso seruo ab emptore, nulla actio ex vendito poterat ipsi venditori dari; tūm quia illa cessabat pœnitente venditore, in cuius fauorem pactū appositum erat, aut seruo manumisso, etiam contra venditoris voluntatem; quia cū actio ex empto daretur ad implendum id quod in contractu conuentum fuerat, non poterat ibi dari, quia cū pœnitentia & manumissione contractus extinctus erat, nulla actio ad dictum implementum dari poterat: non tamen aperit Iuriscōsultus, an alia actio detur contra emptorem manumittentem, quia aliud genus negotij erat, de quo non agebat, sed solum de actione ex empto. Nec mireris, quomodo ex contractu aut pacto in fauorem serui nascatur actio, vt in casu tex. in d. l. si pecuniam §. 1. etiam fundata in domini persona: nam id ob libertatem est, aut quia traditio actum naturalem continebat, in qua valet pactum in fauorem tertij appositum, vt in l. ea quæ ciuilit. ff. de acquir. rerum dominio, quam sic intelligit Couar. d. c. 14. col. 2. Nec opus est ad illorum iurium interpretationem, recurrere ad naturam contractuum innominatorum, vt scribentes ibi aduertunt, & in d. §. Flauius, nec dubitare, an aliqua actio seruo, vel officij iudicis esset quæsitum ex illo pacto, vt Couar. Socin. & alij in d. §. Flauius dubitant, verius est enim, ante mortem domini nullam actionem nec ius seruo quæsitum, licet eo mortuo, cū iam pactū ab eius hærede reuocari non posset, nil mirum si saltem officium iudicis pro libertate adipiscenda illi quæzatur: & ita procedit tex. in d. §. Flauius, iuncto tex. in d. l. 3. & l. 1. ff. qui sine manumissione. Nec etiam pro Bart. facit. l. si pater. ff. de manumissis vindicta, cū ibi filius ex patris permissione & manda-

to, & non per viam alterius contractus & obligationis, libertatem seruo dare debebat, vt glo. ibi explicat, quam Benedictus de Plumbino ibi sequitur: at verò mandatum cessat mandantis voluntate cessante.

Vides igitur ex his, nec Bart. opinionem esse veram, quæ iudicando & consulendo non seruatur, nec aliam Molinæ & Regnicolarum dicentium, in pacto pro absente interposito requiri acceptationem, & ea non facta, posse reuocari ante acceptationem, nec sufficere notarij stipulationem: hæc enim manifestè legibus & rationi naturali repugnant, & legi regni. 2. d. tit. 16. Et in hoc quod de notario dicit Molinæ, infirmi contradicunt, quos videbis congestos per Iul. Clar. qui contrarium tenet lib. 4. sententiarū. §. donatio. quæst. 12. & 13. latissimè per Rolan. à Valle conf. 19. lib. 1. per totum & per decisionem Pedem. 33. Rimi. Iun. conf. 112. à num. 238. lib. 1. Menoch. conf. 92. num. 76. lib. 1. Ceph. cōf. 33. lib. 1. Anto. Gabriel in suis communibus, conclusio. 5. tit. de donationibus, Poit. Imolensem conf. 176. num. 15. lib. 1. & alios infinitos congerit Ioan. Botta conf. 58. à num. 23. lib. 1. & communistæ omnes lib. 8. communium tit. 32. num. 73. & 75. & 80. 81. 82. & ego contra dictas opiniones semper consulere, & iudicare, nisi absens esset in tanta mora acceptandi, quod res derelicta videretur: vt in d. l. absenti, notatur, & pluries sic vidi iudicatum, licet Molina & alij de contraria praxi testentur, quæ certè, nulla mora existente acceptare debentis irrationabilis praxis est, si est de quo dubito.

Num. 6. ibi, *L. cum à matre.* Quando filius hæres patris aut matris possit venire contra alienationem factam à patre vel matre de bonis fideicommissi, maioratus, emphiteosis aut, alijs vinculis, & de intellectu dictæ l. videndus est

*per auctorem*

est late Pinelus in l. 1. parte. 3. a num. 92 cum sequentibus. C. de bonis mater- nis, & Molina de primogenijs lib. 4. c. 1. a num. 16. Burgos de Paz conf. 34. a num. 38. & 14. num. 71. & 40. num. 3. Valdes ad Xvarez in l. quonia in prio- ribus, ampliatione 7. lit. E. cum sequen- tibus, ubi solum auctores allegat. Alua- rus Valasceus consultatione. 69. per to- tam, Menoch. conf. 274. a num. 60. & 203. num. 25. & 231. num. 2. & 264. nu- 19. lib. 3. & conf. 89. lib. 1. Ramin. Juni. conf. 23. a nu. 34. Burfat. conf. 49. & 3. & 82. lib. 1. Cephalus conf. 532. a num. 20. lib. 4. Fabius Turretus conf. 10. a nu- 13. lib. 1. vbi infinitos allegat. Hiero- nymus de Portoles in tract. de confortibus, & fideicommissio legat. c. 23. per totam, Matien. in l. 7. glo. 1. a num. 66. tit. 2. lib. 5. recop. Boeri. decis. 23. Ca- ualca. in tract. de usufructu mulieris, a num. 93. Roland. conf. 71. a nu. 36. lib. 2. & conf. 30. num. 29. & 34. a num. 71. lib. 4. Glez. Lopez in l. 24. tit. 15. par. 5. verbi. *chronice*. Burfat. conf. 173. a num. 64. lib. 2. & hi alios infinitos allegant. Idem facit Tiraq. in tract. de retractu lib. 1. §. 1. glo. 9. a num. 50 & communis resolutio est, quod haeres absque benefi- cio inuentarij non potest rescindere alienationem a defuncto factam, nec venire contra eam, etiam in bonis fi- deicommissio, aut alij vinculo suppo- sitis: respectu tamen bonorum feuda- lium; aut de emphiteosi ex pacto & pro- uidentia, & non hereditariorum, nec de feudo aut emphiteosi hereditaria, quae alienari non possunt, ne contingat alienatio, licet dissensio sit inter aucto- res, verius est quod potest contraueni- re, offerendo damna & interesse, & idē in bonis maioratus exiltimat Molina vbi supra: quod mihi admodum ratio- nabile videtur in emphiteosi vero quae vendi potest etiam domino requisiti, vel ex pacto vel ex consuetudine. in pra-

indiciū successorum, idem iudican- dum est quod de emphiteosi heredita- ria/ De haerede vero cum beneficio in- uentarij maxima controversia est inter auctores, & magis communiter conclu- dunt, quod in alijs bonis, exceptis su- pradictis, non potest contrauenire pro rata bonorum quae a defuncto habuit, & ita exiltimat Bal. Paul. Corne. Ias. & alij in l. fin. §. in computatione C. de iure deliberandi, & alij quos supra cita- ti referunt: & licet haec opinio, quia communis est, & quam ferē omnes te- nent, tenenda ut iudicando & consulē- eo, mihi tamen suspecta videtur; nam si per tex. in d. §. in computatione, haeres ex beneficio inuentarij, remanet credi- tor defuncti, vt antea erat, nec actio- nes confunduntur, & habetur ac si non adijisset, ipseque creditor defuncti sit re- spectu rei alienatae, non video quare non possit contrauenire, vel soluendo interit, vel dimissis bonis heredita- rijs. Nec me cogit regu. Quem de eui- ctione, & c. nam ea cessat dimissis di- ctis bonis, quibus dimissis, ex benefi- cio inuentarij non tenetur amplius de eui ctione, ex d. l. fin. §. & si praefatam. Nec etiā obstat regu. Ex qua persona, de qua doctores loquuntur, nam non militat lucro dimisso. Nec representa- tio, quae magnam vim auctoribus facit, plurimum nos mouet: quippe quia licet nomine & figura appareat, & in aliqui- bus maneat in comodum haereditis qui adiuit cum beneficio inuentarij, & in eius damnum, si haereditatem dimitte- re non vult, attamen quoad realem effe- ctum sublata est ex d. tex. si haeres ex ea aliquod damnum patiat: unde pro- babilis videtur opinio Alberici in d. §. qui propter interesse rei alienatae con- cessit haeredi contrauentionem dimis- sis bonis, aut interesse eui ctionis solu- to: quod dictum notabile Molina vbi supra dixit. Quidquid tamen sit, nisi magnum

magnum haereditis ex non contrauen- tione datum appareat, aut publicum veritatem interesse in conseruatione fa- miliarum, vt in feudis & similitudinibus, tenenda est communis opinio, ahas no- bonis dimissis. Num. & ibi, Quid sit fides affinis. Nota, quod ex praesentia ratione officij aut testimonij non inducitur suspensus: vi- de Tiraquell. de retractu lib. 1. §. 1. glo. 9. a num. 140. Anto. Gabrielib; 3. com- munitum, pit. de rerum alienatione, con- elusione. 2. num. 1. & 2. Menoch. conf. 58. num. 16. lib. 1. Portoles in tract. de confortibus c. 49. a num. 9. ibi; Non tol- litur ius defutor; hoc dictum falsum est, & contra notata per omnes iuris- ta. Quid pactis, & in l. filius familias. §. qui- si de leg. 1. & in l. quous ab omnibus. Quid fideicommissis late Portoles vbi supra num. 3. & allegationes Gammæ non loquuntur in hoc casu, nec eas in- ueni, quod verius est. Ex quibus omnibus patet, quod be- ne iudicauit Senatus in haec decisione, rescindendo alienationem a patre fa- ctam in emphiteosi de prouidentia si ipse non erat haeres.

Additio ad Decisionem Nonam.

Nvm. 1. Querit Gama in tota hac decisione, an in successione ascen- dentium descendētib; fiat distinctio & separatō bonorum, scilicet vt ascen- dentes ex linea paterna succedant in bonis quae a patre defuncto prouehe- runt, aut ab alijs ascendētib; ex di- cta linea, exclusis ascendētib; ex linea materna: ascendētes vero ex linea ma- terna fortiantur bona quae ex illa li- nea defuncti contulerunt, exclusis pa- ternis ascendētib; & refert hanc opi- niones contrarias. Primam Bart. par- tem affirmatiuam tenetis. Secunda

Bal. negatis, imò quod qui sunt in pari gradu, & qualiter succedant, omni bono- rum separatione postposita. Bartolum sequitur, licet dubitatio, Paul. ibi; & in authentica itaque. C. comun. de succes- sionibus. Alberic. lib. & sequuntur. Imo- lid. Roma. & Ias. in l. post dotem. ff. so- lutio matrimonio. reuertit. p. semet. Bart. cum alijs ibi dotem in fine, & conf. 8. se- qui. in ceteram. Alex. Nogellus, Oider- idoramus, Ang. Marcus, Perusinus, Gui- lhermus Benedictus, Roman. conf. 40. Chas. de us & alij quos refert Tiraq. in tract. de retractu. lib. 1. §. 1. glo. 2. a nu- 12. & Matien. in l. 1. glo. 3. a num. 17. tit. 8. lib. 5. recop. Sequitur etiam Vin- centius Francus des. Neapolitana. 59. num. 15. par. 1. & Franciscus Viuius de- cis. 173. in principio, & sequuntur Ru- bus, Gerardus Mulert. Montanus; & alij quos refert Michael Crassus in suo sententiarum lib. 9. successio 25. in testa- to, quae l. 22. a nu. 5. sequitur eam Ioan- de Monte Sperello conf. 97. num. 1. 2. & 3. Baldi sequuntur Salic. Corne. & alij in l. quod scitis. C. de bonis quae li- beris, idem Corne. & Benedictus de Pe- trusio conf. 7. lib. 3. & conf. 94. lib. 1. & in alijs consilijs relatis a Crasso vbi supra, sequuntur etiam Bologninus, Valenti- nus Forster; Crauer. Mattheselanus, Anto. Gabriel, Menchaca; ab eodem Crasso relati qui & hanc opinionem se- quuntur & magis communem appellat. Sequuntur Petrus Bellapertica, Cy- nus, Fulgo. & alij in d. l. quod scitis, Cu- man. Ang. Aretin. Nicolaus de Vbaldis, Castellus, Couar. Greg. Lopez & alij al- legati a Matien. vbi supra, & cum Vi- llalobos sequitur Azeue. in d. l. 1. num. 5. dicit 8. lib. 5. recop. Auctores huius reg- ni pro hac secunda opinione allegant d. l. 1. par. 6. quae mihi id non probat, sed solum generaliter loquitur, sci- licet quod si a tres, vel ascendentes, suc- cedunt descendētib; & fratribus a qua- liter

liter secundum paritatem gradus, siue sint ex parte matris, siue ex parte patris: sed cum lex generalis per legem specialem solet limitari, si contrarium de separatione bonorum in casu particulari, quod concurrent ascendentes ex vna & alia parte, esset per aliquam legem dispositum, non tolleretur illa lege, quem admodum non tollitur in fratribus, imò per aliam legem Partitæ illius tituli, ipsa est dispositum: quam responsionem, qui Bartoli opinionem defenderunt, tradiderunt ad auth. defuncto. C. ad Tertul. quæ a usq; vlla distinctione & separatione bonorum, sed simpliciter & generaliter, admittit ascendentes pro æquis partibus, in pari gradu existentes, ad successione descendente. Allegant etiam d. l. i. quæ erat l. 6. Tauri. ibi, *En todos sus bienes, de qualquier calidad que sean* & ibi *Salvo en las partes do se acostumbra*, &c. quæ magis, facere videtur, cum generalissimè, non facta distinctio ne bonorum, admittit ascendentes, nec considerat truncum, aut itipitè, nisi ubi sit consuetudo, & sic manifestè videtur excludere opinionem Bart. qui truncum maternum & paternum considerauit. Sed & hæc lex etiam non aperte huic opinioni fauet, cum generaliter loquatur, & possit verificari in ascendentes, vel respectu tranuersalium alterius trunci, vel ascendente superiorum alterius trunci, & limitari, quando ascendentes diuersæ cognationis concurrerent in gradu æquali: vt etiam in fratribus dispositum est, seclusa illa consuetudine. Nec vnitas patrimonij etiam facit, quia illa potuit à lege separari, prout separatur respectu creditorum vtriusque patrimonij ex beneficio iuris deliberandi, & ex tit. ff. de separatione bonorum. Nec rationes quas pro Bartolo Romanus adducit, aliquid concludunt, nam solum ex similibus arguit, propter quæ, si lex expressè non disponat, in ca-

su tam exorbitanti, non est recedendum à regula generali dictarum legum, vt qui contrariam opinionem sequuntur affirmant: Restat igitur, quod totum negotium nobis facit text. in d. l. quod scitis, quem Bart. pro se allegat, & hoc modo inducit, scilicet quod in secunda parte, ibi, *Tam patre, quam auo paterno*, intelligatur de patre & vxoris, matris nepotis defuncti, de cuius successione agitur, qui est suus auus maternus, & de auo patris ipsius nepotis, qui est suus auus paternus, & sit totius legis sensus, quod filia familias nupta illo tempore non acquirat proprietatem rei sibi à marito vel socero propter nuptias donata, suo patri, in cuius potestate erat, ex l. 1. & 2. illius tituli, nec etiam maritus dotem vxoris, quæ in aliquem euentum ex pacto sibi acquiratur, etiam si ipse filius familias sub potestate patris esset: quod confirmat & ampliat Imperator, scilicet quod non solum non acquirat isti filij familias suis patribus, sed etiam si moriantur relictis liberis, non capiant illi patres bona illorum ex modis dictis prouentia iure peculij, vt tempore magis antiquo ob patriam potestatem capi bant ex l. 2. ff. de castrensi peculio, & ibi glo. sed filij filiorum, scilicet nepotes illorum, hæreditet, & per legitimam successionem sui patris capiant. Ita tamen quod illi nepotes aut nepos non sit peioris conditionis quam pater, ac per consequens, non re acquirat auo paterno, in cuius potestate est (quod pater non faceret) proprietatem relictorum, ob patriam potestatem. Postea autem in secunda parte, licet sub eodem genere, aliquo modo Imperator mutat casum, & extendit dictam ampliationem, vt non solum nepotes, suis patribus succedant in bonis aduentitijs, de quibus lex 1. & 2. loquitur, sed etiam si ipsi moriantur, non capiant ab eis auus iure peculij, ob dictam patriam

patriam potestatem, sed sibi sint hæredes in prouentis à matre, & à matre lucratis, auus maternus, & in alijs paternus, itaque lex illa voluit contineri de patre in filios naturam aduentitiorum, faciendo semper bona libera, & non subiecta patriæ potestati quo ad proprietatem: & vt mutatio casus, & extensio extra casum primæ partis, quæ de dote & donatione loquebatur, legi non disconueniat (nec aduerfetur verbum; *sin autem idem nepos*, quod omnimodam facti similitudinem inducit) in vtraque textus parte, tollit à textu verbum *Idem*. Sed non debuisset tollere, quia, vt bene Nouellus aduertebat, sufficit identitas in aliquo: at verò in dictis legibus de dote & donatione & bonis aduentitijs agitur, nil mirum etiam, si illa lex quæ se ipsam ad præcedentia continet & extendit, etiam ad omnia extendatur, etiam in prima parte sit specialis, in secunda sit generalis, comprehendens dotem & donationem & aliquid amplius, ac proinde elegantem extensionem ad primam sui partem facit toto titulo congruentem (Hæc ergo est explicatio casus Bartoli, à nullo vnquam ita facta, & in gratiam ipsius adijcimus, quod text. in prima parte loquitur de filijs familias, & de rebus ipsis acquisitis, & de patribus eorum, quibus dicit non acquiri quo ad proprietatem, nec eis defunctis, eos capere iure peculij, ibi, *Non ad patres iure peculij*, &c. Præsupponit ergo text. filios familias defunctos viuis patribus, & tunc dubitat, an capiant iure peculij: & respondet quod non, imò nepotes debent suis patribus succedere. Bona igitur erit eiusdem materis continuatione, si etiam in secunda parte, seruatò ordine casus, dicamus eos defunctos, ac tunc de auis loqui debet ac intelligetur verbum, Patre, quem admodum Bartolus intelligit, & quem admodum intelligitur in principio text.

Bartolus ad ita intelligendum motus fuit, quia Accursius ita videtur intelligere in suis glossulis, ibi, *Prosequitur in filia lucrante*, & ibi, *Tam patre lucrantis*, & ibi, *Ex matre lucrata*, & ibi, *Auo paterno lucrantis*. admittit enim quod semper ille text. loquatur de filia familias nupta & mortua, in potestate patris relictis filijs, quæ ex pacto lucrata fuit donationem propter nuptias, & quod de eius patre loquitur text. & non de patre nepotis, de cuius successione agitur, & sic de auo materno: ex quo confirmatur Bartoli opinio; & quia si text. loqueretur de patre nepotis, præsupponendum esset, vxorem ante eum mortuam, quæ etiam ex pacto lucrari non posset dictam donationem, quia non valet pactum, vt vxore præcedente, ipsa talem donationem lucraretur: quem admodum non valet, quod præcedere marito, ipse lucraretur dotem, ex l. 2. ff. de pactis dotalibus. Sed hic in intellectu Bartoli, manifestè falsus est, & illi legi repugnans: tum quia si in secunda parte text. ageret de auis succedentibus nepoti, satis incongruè vnum appellasset patrem, alium auum paternum, cum melius dixisset, auo materno & paterno, ne in æquiuocationem & dubium lectores inijceret: tum etiam quia in secunda parte text. non loquitur nisi de nepote & de eis succedentibus, & semper omnia verba ad nepotem refert, ibi, *sin autem idem nepos, superstitibus*, tam patre, quam auo paterno: vnde cum continuatio debeat esse ad proximam, illi ablatiuus determinatur ab oratione immediate proxima, scilicet idem nepos, & sic à nepote: & ibi, *Ad patrem eius*, scilicet nepotis, quia de nullo alio accommodariis & congruentius intelligitur relatiuum, eius, quod refert ea de quibus agitur, & sic nepotem, de cuius successione solum agitur in illa secunda parte: tum etiam illa secunda pars con-

continuat ad primam per verbum Idem. at in prima & legibus precedentibus agitur de filiis habentibus aduentitia bona, quae patribus non acquiruntur, & extendit, ut etiam ipsis succedant filii, & non patres: qui sunt patrum ipsorum nepotes: & continuando ampliat, ut non solum in his nepotes succedat suis patribus, sed etiam patres his, & non auus paternus, quia semper manent bona aduentitia: de auo vero materno verbum nullum: tum quia nihil decideret Imperator respectu filii familiae, de quo semper agitur in tit. de bonis quae liberis, & non de nepotibus, nec auis, nisi in ordine ad filios familiae: tum quia esset reprehensione dignus, si nomine solito cum non nominasset, vnde cum de filio agatur, & de eo semper dubia proponantur, intelligendum est, quod de eo semper in prima & secunda parte loquatur, & in prima cum appellauit filium respectu sui patris, in secunda patre respectu nepotis sui filii: auus semper paternum eodem nomine nominauit: & non sine mysterio in secunda & prima parte semper dixit auo, quia in prima propter patriam potestatem aui paterni, in qua inuenitur nepos patre mortuo, videbatur, illi res acquirendas: quod negat: in secunda eo viuo, nepote mortuo, videbatur auum iure peculiij ei debere succedere, ut patri suo, nonque ipse pater, cum filius familiae sit: cuius contrarium decidit, existimando filium patrem ab auo suo patre, quoad proprietatem bonorum aduentitiorum: quod ceperat facere in legibus precedentibus. Nec obiectio Bart. quidquam obstat, nam contrarium Accursius tenet in glo. ex parte, & omnes supradicti est namque magnum discrimen in dote & donatione: nam in dote nullum pactum admittitur, per quod deterior conditio dotis & uxoris fiat, ipsaque indotata maneat, secus ve-

ro in donatione propter nuptias in dandum mariti, qui ea non indiget Non tamen curo de eo quod contra Bart. obijcit, scilicet quod si de auo materno loqueretur ille tex non reseruaret vltimum fructum bonorum a matre peruentorum auo paterno, cum imo haberet auus maternus, quia mater fuit sua familiae, & eius morte non amittitur vltimus fructus: ut glo. generaliter in omnibus hic, & in l. 2. C. de bonis maternis, de terminat, & est tex. in l. si quis, vel si qua, in fine, C. ad Tertull. & hic suo patri pertinebat: nam contrarium verius est ex d. l. quod scitis, quo modo cunque intelligitur, semper enim auos viuos praesupponit, ut constat ex principio: & contrarium tenuerunt Paul. & Corn. in d. l. si quis, & sequitur Socin. Iunior conf. 124. num. 5. lib. 2. licet contradicat Pinelus in l. 1. parte. 1. num. 40. C. de bonis maternis, Matienço in l. 9. glo. 1. num. 7. tit. 1. lib. 5. recep. Nec contrarium probat dicta l. si quis, in fine, quae generaliter loquitur, & in specie de nostro casu verbum nullum, imo id mihi aperte probat tex. qui in contrarium solet allegari, in l. sancimus, in fine. C. de communia de successione, vbi usufructus rerum matrum patribus filiorum reseruat, nec curatur de auis maternis imo & de nepotibus loquitur ille tex. saltem non facit pro contraria parte, cum generaliter etiam loquatur, idque admodum rationale est, nam cum nepos sit in potestate aui paterni, & non materni, & bona ipsi acquirantur, etiam per eum debet usufructus auo acquiri: & non sine mysterio dicta lex semper de auo paterno loquitur. Nec Accursius aliquid pro opinione Bart. arguit, cum, ut ex eius glossis colligitur, alio modo tex. illum intelligit, scilicet ut semper loquatur in filia iuxta, & quae decessit superstiti filio, nepote, & suo patre auo nepotis, & suo

auo

auo proauo nepotis, & tunc admittat patrem ad successionem nepotis, ut proximior respectu proauo, non curando de patria potestate proauo, nisi solum circa usufructum, & ita tunc cessant praedictae omnes difficultates, quas contra Bartolum obijciebamus, & ipse obijcit contra intellectum, de quo reprehendendo Bart. agebamus: & consonat verbum, Idem, quia semper agitur de eodem nepote, & de eadem filia in sacris decedente, & de eodem patre, & eodem eius auo paterno, respectu matris, cui reseruatur patria potestas respectu usufructus, quem habebat in bonis nepotis ex linea materna ob filium suum, auum maternum nepotis, & filiam eius, suam neptem, qui ex successione nepotis non debebat sibi tolli, postquam acquisitus erat, & proprietatis patri filiae, auo materno nepotis, reseruatur ob rationes dictas: & qua soluta erat a dicta patria potestate, respectu acquisitionis & successionis ex dicta lege & precedentibus, & quia ipse proximior erat: & sic etiam consonabit id quod Accursius in, 1. 2. & 3. glossis dixit a verbo, *acquirenda*, & glo. verbo *ad patrem*, ibi, *Qui proximior est*, quae non consonaret, si de auis intelligeretur tex. cum in pari gradu essent, nec vnus esset proauus morientis, ut glo. verbo *auo paterno*, dixit, & sic Accursium intellexerunt Corne. & alij, & hic est eius intellectus satis probabilis, sed certe non consonat verbis tex. ut supra ponderatis, vnde verus intellectus ex his tribus mihi videtur esse, quem supra diximus, scilicet, quod tex. in, 1. & 2. par. semper loquatur de filia familiae defuncta cum liberis, & exacto sucrata donatione, aliaque bona habente, & in nepote ei succedente, posteaque defuncto, viuo patre suo & auo paterno: cui ex illo tex. nouiter decedente, auus paternus non succedit iure peculiij, quemadmodum

nec eius patri succedebat ex noua primae partis decisione, semper auo usufructu reseruato, ac proinde noua illa decisio ampliet, quae in alijs decisionibus proximis statuta erant, bonaque omnia materna libera faciat a nexu patriae potestatis respectu proprietatis. Et secundum hoc ille tex. hodie in his regnis, statibus regijs legibus eximentibus filios a patria potestate per matrimonium, eiusque usufructum concedentibus, de nihilo seruit, cum iam nec auus nepoti in usufructu, nec in proprietate possit succedere, patribus viuentibus: secundum vero Bart. intellectum etiam hodie magnum nobis negotium faceret, sed verus non est, ut dictum est. Remanent igitur Bart. opinio omni auxilio, & fundamento destituta, quae certe in praxi, qua est, & quae deberet seruari iudicando, & consulendo, & pro lege stabiliri, & in multis tribus nalisibus audio in praxi seruata, licet in hoc regno non existente particulari consuetudine trunci male seruaretur ex supra adductis: eam nouissime tueretur, & defendit Praeses Anto. Tassau. decis. Pe. demon. noua. 27. per totam, & secundum eam dicit iudicatum, & Hierony. Gabr. conf. 136. & magis comuniter, ut audio, practicatur: non extenditur tamen vltra ascendentes prioris gradus, ut per Hieronymum Gabr. vbi supra. Gamma vero hic, titubans opinionem Bart. sequitur, & insinuat nobis in suo regno seruari, licet eam limitet, & in omnibus dubius sit: & Galliae seruari insinuat Tiraquellus vbi supra, & Cantabrigiae etiam seruatur, ut constat ex l. 8. tit. 21. fori, de Vizcaya, & Sepalueda: & Aragoniae, & alijs locis: vbi est contra consuetudo, ut bona ad truncum redeant imo & Neapoli, ut Viuius & alij testantur, & quod magis est. l. 10. fori, titulo De las herencias libro. 3. fori hanc Bartoli opinionem confirmat, quam dicit practicari Castellae

in d.l. 6. Tauri, licet cōtradicat Couar. in locis per Azeu. & Matien. relatis, tandem Bart. opinio æquissima est, & absque vlla lege vel fundamento debet seruari iudicando & consulendo, & ego in trepidè eam seruarem, salua alia praxi, & melius sentientis censura.

Num. 2. ibi, *Aut ergo opinio Barto. est falsa, etc.* Parcat mihi dominus Gamma, quia Pauli declaratio in d. l. quod scitis, vera est, existente Bartoli opinione vera, nam Bartolus omnia bona materna defert auo materno, & iudicat bona materna, ea quæ ipsa mater habuit à marito suo, & id clarè probat dicta l. quod scitis, in quocunque sensu intelligatur. Imò etiam si Bart. opinio non sit vera, vera est declaratio Pauli; nec ea tollit, quin etiam alia bona matris ab antiquo sibi prouenientia, materna dicantur in retractu, x. l. 70. Tauri cū sequentibus, recopilata in Regia recopilatione tit. 1. lib. 5. & ex. II. fori, res patrimonialis appellatur, quam ipse pater primus habuit, si tempore mortis inter sua bona relinquat, & de hoc dubitandum non est.

Num. eodem Gamma dicit, quòd in suo casu ob consuetudinem cōmunionis bonorū inter virum & vxorè, quam nos habemus, iudicauit bona nepotis, quæ à suis patribus sibi obuenerūt, promiscuè paterna, & materna, ita q̄ pater essent materna, & materna paterna, & per consequens vnum patrimonium, etiam in vita patrum nepotis, & sic nulla distinctio debet fieri inter auias paternam & maternam secundum Bart. opinionem, quam in hoc casu limitat: sed cum tanta vniō & commixtio fiat, bonis vtriusque ad nepotem peruentis, & adita hæreditate, & nihilominus in multis casibus admittatur separatio bonorū, vt dictum supra est, vana fuit & futilis consideratio Gamma, & si in suo regno & tribunali seruata fuit in

pluribus casibus Bart. opinio, ipse & alij coauditores, qui illū sequuti sunt, malè iudicarunt in hac decisione, contra Ioannam de Pauia auiam paternam, non adiudicando illi bona, quæ patri nepotis ex sua parte peruenerūt, temere ab opinione Bartoli recedentes, meliusque alij, quorum ipsi sententiam reuocarunt, arbitrati sunt.

Additio ad Decisionem deci-

*in d. l. 6. Tauri.*  
**N**vm. 1. Vtrum remedium. l. 2. de rescind. vend. habeat locum in transactione, videndi sunt seribentes in d. l. 2. & in locis à Gama hic allegatis. maxime Pinel. & Menes. in d. l. 2. Matienço in. l. 1. tit. 11. lib. 5. recop. & ibi Azeu. nu. 5. Communista lib. 4. cōmunium tit. 30. à num. 28. Guier. qui autores huius regni, qui de hac quæstione loquuntur, refert, lib. 2. practicarum, quæst. 141. Ceph. conf. 496. nu. 8. lib. 4. Sfortia de restitutione par. 2. q. 66. art. 4. & cōf. 37. à nu. 60. lib. 1. Vincent. Præcius decis. 159. nu. 6. part. 1. latissimè & melius quàm alius Rolan. Valle conf. 28. lib. 4. per totum. Aluarus Valascus consultatione. 18. nu. 8. Vera & magis communis resolutio est, & quæ ob maximam æquitatem seruatur iudicando, & consulendo, quòd si considerato dubio euentu litis secundum tempus transactionis factæ, enormissima læsio vltra dimidiam iusti pretij resultet, habeat locum dictum remedium, maxime si transactio dolò malo sit facta, quòd præsumitur ex enormissima læsione; si verò vel transactio bona fide facta sit, & tempore cōtractus læsio non appareat, licet ex postfacto appareat ex instrumentis nouiter repertis, vel læsio appareat respectu quantitatis vt sic, nõ verò eiusdem coniunctæ dubio euentu litis, tunc vt lites finiantur, non est locus dicto remedio; & ita est intel-

intelligendus tex. difficilis in l. Lucius. §. fin. & ibi glo. & Imol. ff. ad Trebell. cui addes tax. qui in eisdè terminis loquitur, in l. sub prætextu. 2. C. de transactiōibus, & sic debent limitari iura quæ generaliter loquuntur, in l. in suma. ff. de cond. indeb. & in l. quòd si deferente. ff. de dolo, & in l. 3. 4. tit. 14. part. 5. & pro hac resolutione facit tex. in d. l. 1. qui cōcordat, cū lege Lusitanæ à Gamma hic allegata, secundum quam iudicatum est in hac decisione, & bene.

Additio ad Decisionem Vndecimam.

**N**vm. 1. & 2. De legitimatis & dispensatis, & an possint dicere testamentum patris nullū, in quo præteriti sunt, & quis dicatur legitimatus, & quis dicatur dispensatus, & de materia huius decisionis videndus est Rojas in tract. de successiōibus ab intestato, c. 23. & 15. & Couar. in 4. 2. part. c. 8. §. 8. nu. 2. Iul. Clar. lib. 4. sententiarū, §. testamentū, q. 84. & q. 3. 1. Matie. in l. 10. glo. 1. 2. & 3. tit. 8. lib. 5. recop. & glo. 5. & 7. Azeu. in d. l. 10. à nu. 15. Moli. lib. 3. de primo genijs c. 3. à nu. 38. Tellez Fernand. a. l. 2. Pau. Emanuel Costa in l. Gallus. §. & quid si tantū per. 2. à nu. 152. Ioā. Gar. in tract. de nobilit. glo. 2. per totā, maxime à nu. 75. cū sequētibus, Guierrez de Placentia in repet. §. sui instituta. de hæred. qualitate, à nu. 177. Anto. Tessa. in suis decis. Pedemoniois decis. 84. Francif. Viuius decis. 213. lib. 2. Hipp. Rimi. Jun. cōf. 46. & cōf. 21. num. 47. & cōf. 79. à nu. 27. & 108. nu. 10. lib. 1. Burfat. conf. 10. 17. 76. 18. & cōf. 15. & 85. & conf. 1. nu. 27. lib. 1. nouissimè Marcus Anto. Euge. Perusi. conf. 52. & conf. 53. & conf. 57. lib. 1. in quibus consilijs latissimè de hac materia agit agit etia Michaël Crass. in suo libro sententiarū verbo successio, q. 19. à nu. 9. & vide Caldas in tract. de nominatione emphite-

utica, q. 21. per totā, & Burg. de Pazin l. 3. Tau. par. 1. conclusio. 2. à nu. 3. 07. cū sequētibus, nouissimè & latissimè Sfortia conf. 1. per totū, & cōf. 16. lib. 1. Cōmuniter concluditur, quòd dispensatus non potest querelare testamentum, quia non habetur vt legitimus: legitimatus verò sic: & dispensatus dicitur, quando non est plene & in omnibus & per omnia legitimatus, & natalibus restitutus: legitimatus verò, quando à non recognoscente superiorem, in omnibus & per omnia, quo ad ea quæ pertineant ad essentialia legitimacionis, est natalibus restitutus: quòd constat ex verbis legitimacionis, etiam si quæ ad effectus ex ipsa legitimacione procedentes, aliqua limitatio annexatur, quæ secum competitur legitimorum statum, & quæ etiam ex potestate legis ciuili filijs legitimis & naturalibus posset conuenire legitimatate manente, vnde posset etiam successio limitari, etiam quoad legitimam, ex testamento, & ab intestato manente salua causa alimentorum, quæ filijs ex iurè naturali debentur, in quibus tollèdis nihil potest lex ciuili, & quæ licet non pertineant ad essentialia legitimatatis, sunt tamè quidam propij effectus à filiatione resultantes, vt ab homine, risibilitas; & ideò per potentiam ciuilem tolli non possunt, essentia manente. Et ita sunt intelligèda quæ Gamma hic dicit, aliàs contra eum est magis communis opinio, quæ debet seruari iudicando & consulendo. Et quando legitimatio fit existentibus legitimis, seruati. 10. Tauri per quam corriguntur quæ isti autores notant, scilicet, quòd legitimatus, succedat cum legitimis, etiam si sit in totum natalibus restitutus; saltem in hoc regno. Et licet censetur in dubio dispensatio, quado filius ex damnato coitu natus est, & à personis, inter quas matrimonium consistit,

*ut si paratio bonorum...  
 in d. l. 6. Tauri...  
 in locis per Azeu...  
 Matien. relatis...  
 Bart. opinio æquissima...  
 absque vlla lege...  
 fundamento debet seruari...  
 iudicando & consulendo...  
 ego in trepidè eam seruarem...  
 salua alia praxi...  
 & melius sentientis censura...  
 Num. 2. ibi...  
 Aut ergo opinio Barto. est falsa...  
 Parcat mihi dominus Gamma...  
 quia Pauli declaratio...  
 in d. l. quod scitis...  
 vera est, existente Bartoli opinione...  
 vera, nam Bartolus omnia bona...  
 materna defert auo materno...  
 & iudicat bona materna...  
 ea quæ ipsa mater habuit à marito suo...  
 & id clarè probat dicta l. quod scitis...  
 in quocunque sensu intelligatur...  
 Imò etiam si Bart. opinio non sit vera...  
 vera est declaratio Pauli...  
 nec ea tollit, quin etiam alia bona matris...  
 ab antiquo sibi prouenientia...  
 materna dicantur in retractu...  
 x. l. 70. Tauri cū sequentibus...  
 recopilata in Regia recopilatione...  
 tit. 1. lib. 5. & ex. II. fori...  
 res patrimonialis appellatur...  
 quam ipse pater primus habuit...  
 si tempore mortis inter sua bona...  
 relinquat, & de hoc dubitandum non est...  
 Num. eodem Gamma dicit...  
 quòd in suo casu ob consuetudinem cōmunionis...  
 bonorū inter virum & vxorè...  
 quam nos habemus...  
 iudicauit bona nepotis...  
 quæ à suis patribus sibi obuenerūt...  
 promiscuè paterna, & materna...  
 ita q̄ pater essent materna...  
 & materna paterna...  
 & per consequens vnum patrimonium...  
 etiam in vita patrum nepotis...  
 & sic nulla distinctio debet fieri...  
 inter auias paternam & maternam...  
 secundum Bart. opinionem...  
 quam in hoc casu limitat...  
 sed cum tanta vniō & commixtio fiat...  
 bonis vtriusque ad nepotem peruentis...  
 & adita hæreditate...  
 & nihilominus in multis casibus...  
 admittatur separatio bonorū...  
 vt dictum supra est...  
 vana fuit & futilis consideratio Gamma...  
 & si in suo regno & tribunali seruata fuit in*

re non poterat; id tamen limitandum non est, nisi ex tenore legitimationis appareat, quod plenissime sit natalibus restitutus, & a Principe qui in impedimenti dispensare poterat, etiam de absoluta potestate, ut puta a summo Pontifice, & si hoc deficit, non sunt extrema habilia nec in actu, nec in potentia, & est impossibilis legitimatio, unde potius est dispensatio, & ita procedunt quae per Bart. & repetentes omnes notantur in l. si is qui pro emptore, ff. de usucapionibus, & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthumis: Quod verum est, etiam si non possit dispensare in impedimenti, ut latissime defendit Eugen. d. consi. 52. & 53. & 57. quod verum credo.

Num. 6. Ad l. fin. C. de naturalibus liberis, ubi nepos ex spurio, etiam si ipse legitimus sit, solum fit capax ex testamento, & non succedit merito iure ab intestato, nec potest contrahere testamentum, vide Greg. Lup. in l. 1. tit. 13. part. 6. Covarr. in 4. part. 2. cap. 8. §. 5. nume. 13. & 14. Olan. in antynomijs ad Villalobos, verbo, nepos. Matienço & quos ipse allegat. in l. 6. tit. 8. glo. 8. a num. 21. lib. 5. recop. & supradicta est vera de communis resolutio.

Num. 7. & 8. An auus paternus teneatur alere nepotem spurium, vel legitimum ex filio spurio, vltra autores hic a Gamma citatos; videndus est Abb. in cap. cum haberet, hic allegato Couar. de sponsalibus. 2. parte. cap. 8. §. 6. nume. 16. Duchas regu. 367. ampliatione. 7. Mencha. de successio-num creatione. §. 20. num. 318. Matienço in l. 8. glo. 1. a num. 23. & ibi Azu. nu. 12. tit. 8. lib. 5. recop. Molin. cum Padilla, & Gregorio lib. 2. de primogenijs. c. 15. a num. 66. Lara in tract. de alimentis. §. idem rescripsit, a nu. 39. Ceruantes in l. 10. Tauri a nu. 78. & licet de iure civili controuersum sit, & verius videatur, auus

non teneri alere, quam opinionem videtur sequuta. l. 5. tit. 19. part. 4. verius tamen est ex aequitate canonica, de qua in d. c. cum haberet, si ipse non possit se alere, nec habeat patrem, aut matrem, aut auum maternum, qui possint eum alere, nec officium, nec artificium, ex quo alii possit, quod in subsidium tenetur eum alere auus paternus, quemadmodum tenebatur & pater: & ita iudicatum est, ut testatur Gamma hic, & bene.

Ex quibus omnibus apparet, quod si ex forma legitimationis non appareat vera & integra legitimatio, sed dispensatio, bene iudicauit Senatus Lusitanus in tota hac decisione, imò amplius dico, quod si legitimatio solum extendebatur ad successionem ex testamento, & non ab intestato, quod etiam si esset plene legitimatus, non poterat querere testamentum, ex citatis a Gamma hic. Si tamen legitimatus esset ad id quod pater ei reliqueret, & esset plene legitimatus, ita quod non esset dispensatus, posset attendi, quod ab intestato in totum succederet, si pater testamentum non fecisset, quia tacite videtur ei relinquere, ex l. c. faciuntur de iure codicillorum: quod nota, quia nouum & singulare est, & colligitur ex citatis autoribus.

Additio ad Decisionem Duodecimam,

DE materia huius decisionis vide Iason. & Meness. in l. cum causa. C. de iuris & facti ignorant. Deci. in l. traditionibus. C. de pactis. Tirac. de retractu conuentionali. §. 1. glo. 7. nu. 4. Rodoan. in tract. de rebus ecclesiarum non alienandis, verb. emphiteosis, nu. 40. pag. 521. Curt. Seniore conf. 8. & de reme. l. si quis conductionis; de quo agit hac decisio, infinitas allegationes Cavalca. decis. 43. a num. 103. parte prima. Matha. Bru. conf. 33. nu. 4. Mascari. in tract. de probationibus. 1. par. conclusio. 54. r. num

num. 7. & de tota materia decisionis Aurelium Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob alienationem, ampliatione. 28. Aluar. Valascum in tract. de iure emphiteutico, quaest. 9. per totam & a num. 18. Curt. Iuniorem. conf. 228. a num. 36. lib. 3. Ferraram in praxi in forma libelli quo agitur ad ficti praestimationem, verbo super solutione, num. 8. Ioseph. Ludou. decis. Lucana 54. & de cif. 64. Bursat. conf. 46. a num. 14. & 4. lib. 1. & conf. 27. a num. 8. eo. libro Alciat. conf. 93. num. 8. lib. 8. & conf. 12. lib. 1. & conf. 4. num. 8. lib. 4. Menoch. de arbitrijs, lib. 2. cent. 1. cas. 42. num. 5. & conf. 395. num. 40. lib. 4. & conf. 1. a num. 89. lib. 1. & in tract. de recuperanda remedio, 10. Iacob. Michael patrocino. 13. DD. in l. si rem aliquam. ff. de acqui. posses. & vide late Menoch. conf. 409. a num. 5. lib. 5. & vide Felician. de censibus lib. 3. cap. si. in principio: communitate concluditur, quod recognitio ex certa scientia facta animo transferendi dominium, si interueniat traditio vera vel ficta, id transfert, & fauore Ecclesiae etiam absque traditione; at vero non ita facta, non transfert, nec ex ea probatur dominium, licet in dubio ex ea praesumptione probetur, donec probetur contrarium; & ita intelligitur praxis de qua autor hic mentionem facit: at vero contractu emphiteutico vel locationis dominus in iudicio possessorio recuperanda vel retinenda, habet fundatam intentionem contra emphiteotam, vel colonum, ut ante omnia dimittere reteneatur, non obstante exceptione dominij opposita, & post de proprietate ligare, ex reme. l. si quis conductionis. C. locati. nisi exceptio sit ita notoria, quae euidenter concluderet dolum petentis id, quod statim restitutus est, & haec est vera totius materiae resolutio.

Ibi, Quod sufficiat ad praescribendum, v

de qua dixi lib. 3. quaestio 9. q. penul. Num. 1. ibi, Quod emphiteota allegans. Attende quod de hac materia loquuti sunt Rodoan. Curtius Senior, Ias. Aurelius Corbulus supra citati; melius idem Aurelius limit. 34. quem vide, & concordat cum autore, & vide eum limit. 35. 36. 37. & vide distinctionem quam adducit Hieronymus Portoles in tract. de consortibus & fideicommissis legali c. 18. a num. 14. ubi distinguit inter pactum resolutorium incontinenti appositum, secuta resolutione, & appositum ex interuallo: primam putat excusare a caducitate, non secundam, & id sentit autor hic.

Additio ad Decisionem decimam tertiam.

DE hac decisione, & de intellectu legis finalis. §. si. ff. de contrahenda emptione, videas omnino lato sermone disputantem & distinguentem Ioann. Gar. in tract. de expensis & meliorationibus. c. 4. a nu. 30. & vide etiam Caballinum milleloquio. 191. par. 1. & Gutler. in suis quaestionibus practicis, lib. 2. q. 167. nu. 4. Azu. in l. 1. tit. 15. nu. 7. lib. 5. recop. & Autore infra decis. 145. Aluar. Valas. in tract. de iure emphiteutico, q. 32. a nu. 15. qui omnes allegant Couar. Parladoriu. Rupellanu, & alios, & vide etiam Felicianum in tract. de censibus, lib. 3. c. fin. & c. 4. Salazar de usu & consuetudine. c. 11. per totum Pacem in sua praxi. 3. tomo. c. 2. §. 4. a num. 36. & eundem Felicianum qui plures refert d. tract. lib. 1. c. 4. num. 1. eod. 8. commaniter tamen seruatur, omnia distinctionibus Ioannis Garciae, quod onus impositum super aliqua re, si reate, & afficiat ipsam rem, ac pro eo possit conueniri tertius possessor, nulla facta excussione in bonis principalis obligati; & cum id praxis admiserit,

de rem, onus non sufficit ad praescribendum, v

vt Rupellanus & Guido Pape à supradictis relati testantur, & semper sic videtur praticari, non est cur in inquisitione veritatis, analetice contorqueamur: interim tamen ad materiam huius decisionis vide Hieronymum Grabilem consilii 47. lib. 1.

Num. 4. ibi, *Aliud est promissio vendendi, &c.* Quod promissio vendendi, vel alterum alium contractum faciendi, non sit ipse contractus, latissimè notat & deducit Tiraquell. quem vide in tract. de retractu conventionali. §. fin. à num. 40. qui etiam plura in contrarium adducit, & plures alios autores adducit Antoninus Tressaurus in sua de cessione Pedemontana noua. 234. à num. 5. Vera resolutio est, quod quando contractus in substantia nihil aliud continet quàm promissio, iudicatur promissio ex æquitate vt contractus, vt dicitur inutilis circuitus: quando vero contractus addit supra promissionem, & vel in modo vel in tempore aut alijs proprietatibus accidentalibus aut substantialibus, valde differunt, & promissio nõ iudicatur vt contractus, licet ex vi promissionis compellatur quis ad faciendum contractum, quod est utile ad promissiones quæ quotidie fiunt de meliorando, de quibus vide. l. 22. Tauri & ibi Velazquez de Auendaño. 2. parte à num. 4. & l. 6. & ibi Azueved. & Matienço titu. 6. lib. 5. recop. & Pelaez. de Mieres in tract. de maioratibus & meliorationibus prima parte quæst. 66 per totam, vbi cõcluditur id quod nostra resolutio continet, vide etiã Marcu Anto. Eugeniu Perusi. consilii 7. lib. 1. per totum, & à num. 13. & 14.

Additio ad Decisionem Decimamquartam.

Videndus est omnino Caldas Pereira Lusitanus qui in materia hu-

ius decisionis plura adducit in tract. de nominatione emphiteotica quæst. 4. à num. 7. cum sequentibus qui, concordans cum autore in præsentem, semper putat pupillum posse nominare ad emphiteosim, restitui tamen in integrum aduersus nominationem, si læsus reperiatur: quod verum credo.

Additio ad Decisionem Decimamquintam.

**A**N absens ultra mare, vt apud Indos, sit citandus, priusquam eius bonis detur curator, suboscure hinc determinat autor, & distinguit inter debitorem ipsum & eius hæredem, vt primus non sit citandus, secus secundus: sed mihi nulla ratio differentie apparet inter vnum casum & alium: vnde absolute puto quod in causis grauib; semper absens sit citandus personaliter, vel in domo præsentis habitationis, siue sit ultra mare, siue in alio loco longinquo, dummodo compertum sit quod viuat, & in quo loco sit & domicilium cõstituerit, aliàs potest dari curator eius bonis: quod apparet ex his quæ de citatione lato sermone notarunt Lanfrancus, Corradus, & alij practici apud Gottfredu in praxi iuris ciuilib; lib. 2. tit. 4. fol. 991. & fol. 999. lit. A. vers. debet esse domus, Math. Brun. consilii 158. num. 12 lib. 2. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 9. glo. 2. & nu. 27. & per tota, & cù Clan. Ceph. & alij Fabius Turre. cõf. 27. à nu. 10. lib. 1. Petrus Racha. in praxi. c. 4. à nu. 9. & 10. qui expresse in terminis tenet. Viuius decis. 274. num. 3. Asinius in praxi. §. 6. cap. 1. Vestrius in praxi lib. 4. cap. 2. Rebuffus in 3. tomo ad. II. Gallia art. 2. glo. 3. nu. 23. stylus Parliamenti tit. de adhiornamen. à nu. 24. & nu. 30. licet contrarium videatur tenere Doctor Xuarez de Pace in sua praxi tomo. 1. parte. 3. nu. 5. allegat Bald. in l. cum

cum proponas. C. de bonis autoritate iudicis possidendis, & glo. in l. ab hostibus. ff. ex quibus causis maiores, & l. 12. tit. 2. par. 3. & ibi Greg. & Menoch. de arbitrarijs. lib. 2. cent. 2. cas. 150. Sed certe licet in causis leuib; & parui præiudicij, ne expensa citationis superet principale interesse, id sit verum, & practicetur, & conforme his, quæ dicti autores notant, in causis tamen grauib; id mihi falsum apparet, & quod nullo iure probatur, nisi quando non patet tutus accessus, iniquu etiam & contra ius naturale, cum nulli defensor debeat denegari, quando se per se defendere potest. nec Bal. id probat, cum loquatur quando absens nescitur vbi sit, & sic est intelligenda glo. in d. l. ab hostibus, & sic Albericus ibi tenet: lex etiam partitæ solum loquitur de dando curatore bonis absentis pro derelicto apparentibus, quia nullus ea defendit, vnde non est ad nostrum casum trahenda, & sic teneo sine vlla distinctione, salua melius sentientis censura.

Additio ad Decisionem Decimam sextam.

**N**um. 1. an possit solui prælato putatio existenti in possessione prælaturæ, vel alij existenti in possessione alicuius administrationis, ultra autorem hic, & per eum allegata, vide Caualean. decis. 44. à nume. 2. & l. 5. parte prima, qui Ias. Bart. Simon. de Pretis, Afflictis, Alexan. & alios allegat, & vide Bald. in l. emptorem, nu. 8. C. locati, & eundem Caualean. in tract. de tutore num. 272. fol. 255. allegat Nauar. & alios, & Aurel. Corbulum cum Ruino in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis titu. de causa priuationis ob nõ solum cano. nem, limit. 24. & Benuenutum in tract. de mercatura vltima parte num. 25.

& cõmuniter concluditur cum autore hic, quæ prælato putatio soluens liberatur, nisi ei sit interdicta administratio; si tamen sibi moueatur lis ab alio, debet offerre fideiussorem, aliàs debitor potest denegare solutionem. Si vero sit quæstio inter duos de prælatura, aut officio vel administratione in possessorio & petitorio, tunc neutri debet solui, sed deponi, ex l. litibus, & ibi notant Angel Plat. & Rebuf. post Bart. C. de agricolis & censitis libro. 11. notat Caballinus in suo milleloquio parte. 2. milleloquio. 648. & Aurelius Corbul. vbi supra limitat. 23. & vide notata per Rebuf. tomo. 1. ad. II. Gallias tit. de sententijs prouisionalibus, à num. 100. cum sequentibus.

Num. 3. ibi, *Secunda quæstio. Vera resolutio est, quod bona maioratus aut alia prohibita alienari, non possunt locari ad longum tempus, nec dari in emphiteosim, & nisi decisio Gammae defendatur ex consuetudine quam allegat, in puncto iuris falsa est, vt videbis ex his quæ lato sermone allegat Aurelius Corbulus in dicto tractatu, titulo de causa priuationis ob alienationem, ampliacione. 25. & ampliacione 48. Aluarus Valascus in tractatu de iure emphiteotico parte prima, quæst. 29. & consultacione. 95. num. 2. Antonius Gomez in l. 40. Tauri nume. 48. Molina latissimè in tractatu de primogenijs l. b. 1. cap. 21. à nume. 21. vltra Pinel. & alios ab autore in præsentem allegatos, notat etiam Michael Crassus in suo libro sententiarum. §. fideicommissum, quæst. 59. communiterque omnes concludunt contra Accursiu, non valere talè, locatione nec cõcessionem in emphiteosim: & licet Molina vbi supra cõtra Couar. limitet, quado locatur sola comoditas, certe veru mihi nõ videtur, quia ex hoc fraudibus via aperitur, & esset verbis legè imponere, non*

rebus : nihilominus in praxi pro vita possessoris seruari opinio Molinæ, quam semper seruari vidi : & vide Felician. de censibus lib. 2. c. 3. num. 15. & caue à Mariò Anguisolo consi. 216. à num. 15 lib. 1. qui contrarium innuit.

Additio ad Decisionem Decimamseptimam.

**N**vm. 1. ibi, *Efficiat notabilem deteriorationem.* De materia, vltra autores hic citatos, vide Iosephum Ludouicum decif. Perusina. 22. & decif. 94. & decisione Lucana. 8 num. 12. Menoch. in tract. de arbitrarijs lib. 2. cent. 1. cas. 78. aut 88. Iul. Clar. lib. 4. sententiarũ, §. emphiteosis, quæst. 26. Roland. Valle consi. 49. lib. 2. Bursat. consi. 91. à num. 3. lib. 1. Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob deteriorationem, per totum, & num. 13. Menoch. consi. 372. num. 30. lib. 4. & consi. 460. à num. 16. lib. 5. (& communiter concluditur, quòd ob notabilem deteriorationem, cuius quantitas & qualitas arbitrio iudicis remittuntur, amittitur emphiteosis, etiam si in alia parte rerum emphiteosis interuenit melioratio; in quo tamen dissensio est inter autores, quam videbis concordatam per Corbulum vbi supra, mihi que videtur; qd si melioratio excedat damna, quòd tunc ex æquitate non amittatur emphiteosis, & quantum ad excessum compense tur cum dānis, nisi sit talis melioratio ad quam emphiteota teneretur ex vi pactorum, cuiusque æstimation non debebat sibi solui finita emphiteosi, nam tunc licet ob notabilem meliorationē excusetur à caducitate, teneretur tamen damna soluere. Attendendus est tamē tenor pactorum, vt ex eo conijciatur si melioratio etiam notabilis cedat lucro domini, an non, nam si clarè contra

rium non appareat, quādo melioratio notabilis est, non cedit lucro domini, nisi æstimatione soluta, vt videbis per Autorem infra decif. 22. & decif. 333. num. 4 & decif. 41. num. 7. vbi latius Deo volente dicemus.

Num. 2. ibi, *Nam pœnalis actio.* Vide de materia Menoch. consi. 248. num. 8. lib. 3. & 304. à num. 47. & 54. lib. 4. & 558. num. 6. lib. 6. & 460. nu. 21. lib. 5. Iul. Clar. §. feudũ, quæst. 64 & cū Ceph. Alex. Roma. & alijs, Cauca decif. 43. à num. 69. prima parte. Bursat. consi. 91. à num. 5. lib. 1. latissimè Aurelium Corbulum in d. tract. tit. de causa priuationis ob nō solum canonem, ampliat. 45. num. 5. & 13. Ofasum decif. Pedamon. 29. & decif. 132. Anto. Grab. lib. 7. communium, cōclusionē. 35. à nu. 3. Riminal. Iuniorē, qui Benintendũ & alios allegat consi. 1. à num. 7. lib. 1. Ceph. consi. 534. à num. 17. lib. 4. Communis resolutio est, quòd caducitas nō transit ad hæredes, nec cōtra hæredes, quando dominus fuit sciens, & non cōquestus est in vita eius, vel vasalli, alijs sic, vt Bursat. & alij affirmant: licet doctissimus Carolus Ruinus in consilijs allegatis à Corbulo & alijs vbi supra, fuit in singulari sententia, quòd etiam si dominus ignoret, per mortem finitur caducitas, quia illa caducitas non venit ex vi contractus, & ciuilibus interesse, ac proinde non descendit ex obligatione ciuili, sed ex pura culpa & delicto emphiteotæ, & datur ad vindictam, ac proinde morte extinguitur quemadmodum alia delicta ex tit. C. ne ex delictis defunctorum. Imò soluto interesse domini, nec ex æquitate canonica trāsit contra heredes, vt Ruinus & Corbulus putant. Sed licet hæc assertio singularis sit, mihi falsa videtur, quia illa caducitas non solum concernit vindictā, sed etiam interesse domini, vt rem suā non habeat, qui eam deteriorauit, &

qui

qui ob deteriorationem suspectus efficitur, & præsumptio est contra eum: rum etiam non solum ob delictum puniatur emphiteota, sed etiam ex natura contractus emphiteosis, ex cuius conditione meliorare, & non deteriorare tenetur, & idē ex abusu contractus puniatur, vt potatur in authentica qui rem. C. de sacrosanctis Ecclesijs, vnde ad hæredes & contra hæredes transire debet, si dominus tacite vel expresse non remittat: ac hoc melius ex æquitate canonica, de qua per Aurelium Corbulum vbi supra, vnde tenenda est communis opinio, quam autor hic tenet, & pro qua iudicatum est, & cauendum à Menoch. in d. consi. 304. qui putauit absolute, quando caducitas incurritur ipso iure sine iudicis ministerio, transire ad hæredes: id enim falsum est, quia licet ipso iure incurreretur, incurritur tamē volente domino, & ad eius voluntatē, qui remittere videtur, non protestando, aut querelando, si sciat: & hæc est veritas huius quæstionis.

Additio ad Decisionem Decimam octauam.

**V**trum declaratio voluntatis defuncti, aut electio personæ, vel rerum, transeat ad hæredes, videndus est Mantica in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 3. tit. 1. à num. 24. Simon de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum, in interpretatione. 1. dubio. 3. solutio. 4. Menoch. in tract. de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 68. num. 29. cum sequentibus, & quæst. 69. à num. 2. cum sequentibus: & idem Menoch. cum Parisio, Ruino, Tiberio, Deciano & alijs ab eo allegatis, consi. 594. num. 5. lib. 6. & quādo transeat ad hæredem hæredis, vltra autorem hic videndus est in terminis Caldas Pereira in tract. de nominatione emphi-

teotica quæst. 9. à num. 28. cum sequentibus. post Burgos de Paz quem allegat in l. 1. Tauri à num. 428. & ad propositum de hærede hæredis videndus est Cephal. consi. 499. per totum, lib. 4. & allegationes Fracisci Viuij decisione. 20. per totam, & magistraliter Simon de Pretis in d. tract. lib. 3. interpretatione. 1. dub. 3. solutio. 5. à num. 24. cum sequentibus, Hieronymus Gabriel consi. 132. quæst. 2. nu. 8. Videndi etiam sunt ordinarij, maxime Alexan. & Iaf. post Bart. in l. si quis à filio. §. si quis plures. ff. de leg. 1. & in l. centesimis. §. cum ita, & in l. inter stipulantem. §. Stichum. ff. de verborum obligatio. & in l. idem Pomponius scribit. §. si. post. glo. ff. de reuēdicatione, & in pluribus alijs locis citatis à Caldas vbi supra. *Vera resolutio collecta ex vero sensu Iuriconsultorū est, quòd ad declarationem voluntatis defuncti, quòd hæres nō potest eam declarare, nisi in casibus à iure expressis, & in alijs, solum in sui præiudicium, vt Menoch. dicto consilio existimat: vel quando neminem lædit, & ipse melius est informatus, vel sibi defunctus commisit. Hæres verò hæredis nullatenus potest voluntatem defuncti declarare, quia id ad hæredes non est transitoriũ, ex notatis in d. §. Stichum, & ex regulis de quibus per Simonem de Pretis vbi supra: quoad electionem verò, siue competat ex contractu, siue ex vltima voluntate, hæres hæredis potest eam facere, quando consistit in recipiendo, hoc est in sui fauorem qui debet recipere, quando verò consistit in disponēdo in fauorem alterius, qui ex sua electione aliquid debet habere, quod vni ex pluribus dari poterat, tunc si primus hæres cui à defuncto commissa est, eam non faciat, ille non potest facere: quia hoc importat declarationem voluntatis illius, cui commissum est, quam ipse certo scire non potest, & ita procedit tex.*



In §. rogo hic allegatus, & tex. in l. cum quidam. 24. ff. de leg. 2. & in l. si quis. T. r. io. §. fin. eo. tit. & vtroque videndi sunt Meneses, & Peralta, Molina etiam infra de primogenijs lib. 2. c. 4. num. 11. & cum hac distinctione vera sunt que hic Senatus decisit, vt non nominante primo hærede: confraternitate, succedat cõsanguineus proximior, cui relictum erat annuierfarium, nisi hæredi videretur nominanda fuisse dicta confraternitatem: & casus qui communitè in praxi versatur de annuierfarijs & maioratibus, qui deyno in alium succedunt per viam nominationis ab vltimo possessore faciendæ, de quo per Molinam vbi supra, & casus de emphiteosi relicta pro Petro & filio quem nominauerit, de qua per Caldas vbi supra, eo enim non nominante, eligit vel dominus, vel iudex, & non hæres, de quo suo loco infra dicitur.

Additio ad Decisionem Decimam nonam.

N Vmer. 1. ibi, Contra Decij opinionem, Est Decius conf. 583. num. 8. qui constanter tenet, remedium. l. 2. nõ habere locum in contractu locationis, finito tempore contractus, & perceptis fructibus a locatore, quia res non est integra: & eius opinionem defendit Aluarus Valascus in tract. de iure emphiteotico, quæst. 28. sed contrarium tenet Autor in præsentibus cum Pinelo per cum citato: allegant consilium Alexan. 107. lib. 3. qui in indiuiduo nihil tale dicit, sed opinionem Gammae hic ex professo tenet, & sequitur Gutierrez lib. 2. practicarum quæstionum, quæst. 138. per totam, & cum ea transit Matienço in l. 1. titij. glo. 6. num. 5. lib. 5. recop. & Azeued. ibi num. 4. qui refert autorem in præsentibus sequitur: etiam Mench. lib. 3. controuersiarum vsu frequentium. c.

61. num. 12. Valascus & Gamma, quilibet suam opinionem dicit practicari, & pro ea iudicatur: nullus legem aliquam pro se adducit, sed solum rationes apparentes, quibus facilliter potest responderi: mihi tamen pro nullo opinio communis contra Decium tenenda videtur: tum quia magis æquatum etiam quia à regula generali dictæ legis secundæ (quæ habet locum in contractu locationis, vt per Pinel. Cagnol. Menes. & alios ibi, & in d. l. 1. titij. quæ cum sequenti expresse hoc decidit) de facili discedendum non est: hoc tamen addito, quod conductor qui deceptionem allegat, fructibus perceptis petentis locatore, illorum veram & legitimam reddat rationem, & ei illos restituat, ex pensis deductis, vel saltem eorum valorem per arbitros estimatum, & deceptio clare probetur, aliàs semper sequer opinionem Decij, & pro ea iudicarem: & cum hoc additameto ambæ opiniones concordantur: & hæc de hac decisione.

Additio ad Decisionem Vigesimalam.

A D materia huius decisionis videndus est omnino Menoc. qui in proprio casu consuluit conf. 418. à nu. 2. cum sequentibus lib. 5. & Stortia per totum consilium, conf. 41. à num. 75. cum sequentibus in tribus dubijs, per tota: & de materia quando alienans rem alienam, feudalem, aut emphiteosi, censui, hypothecæ, vel alij oneris subiectam, aut rem maioratus vel fideicommissi, teneatur de euictione, ad interesse, & restitutionem pretij: & quid si scienter vel ignoranter, quia Autor in tam graui & continua, vel frequenti quæstione parcè se habuit, ne dicam negligenter, & Decium & Aretinũ corruptè & perperam allegauit, videndi sunt Bald. Salic. & alij

& alij in l. si familia. C. fam. hercif. Ang. in l. cum lex, & ibi Imola. ff. de fideiuss. idem Imol. in l. cum vir. ff. de vsu capio. Alb. in l. qui libertatis. ff. de euictio. rex. & ibi autores, in l. emptorem. §. fin. ff. de actio. empti. autores omnes in §. fin. hic allegato. Coar. in loco ab autore citato. Speculator in tit. de emptione & vend. §. 3. num. 8. Faber in d. l. si familia, & in §. 1. num. 8. in tit. quibus alienare licet vel non. Nouell. in tract. de dot. parte. 7. limit. 12. num. 15. Campeius in eodẽ tract. quæst. 23. glo. & ibi Isernia & feudist. in c. 1. de prohibita feudi alienatione per Feder. DD. in l. quæmadmodum. C. de agricolis & censitis lib. 11. Menoch. conf. 226. à num. 145. lib. 3. & conf. 87. à num. 95. lib. 1. Roman. conf. 396. à num. 3. Crauet. conf. 64. à nu. 4. lib. 1. Rolan. conf. 67. lib. 4. Molina. de primogenijs lib. 4. c. 1. à nu. 28. & latius & melius per Tiraquellan tract. de retractu lib. 1. §. 12. glo. 1. à num. 7. & 8. cum sequentibus Molineus in consuetudinibus Parisiensibus tit. 1. §. 1. glo. 5. nu. 76. Alex. conf. 21. à nu. 1. lib. 5. & conf. 108. à num. 1. lib. 4. Riminal. Jun. conf. 49. à num. 7. lib. 1. Vera tamen resolutio collecta ex mente Iuriconsulti in d. l. emptorem. §. fin. & ex autoribus in d. l. si familia, post glossas & Fabrum, qui breuiter, vere & eleganter loquitur, & in l. si fundum sciens, per taxibi, iuncta l. cum quæstio. & l. cum liberam. C. de euictio. & iuncta l. si fratres. C. communia vtriusque iudicij, & l. si sciens. C. ad Velleian & ex glo. & autoribus in d. l. si libertatis, est scilicet, quod vendens rem alienam, vel fideicommissi subiectam, quæ per legem prohibetur alienari in fauorem tertij, si vendat scienter & scienti, non tenetur de euictione, nisi promittat, ac proinde non tenetur ad damna nec ad pretium, ex d. l. si fundum, & ita intellexerunt Faber, Cynus, & alij in d. l. si fa-

milie. Si verò promittat, tenetur ad vnum & ad alium, licet aliqui contraquant, si verò ignorant. r. & ignorant, tenetur simpliciter de euictione, etiam si non promittat, si verò vendat rem prohibitam alienari in sui fauorem, quando lex contractum annullat, non tamẽ imposita pœna vendenti nec ementi, vt puta mulier aut minor, non tenetur de euictione, nec ad restituendum pretiũ, etiam si promittat & det fideiussores, per d. l. cum lex, ne aliàs per indirectũ lex defraudetur; licet si venderet probabiliter ignorant, teneretur ad pretium conuersum in sui vtilitatem ex æquitate. l. si inter me & Titium, & l. nam hoc natura, & ita procedunt quæ Stortia & Nouellus notat: & facit tex. in d. §. si. Si verò venderet rem prohibitam alienari, & in casu quo propter alienationem imponitur pœna, tunc ignorans recuperat pretium ex dicta æquitate, scias verò nihil, & venditor non tenetur de euictione, ex glo. & feudistis vbi supra; & ex Menoch. & Stortia vbi supra: si verò ex conventionẽ vel aliàs ex natura contractus venditor non tenetur de euictione, etiam si emptor sit in bona fide, tenetur tamen ad restituendum pretium, nisi specialiter illi remissum sit, ex Alberi. in d. l. qui libertatis, qui ita declarat glo. ibi, quæ aliàs falsum dicit, vt per Coar. vbi supra. Non autem tamẽ de distinctione quam aliqui faciunt in d. l. si familia, & specialiter cum Roman. & alijs Menoch. in d. conf. 48. an scilicet euictio eueniat ex natura bonorum alienatorum, an aliàs, vt primo casu non debeatur, etiam si sit promissa; in secundo seruetur distinctio scientiæ & ignorantie: hæc enim distinctio confecta est, & nullo iure probatur: hanc, vt bene Bald. aduertit in d. l. si familia, si dicta bona vendantur scienti rei naturam, & non stipulanti de euictione, iam propter scientiam sibi non debetur

debetur euctio, etiam quo ad pretium promissum: si vero ignoranti, non videtur quare sibi non debeatur euctio, cum ipse ut liberam emerit. Idem si stipuletur de auctione, ut in d.l. si fundum sciens, & ita sentiunt Faber, Cyn. Odofred. & Bald. in d.l. si familiar. Nec obstat. l. si in. C. communia de legatis, quia ut omnes ibi respondent, loquitur in casu fideicommissi conditionalis, ubi simpliciter res non prohibetur alienari nisi in euentum alicuius conditionis, quæ potest non euenire, vnde cum res sit media inter omnino liberam & omnino alienam vel oneri subditam, ita fides emptoris nec est omnino mala, quia putauit licite posse emere, cum posset non euenire conditio, nec est omnino bona, & sic Imperator seruauit etiam in sui decisione mediam viam, ut venditor non in totum teneatur de euctione, etiam si promittat, nec emptor totam euctiorem consequatur, quo ad interesse & pretium, sed solum pretium; & hæc est vera resolutio, secundum quam in rigore iuris male iudicauit Autor in presenti, licet in praxi sua decisio vera sit, cum nunquam ultra pretium & melioramenta condænetur venditor: imò etiam si emptor male fidei sit, dicit Sfortia, quod de æquitate debet sibi refundi pretium. Allegat Imol. in d.l. cum vir sed æquitas hæc fictitia est, nec tale dicit Imola nisi in casu bonæ fidei: tunc tamen haberet locum, quando mala fides esset potius culposa quam dolosa, & venditor esset potens soluere: si tamen esset dolosa, ut in casu tex. in l. i. C. de præscriptione. 30. an norum, omnino deberet amittere pretium, etiam si promissum esset de euctione, ex supra adductis.

Ibi, Decius consi. 185. Est Decius consi. 184. num. 7.

Ibi, Aretinus in l. si rem. Male allegat Aretin. nam Aretinus solum dicit,

quod emens scienter rem alienam, potest agere ad pretium, & quod est communis opinio: de re obligata restitutio ni nihil dicit, & est casus rex in d.l. fin. Sed opinio Aretini est falsa, & non communis, ut videbis per Couar. Menoch. & Sfortiam ubi supra. Iterum dico, quod si fideicommissum erat omnino certum, male iudicauit in rigore Autor hic: fecus si incertum, ut in d.l. fin.

### Additio ad Decisionem XXI.

**N**um. 1. ibi, *An actio. An remedium* l. 2. C. de rescind. vend. competat contra tertiam possessorem, vltra Couar. & Pinel. Costam X Suarez & alios hic allegatos, vide infinitos congestos à Doctore Valdes in suis admodum doctis & laboriosis additionibus ad X Suarez in d. allegatione. 21. num. 4. lit. E. & Menes. in d.l. 2. num. 39. & omnino, vide Matiençum allegatum à dicto autore in l. i. glo. 8. num. 24. tit. 1. lib. 5. recop. & Cagnolus in d.l. 2. à nu. 114. & Emanuelem X Suarez lib. 4. communium opinionum, tit. 30. num. 34. & Anton. Gomecium: tomo. 2. de contractibus. c. 2. num. 22. qui in proprijs terminis loquuntur: & vide Sfortia in tract. de restitutione, parte prima, tit. 30. q. 17. Communis resolutio est, quod dictum remedium est personale, etiam si sit in rem scriptum, ac proinde non potest intentari directo contra tertium, nisi ipse fuerit sciens, vel emerit cum eadem deceptione, vel possidet ex causa lucratiua, etiam si non sit sciens, ex tex. eleganti in l. qui autem. Simili quoque modo. ff. quæ. in fraudem creditorum, & tunc semper debet precedere excusio in bonis principalis emptoris, licet Autor excusionem non requirat, quando tertius possidet ex causa lucratiua: sed loquitur contra com-

communem, & sua opinio nullo iure probatur, in praxi tamen, solemus vno & eodem libello agere contra ambos, primum & secundum emptorem, & ambo condemnantur, vnus in defectum alterius ex eodẽ processu: prout in simili casu dixi in quæst. de fideiussore lib. 1. quæstionum vtriusque iuris, vbi vide.

Ibi, *Ideo reputatur impossibilis.* Nota quod fideiussor alicuius potentis & difficilis conueniendo, potest conueniri absque excusione: quod verum est, & vltra allegata hic vide Menoch. cõs. 4. 10. à nu. 46. lib. 5. Communitas lib. 8. communium, tit. 25. nu. 136. limit. 3. & 4. Bursa tum cons. 48. à nu. 10. lib. 1. Rol. cons. 9. lib. 1. Menoch. in responso secundo, causæ Finarenis artic. 3. nu. 24. Ferraram in sua praxi, verbo in forma libelli in actione hypothecaria, verbo exceptionem excusionis, num. 7. Marsilium in rubri. de fideiussoribus num. 10. Socin. reg. 177. fallen. 9. Dueñas regu. 335. limit. 7. & 8.

Num. 5. ibi, *Simile esse dicebã in hypothecaria.* Hæc opinio Alexã quod tempus quod datur ad præscribendum contra hypothecariam, currat à die factæ excusionis, & non ante, quidquid velit Autor hic, communiter est reprobata, ut videbis per Franciscum Balbum, & Negussantiũ, quos Pinelus hic citatus allegat, & vide ad propositum quæ allegat Azeued. in l. 6. num. 42. tit. 1. lib. 4. recop. Parlad. lib. 1. rerum quotidianarum. c. 1. §. 16. in fine; & idem erit in quadriennio, de quo in d.l. 2. nam currat à tempore primæ venditionis, & non à tempore excusionis; quia id nullo iure probatur, nec aliquod impedimentum suffragatur, cum voluntariũ sit, ut bene dicti autores aduertunt.

### Additio ad Decisionem XXII.

**N**um. 1. De meliorationibus quas emphiteota facit, quod hæredes lucrentur, & sint bona lucrata inter eos & vxores, et si sint magna, etiam si detur emphiteosis ad meliorandum, dũ modo de alio expresse partes nõ agant, est bona decisio hic, de qua vide quæ allegauit & dixi ad decisionem. 4. & vltra ibi allegata, vide Menoch. cons. 454. num. 1. lib. 5. & Fab. Turretum cons. 37. in fine lib. 1. Rimi. Iuniorum cõs. 435. nu. 69. & 49. lib. 4. Hieronymum Portoles in tract. de consortio & fideicommissio legali. c. 26. Ioan. Gar. de expensis. c. 15. Gutierrez lib. 3. practicarum, quæst. 89. Burfat. cons. 295. num. 45. lib. 3. Lancelot. in tract. de attætatis. 3. parte. c. 24. quæst. 29. Bertachinum latissimè in suo repertorio lit. E. verbo Emphiteota expensens, cum sequentibus. Dueñas regu. 237.

### Additio ad Decisionem XXIII.

**D**E materia huius decisionis videndus est omnino Socin. cõs. 148. lib. 1. Tellus Fernandez in l. 9. Tauri à nu. 24. Ceruantes in eadem. l. nu. 114. Velazquez ibi glo. 6. num. 2. Matien. in l. 7. glo. 8. num. 3. tit. 8. lib. 5. recop. & in l. 9. glo. 1. in fine. d. tit. 8. & in l. 6. glo. 8. à nu. 21. & ibi Azeue. num. 6. & vide eundem Azeued. in l. 7. tit. 8. à nu. 1. cum sequentibus. Couar. de sponsalibus. 2. parte. cap. 8. à nu. 16. & 17. & Velazquez de Auend. in d.l. 9. glo. 2. num. 3. Azeued. in d.l. 7. num. 39. Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum lib. 3. interpretatione. 1. dub. 3. fol. 2. num. 11. Caldas latissimè in tract. de nominatio. quæst. 19. à nu. 38. Crass. in suo libro sententiarũ. §. institutio. q. 8. Paleot. in tract. de nothis & spurijs. c. 53. in fine Cepha. cons. 358. lib. 3. Gutierrez in suis practicis

Eticis quæstionibus lib. 3. quæst. 55. à num. 38. Mathefillanum, & ibi Bologninum in additione, in tract. de successione ab intestato. 2. artic. membr. 2. num. 3. cum sequentibus, & primo articulo 3. membro à num. 16. & quia materia difficilis est, quam ipsimet auctores difficultatem reddiderunt, non bene se explicando, vera resolutio collecta ex vero sensu quæstionis est constituendo sequentes casus.

**Primus casus est: Filius ex coniugato & fornicato licet sit spurius & patri insuccessibilis, non tamen est natus ex coitu damnato & punibili per se, ac proinde iure communi legitimus hæres est matris, & auiæ, & omnibus ascendentibus & consanguineis ex parte matris, ac per consequens melius succedet nepos legitimus ex eo, itidemque nepos ipse spurius, dummodo sit filius filia legitimæ, succedet auiæ, quemadmodum mater succederet, & quemadmodum ipsi matri succederet, & hoc colligitur ex dicto elegantissimo consilio Socini, quæ male aliqui reprobarunt, & sequitur Azeued. in d. l. 7. **Secundus casus est: Filius spurius ex patre legitimo non succedit auiæ ex parte patris, quemadmodum nec patri, quia agnatus non est, & auiæ debebat succedere per viam agnationis; & ita tenet Azeuedo cum alijs contra Paulum Castrensem, bene tamen respectu auiæ est capax legati, sicut extraneus quilibet, dummodo non sit natus ex coitu incestuoso, aut aliis damnato, punibili & accusabili, ut per auctorem in præsentibus, & tenent Ceruantes & alij vbi supra, & hoc quo ad quintum in his regnis est indubitabile ex dictis legibus. 8. 9. & 10. cum & ipse filius spurius prædicti quinti sit capax.****

**Tertius casus est: Nepos spurius ex patre legitimo, non est auiæ legitimus successor ab intestato, tamen si auus non habeat filios legitimos, potest hæres**

institui ab auiæ, ex l. si. C. de naturalibus liberis, dummodo non sit natus ex coitu damnato: & ita Paleotus & alij vbi supra intelligunt, & non procedunt quæ Simon de Pretis vbi supra allegat, nam respectu aui non est incapax, sed ut extraneus quilibet, ex Ceruantes vbi supra; ac per consequens melius erit capax relictæ intra quantum, ex supra adductis.

**Quartus casus est: Nepos legitimus ex filio spurio potest hæres ab auiæ institui, dummodo non instituat contemplatione filij, ex Matienço & alijs vbi supra, & hæc est communior & veterior resolutio.**

**Quintus casus est: Hodie in his regnis respectu matris coitus damnatus dicitur in quo mater incurrit poenam mortis naturalis, & tunc nepos insuccessibilis est matri, & per consequens auiæ maternæ: & in hoc approbamus Telli & aliorum opinionem, quia & hoc erat iure antiquo in quocumque coitu damnato & punibili, nec est immutatæ ex dictis legibus, nec Socinus contrarium dixit, erit tamen per viam testamenti capax quinti ex dictis legibus, cuius contrarium erat de iure communi ex authentica ex complexu. C. de incestis nuptijs, & cum his mater resoluta quæstio de qua autor hic, Cepiosus & melius quam ipse resoluente.**

**Ibi, Cognitam fuisse in carcere. De poena carcerarij, carceratam carnaliter cognoscetis, vide Auilesum, qui plures allegat, in cap. prætorum. cap. 18. verbo, carcel, num. 45. Iul. Clar. lib. 5. sententiarum. §. fornicatio, num. 24. Boer. decis. 3 17. & 3 18. Anton. Gomez in l. 80. Tauri num. 25. & aduerte quoad præsentem casum, quod ad hoc ut spurius sit insuccessibilis, coitus ex quo natus est, debet esse per se punibilis ratione ipsius coitus, & ratione personarum coeuntium, & tandem ex natura rei, &**

non per accidens ratione loci, aut alterius circumstantiæ extrinsecæ: & ita sentit autor hic, licet non ita intelligat nec declaret; & ita colligitur ex dicta authentica ex complexu: quod est singulari ad intellectum dictarum legum regiarum.

Declarata tamen dicta in prima additione, quod nepos spurius, vel legitimus ex spurio, nato ex coitu damnato & punibili, & accusabili, dummodo non sit natus ex coitu propriè incestuoso, etiam si filius clerici pater vel ipse sit, potest ab auiæ institui, & est capax, non existentibus filijs legitimis, ut cum Antonio Gomez. Cast. X Suarez & alijs infinitis concludit & dicit magis communem opinionem Matienço in d. l. 6. glo. 8. num. 23.

Item aduerte, quod quicumque nepos, aut filius spurius vel incestuosus, est legatus intra quantum capax ex dictis legibus regijs, quæ corrigunt iura communia.

Præterea aduerte, quod Ceruantes in d. l. 9. à num. 88. cum sequentibus, cum Castello & alijs constanter defendit, quod nepos succedit auiæ ex parte matris, etiam si natus sit ex coitu damnato & punibili; & sic intelligit dictam legem. 9. quæ solum corrigit iura communia quo ad matrem: in alijs verò remanet incorrecta, & sic cum iure Digestorum succederet matri & auiæ, remanet ius illud incorrectum quo ad auiam: sed illud verum esset, si auiæ aut alij ascendentes expressè in hoc casu vocati essent à iure antiquo, cum tamè iura antiqua solum in genere de spurijs, & de matre & cognatis ex parte matris loquantur, ut in l. spurius & l. Modestinus. ff. unde cognati, & per l. nouam, de qua in d. authentica ex complexu, & in authentica quibus modis naturales efficiantur sui. §. fin. reprobati sunt tales filij, & ablata ab eis iura cognationis, quoad effectus

ciuiles: unde certè ista opinio nullo iure probatur, & contra eam Cynus, Salic. Odofred. Mathefillanus, Corn. & alij tenuerunt in d. l. fin. & in authentica si qua illustris. C. ad Orficiam. & Angel. in dicto. §. fin. Angel. Aretin. in §. nouissime, num. 3. instituta ad Orficiam. Fateor tamen, quod probabilis est dicta opinio, ut Corneus putat, qui acutè respondet ad dictum. §. fin. & quia æqua est, seruaretur iudicando & consulendo.

Aduerte etiam, quod Cynus & alij antiquiores in d. l. fin. tenuerunt, quod nec nepos spurius ex damnato coitu natus, nec nepos legitimus ex filio spurio, ex tali coitu nato, erant capaces ex testamento aui non existentibus legitimis. Sed licet id probabile sit in nepote spurio, in legitimo nullo iure probatur: & contra id faciunt rationes, de quibus in d. l. fin. & in ambobus casibus, nisi in incestuoso, est magis communis opinio contra eos, ut per Ceruantes & Matienço vbi supra.

Tandem aduerte, quod quidam ex supra citatis appellarunt cognatum nepotem, spurium respectu auiæ paternæ, & legitimum ex spurio, respectu eiusdem. Sed considera, quod si nepos ipse sit spurius, auiæ non succedit ab intestato, quemadmodum nec patri, ut per Azeued. vbi supra. Potest tamen ex testamento capere, ut extraneus quilibet: si verò sit legitimus, succedet, si pater succedere poterat, quia non erat ex damnato coitu natus, & hoc non iure cognationis, sed agnationis, & representationis, quia licet pater respectu auiæ suæ matris, sit cognatus, filius verò, qui & ipse nepos est, respectu eius agnatus est, quia agnatio à patre sumitur, ut in d. l. si spurius. ibi, A patre oriuntur. Et cum his manet hæc salubris materia diligenter enucleata.

Additio ad Decisionem  
XXIII.

**V**ide de materia late Cald. in tract. de renouatione contractus emphiteotici, quæst. 14. qui tenet contra Gammam in præfenti, & dicit contra eum militare communem praxim, & vide Vinium decis. 17. num. 9. Marius Anguisolom conf. 131. num. 8. & conf. 17. num. 20. Gutierrez lib. 3. practicarum, quæst. 75. num. 5. Alex. Raudensem in tracta. de contractibus emphiteoticis, tit. de non concedenda, nume. 43. Matien. in l. 1. glo. 10. num. 2. 3. & 5. tit. 4. lib. 5. recopil. Aliquid per Tiraquell. de retract. lib. 1. §. 1. glo. 10. a num. 88. Vera resolutio est contra autorem in præfenti, quod eadem solennitas requiratur in renouatione contractus emphiteotici, quæ requirebatur in eius prima concessione, etiam si renouatio fiat durante primo contractu; tandem cum renouatio, prorogatio, additio aut detractio fit circa substantialia, & eadem ratio, quæ fuit causa inducendæ solennitatis, militat in secundo contractu, quæ in primo eadem solennitas requiritur; & hæc opinio seruatur in praxi, & licet in contrarium sit alia communis opinio, vt per Caldas vbi supra, procedit, quando non militat eadem ratio, nec ex prorogatione nouus contractus inducitur, nec aliquid circa substantialia mutatur, aliàs falsa est: vt constat, ex his quæ autores citati adducunt: & in contractibus emphiteoticis rerum ecclesiasticarum tunc seruabitur, quando sunt consuetæ emphiteoticari, nam tunc sine solennitate potest emphiteosis renouari, & ita loquitur extrauagans Ambrosiose, & autores in contrarium citati, aliàs semper eadem solennitas requiritur, ne perperam, & contra ecclesiarum vtilitatem

res in totum alienentur.

Additio ad Decisionem  
XXV.

**D**E hac decisione vide. l. & si fideiussor, & ibi Imol. & omnes. ff. de re iudicata, & Hippolyt. Marfilium in repetitione Rubr. de fideiussoribus a nu. 273. Et aduerte, quod remediū Bart. in d. l. & si fideiussor, nullo iure probatur: nam leges quas allegat, non loquantur de exceptione personali: tum etiam, si fideiussor per indirectum vteretur dicta exceptione personali; lex esset imposita verbis, & contra intentionem contrahentium, qui ideo fideiussores accipiunt, vt magis securi maneant: vnde contra Bart. tenuit Cum. ibi, & in l. Marcellus. ff. de fideiussoribus, & contra eum tenendum est iudicando & consulendo: & bene iudicauit autor hic.

Additio ad Decisionem  
XXVI.

**N**vm. 1. De materia, an emphiteota vel alius, qui non est perfecte dominus, & cui est prohibita alienatio, possit locare ad longum tempus, vel subemphiteoticare, vide quæ notauimus ad decisionem 16. num. 3. vbi conclusimus quod non, nisi consuetudo existat in contrarium: vide etiam Caldas de nominatione, quæst. 23. a nu. 48. Num. 2. ibi, *Nullus alius præter dominum directum*, an secundus emphiteota possit petere commissum, vel solum dominus directus, vltra autorem hic; vide late Aurelium Corbulū in tracta. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob alienationem, ampliacione. 24. Menoch. conf. 226. a num. 157. & nume. 185. & 186. lib. 3. concluditur, quod quando primus

primus emphiteota cessit omne ius suum in secundum, tunc licentia domini est requirenda, & ipse commissum potest petere: quando verò aliquid sibi remansit, & sibi soluenda est pensio, ipse habetur vt dominus respectu secundæ emphiteotæ, & ipse commissum petere potest, & ab ipso est licentia petenda, licet aliqui dicant, quod ab vtroque, & sic communiter practicatur in emphiteota vniuersitatis habente sub se plures subuafallos, vel emphiteotas.

Num. 3. ibi, *Per quam ius colonie*. Per quantum tempus præscribat quis coloniam vel emphiteosim, vide dictum Aurelium Corbulū in dicto tractatu, titulo de causa priuationis ob non solutum canonem; ampliacione 39. & Iosephum Mascardum de probatio. conclusione. 603. lib. 2. Antonium Tessaurum in decisionibus Pedemontanis nouis, decisio. 179. per totum. Iosephum Ludouicum decis. Perusina. 106. a num. 21. parte. 2. & cum Mario Anguisolo Ancharrano Rhegiensi, Ludouico Romano & alijs, Caualcum in decis. 44. a num. 80. parte. 1. Communiter concluditur, quod si non constat de contractu locationis temporalis, præscribitur. 30. vel. 40. annis: secus si constat, vt per Caualcum Ruino vbi supra.

Num. 4. An pater possit præiudicare filio in emphiteosi, & an filius possit venire contra factum patris, cuius est hæres, vide quæ late notauimus decis. 8. num. 1. & nu. 6. vbi declarauimus l. cum a matre, & eius materiam, & decis. 5. num. 7.

Num. 5. *Materia hæc, an præscriptio obstat succedentibus in fideicommissio, maioratu, feudo & emphiteosi*, quando fuit perfecta in vita alicuius ex possessoribus, satis vulgaris est, & de

ea vide autores hic ab autore citatos; & vltra eos Ludouic. Molin. in tracta. de primogenijs lib. 4. cap. 10. per totum, Matienço in l. 8. glo. 5. nume. 25. titulo. 7. lib. 5. nouæ recopilat. Ofasum decis. Pedemontani 77. per totam, Pinelium in authentica nisi tricennale, num. 39. C. de bonis maternis, Hieronymum Portoles in tractatu de confortibus & fideicommissio legali. cap. 20. a nu. 11. & Hieronymum Gabrielem conf. 163. num. 12. lib. 1. Aymon Crauet. conf. 967. lib. 5. Menoch. consil. 304. & 305. lib. 3. Ioan. Bottā consil. 48. Ceph. conf. 624. nume. 58. lib. 5. Sfortiam de restitutione quæstio. 90. nume. 36. parte. 2. & plures alios quos allegat Fab. Turretus conf. 69. a num. 26. lib. 1.

Num. 5. in fine. Verum dicit Autor, & sua decisio bona est, licet ipse in dicta decisio. 8. contrarium tenuerit: sed ibi locutus fuit præsupposita certa consuetudine.

Additio ad Decisionem  
XXVII.

**N**Vme. 1. ibi, *Semel fuit exclusus*. Quando in fideicommissis, maioratibus & primogenijs, semel exclusus, censeatur semper exclusus: & Dominum Ludouicum, vide late per Molinam lib. 3. de primogenijs. cap. 10. Bonifacium Rugerium conf. 1. nume. 27. & conf. 13. num. 100. lib. 1. & eundem Molinam lib. 1. cap. 6. a num. 22. Velazquez de Auendaño in l. 40. Tauri, glo. 9. a nume. 76. Burfat. conf. 637. a num. 17. & conf. 80. lib. 1. Sfortiam conf. 13. a nume. 11. Menoch. consil. 585. a nume. 35. lib. 6. & consil. 172. num. 31. lib. 2. & conf. 318. lib. 4. & 85. a num. 44. lib. 1. & Alexand. Raudensem conf. 142. a num. 22. secunda

parte consiliorum Zileti de vltimis voluntatibus, vbi consuluit pro Rege nostro Philippo circa successionem regni Portugalliae: & communis resolutio est, quod semel exclusus, manet semper exclusus, durante persona & causa exclusionis, alias finita persona & causa, potest denuo admitti: & hoc in successionebus tractum successuum habentibus, vt in primogenijs, & fideicommissis perpetuis, in alijs vero quae vnico actu consumantur, semel exclusus, semper manet exclusus: & ita intel liguntur quae notat feudista in c. vnico, Episcopu vel Abbatē, in vsibus feudorū.

Num. 2. ibi, *De persona ad personam.* Quando in fideicommissis & primogenijs admittatur extensio de casu ad casum, & de persona ad personam, vide latissimē per Menoch in tract. de praesumptio. part. 2. praesumptio. 73. & praesumpt. 65. & conf. 232 num. 11. & 235. num. 7. & 220. num. 36. & 233. nume. 11. & latius, & melius conf. 243. per totum, lib. 3. & 530. num. 21. & 585. a num. 11. & 500. num. 8. lib. 6. & conf. 427. num. 7. & 432. num. 25 lib. 5. Ioā. Bottam, qui plures allegat conf. 50. per totum, Crassum in libro sententiarum. §. fideicommissum, quaest. 4. a nu. 22. Francisc. Mantica in tractatu de coniecturis lib. 3. titulo 19. a nume. 9. Riminald. Juni. conf. 80. a nume. 14. & 42. a nume. 123. lib. 1. Bursat. conf. 13. & 52. & 50. num. 21. lib. 1. Sfortiam conf. 56. a num. 36. & 66. a nume. 80. & 67. a nume. 18. lib. 1. Simonem de Pretis in tractatu de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 2. interpretatione. 4. dub. 1. solutio. 2. a nume. 89. Roland. de Valle conf. 100. a num. 80. lib. 4. & conf. 94. nume. 20. lib. 2. & 59. num. 19. & 55. num. 24. lib. 3. & 14. nume. 30. eod. libro. Burgos de Paz conf. 9. a num. 13. & conf. 2. a num. 77.

Ceph. conf. 472. num. 97. & 455. num. 8. & 509. nume. 17. & 490. nume. 9. & 469. num. 12. & 478. num. 52. & 517. & 582. num. 2. & 537. nume. 17. lib. 4. & 446. nume. 35. & 430. nume. 10. & 408. num. 66. lib. 3. Hieronymum Gabrielem conf. 83. a nume. 61. & 95. a nume. 13. lib. 1. Federicum Scotum lib. 2. responso. tomo. 2. respon. 9. & lib. 4. responso. 41. Bonifacium Rugerium conf. 25. per totum lib. 1. Communis resolutio est, quod de persona ad personam est omnino prohibita extensio, nisi appareat de voluntate testantis contraria expressa, vel ex coniecturis vrgentissimis collecta. De casu ad casum etiam est prohibita, sed ex voluntate testantis tacita aut expressa; saepe saepius permittitur, atque hic leuiore coniecturae sufficiunt ad eam elicendam, imo & similitudo, aut identitas rationis sufficiunt, ex notatis per Doctores in l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de lib. & posthumis.

Num. 3. ibi, *Si de tali voluntate dispositiua, &c.* Nota, quod non sufficit voluntas ex coniecturis elicitā, nisi ea sit dispositiua, & collecta ex verbis dispositiuis in testamento insertis, vt per Autorem hic, de quo vide Menoch. de praesumptione. parte. 2. lib. 4. praesumptione. 67. a nume. 15. & praesumptione. 50. a nume. 57. Tessaurum decisione Pedemonta. noua. 248. num. 2. & Menoch. conf. 210. num. 18. & 218. num. 71. & 236. num. 25. lib. 3. Rim. Juni. conf. 46. a num. 76. & conf. 110. num. 23. & conf. 20. & conf. 23. a nu. 90. lib. 1. & conf. 37. a num. 2. eo. lib. Velaz. de Auenda. d. l. 40. glo. 20. nu. 2. Simonem de Pretis in d. tract. lib. 2. interpretatio. 1. dub. 1. solut. 5. a nu. 13. Communis resolutio est contra autorem in praesenti, quod quomodocunque ex verbis testatoris, siue dispositiuis, siue

2. 92. 10.  
lib. 10.  
lib. 1. H.  
31. p. 3.

siue enuntiatiuis, constet de eius voluntate, aut ex alijs coniecturis, ex verbis deductis, vel ex signis & ratione, in fideicommissis saltim, seruanda est, & ita practicarur.

Num. 4. ibi, *Effectus consummatus.* Quando in fideicommissis & maioratibus post effectum consummatum, admittatur alius melius ius habens in praedictum iuris ab alio quaesiti eo tempore, quo vel non erat natus, vel non apparuit is qui melius ius habebat, vide omnino Molinam dicto lib. 3. cap. 10. Velazquez in dicta. l. 40. glo. 6. a num. 13. Menoch conf. 278. a nume. 14. lib. 3. elegantissimē & melius quam alibi Menoch. conf. 413. lib. 5. Hippol. Riminald. Junior. in eodem casu conf. 564. lib. 4. Roland. Valle conf. 70. lib. 3. a num. 10. Ceph. conf. 318. a num. 23. lib. 3. Alexan. Rauden sem dicto conf. 142. num. 80. Hieronymum Gabr. conf. 123. nume. 2. lib. 1. Federi. Scotum respon. 1. tomo. 1. nu. 52. lib. 4. & respon. 1. tomo. 1. lib. 2. nu. 255. inter quos omnes magna contro uersia est, an natus post euentum casus substitutionis, siue ob mortem, siue ob alienationem, praeratur proximiori, qui fuit admissus tempore delatae successionis, quia alius tunc proximior non erat, licet postea natus sit: & communiter concluditur contra Molinam & Riminald. quod non admittitur, nisi ad huc res sit integra, nulla distinctione facta, & ita ego in proprio casu habeo consilere, & soleo limitare, ex notatis in cap. 1. de eo qui sibi, & haeredibus masculis & foeminis, in vsibus feudorum, nisi in nato de nouo concurrat aliqua qualitas, quam voluit testator semper in suo primogenio durare, & quod non habens illam qualitatem, succederet temporaliter, scilicet interim quod alius non appareret: sed hoc debet constare ex claris ver

bis, & clara voluntate testatoris, alias male practicaretur.

Num. 5. ibi, *Per momentum.* Quando conditionem sufficit semel impleri, licet per momentum duret, vide Menoch. de praesumpt. 2. parte, lib. 4. praesumptio. 69. a num. 3. & 183. num. 29. & conf. 220. a nume. 4. lib. 3. & 85. a nume. 46. lib. 1. Crassum in dicto tractatu. §. legatum, quaest. 53. Riminald. Junior. conf. 52. a num. 136. lib. 1. Sfortiam conf. 19. a nume. 2. & 13. a num. 115. lib. 1. Molin. dicto tractatu, lib. 1. cap. 6. a num. 17. Roland. conf. 52. num. 46. lib. 2. & 56. num. 11. lib. 3. Burgos de Paz conf. 9. nume. 12. Rugerius conf. 1. num. 26. & 27. num. 46. lib. 1. Gabriel conf. 117. num. 9. & conf. 61. nume. 12. 2. parte consiliorum Zileti de vltimis voluntat. Communiter concluditur, quod sufficit momento impleri, nisi ex voluntate testatoris requirat perseverantiam, vel habeat tractum successuum, vt est conditio de nomine & armis, & ea de qua loquitur Autor hic.

Num. 6. ibi, *Coniectura voluntatis.* Nota quod fideicommissum potest induci ex coniecturata mente testantis, absque expressa dispositione, de quo vide Menochium in dicto tractatu de praesumptionib. lib. 4. praesumptio. 64. & 67. & conf. 232. a num. 4. & 233. a nu. 2. lib. 3. Antonium Tessaurum de cision. Pedemontana noua. 248. nume. 13. Molin. in dicto tractatu lib. 1. cap. 1. a num. 10. Crassum in §. fideicommissum, quaestione. 4. 5. & 6. Bursatum conf. 51. num. 9. lib. 1. & conf. 52. Fabi. Turret. conf. 77. lib. 1. Sfortiam conf. 45. a num. 26. lib. 1. Hieronymum Gabrielem conf. 132. quaestione. 7. & 9. Roland. conf. 97. lib. 4. Cephalum conf. 523. lib. 4. & 330. a num. 27. lib. 3. & 517. nume. 66. lib. 4. & 524. nume. 48. & 455. num. 67. & 520. eo. lib. 4.

Simonem de Pretis in dicto tractatu lib. 3. interpret. 3. dub. 3. solut. 4. & 5. & consil. 27. & 37. nume. 10. inter collecta à Zileto de ultimis voluntatibus, parte. 2. Siluan. consil. 63. lib. 2. & supradicta est communis & vera resolutio.

Nume. 7. ibi, *Quòd prohibitio.* Nota, quòd prohibitio negatiua obligat semper, & ad semper: de quo vide Velazquez in dicta l. 40. glo. 6. nume. 13. & Crassum in dicto libro sententiarum. §. legatum, quæst. 53. in fine, Sfortiam consil. 19. lib. 1. & vera est Autoris resolutio.

Nume. 8. ibi, *Quòd qualitas & forma.* De repetitione conditionum, clausularum & qualitarum in fideicommissis, & primogenijs, vide Molin. dicto cap. 6. a nume. 25. Menoch. dicto lib. 4. præsumpt. 177. & 178. & 69 & consil. 215. a nume. 157. lib. 3. Velazquez in dicta l. 40. glo. 9. a nume. 41. Sfortiam consil. 43. per totum, Burgos de Paz consil. 2. a nume. 77. Simonem de Pretis lib. 2. interpret. 4. dub. 1. solut. 2. a nume. 130. Cephæ. consil. 228. a num. 30. & 27. a num. 20. & 456. a nume. 15. lib. 4. Rugeri. consil. 32. a nume. 50. lib. 1. Communiter concluditur, quòd repetuntur ex tacita voluntate testantis, id est, ex forma verborum ex generalitate, præcedentiæ, & relatione ad inferiora, & ex identitate rationis.

Ad finem decisionis ex dictis in additionibus præcedentibus, & ex relatione casus à Gamma in hac decisione inserta satis colligitur male iudicasse Autorem & Senatores in præsentibus, quia ex eo quòd testator onus non habendi duo primogenia, de quibus hic, alteri ex nepotibus non nominatum, sed illi qui succederet in illo, quòd ipse fundavit, imposuit, & quòd non nominavit maiorem ex nepotibus, quia aliud primogenium habebat sa-

tis colligitur, quòd voluit in sua linea duo primogenia separata existeri, & duas domos erigere & fundare, & quòd eius memoria conseruaretur in successore in suo primogenio, quòd dotauit, absque intermissione alterius: quæ rationes in alijs successoribus militant: ac proinde illa conditio in omnibus repetitur ex voluntate testantis, & ex maiori fauore publico, contra Autorem hinc. Nec admitto hinc considerandam proximitatem respectu Emanuelis ultimi possessoris, contra Ludouicum de Faria, cum ipse sit ex nepotibus nominatis, qui alios præcellunt, de quo supra diximus, & est textus in vulgari. §. in fideicommissio. In hoc Regno quando quis duos maioratus possit habere, vide l. 7. tit. 7. lib. 5. recopil. & ibi Matien. & Azeue. Aluara. in tract. de coniecturis, lib. 2. c. 2. §. 1. a num. 39.

Additio ad Decisionem  
XXVIII.

VIDE quæ habes ad decisionem 5. vbi latè materiam resolvimus, & ultra ibi citatos, vide Pinelum in l. 1. parte. 3. num. 64. C. de bonis maternis, Molin. de primogenijs lib. 1. cap. 20. a nume. 16. & cum Alexand. Molin. Curtio, & alijs, vide Hieronymum Portoles in tractatu de confortibus, & fideicommissio legali. cap. 21. nume. 10. & Bertachi. in suo repertorio, lit. E. verbo emphitecta pignorat. & latissimè in terminis huius decisionis Aurelium Corbulum in tractatu de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titulo de causa priuationis ob alienationem, limita. 33. vbi Ripas, Clar. Redoanum, Boeri. Crot. Negusfan. Anto. Gab. Iaf. Gratù, Alcia & alios infinitos modernos & antiquo refert,

& Mar-

& Marium Anguisolum cons. 216. nu. 25. lib. 1. Communiter concluditur cum autore in præsentibus, quòd licet hypotheca aut pignoratio rei emphiteoticæ, siue specialis siue generalis, non valeat, non tamen pignorans incidit in commissum, quia non est propria alienatio, sed imperfecta, tanqua via ad alienationem.

Additio ad Decisionem  
XXIX.

DE materia huius decisionis, & quòdo officia publica, prout est de quò agit Autor hinc, vel alia, vt decurionatus, rectoria, & similia, debeant conferri & imputari in legitimam, & communicari inter virum & uxorem, & obligari & pignorari, & an super eis possit fieri exequutio, & fundari census, vide Matienço in l. 5. glo. 2. tit. 9. lib. 5. recopilat. & ibi Azeue. a num. 1. & in l. 3. glo. 3. a num. 13. tit. 8. eo. lib. 5. eundem Azeue. in l. 12. 7. & 8. ritu. 3. lib. 7. recopilatio. Ioann. Garcia in tract. de expensis cap. 4. a num. 14. & de ac quæstibus a nu. 67. & 127. Ayoram de partit. parte. 2. cap. 8. a num. 6. Felicianum de censibus, lib. 2. cap. 3. a num. 23. Gutierrez practicarum lib. 2. cap. 64. Crassum in suo libro sententiarum. §. legitima, quæst. 27. & hi referunt Couar. Angul. Menchacam, Tellum Fernandez, Dida. Perezium, & alios regnicolas, & communiter concluditur, quòd de officijs quæ solent vendi, etiam cum licentia Regis, quæ facillimè conceditur, iudicatur vt de bonis patrimonialibus; & ita conferuntur, imputantur, communicantur, exequuntur, pignorantur, alienantur, venduntur, vt illa, & non sit distinctio, an pater sibi vel filio emerit, vel Rex patri cõcesserit ob sua merita, vel

alio modo pater acquisierit: & ita seruatür in his regnis, quidquid Senatus hic iudicauerit contra votum Autoris, nisi officia non venderentur, nec transmitterentur, & Rex esset difficilis in concedendo, aut filio donata essent sui met cõtemplatione, tunc enim non haberent locum supradicta.

Additio ad Decisionem  
XXX.

DE hac decisione dicemus latissimè in nostro libro primo quæstio. quæst. 17. & 18. vbi declarauimus, ex quibus coniecturis inducatur maioratus, & an inducatur per impositionem oneris annuerialij, aut quia bona sunt indiuisibilia, & vbi debent conspiceret, interim tamen vide in terminis huius decisionis Velazquez de Auendaño in l. 40. Tauri glo. 2. a num. 62. & 69. & in l. 41. glo. 2. a num. 12. Aluarum Valascum consultatione. 82. a num. 5. Senatorem Caldas in tractatu de nominatione quæst. 13. a num. 35. & quæst. 24. a num. 47. Aluaradi in tractatu de coniecturis, lib. 2. cap. 3. §. 3. a nume. 11. Burgos de Paz Iuniorè in suis quæstionibus ciuilibus quæst. 12. Menoch. cons. 439. a num. 1. & 15. lib. 3. Vvesembach. cons. 82. a num. 9. lib. 2. Communiter concluditur, quòd existentibus alijs coniecturis, inducitur maioratus ex dicto onere, & indiuisibilitate, non aliàs in rigore iuris: in praxi tamen ex consuetudine solent similia annuerialia vni & maiori adiudicari per viam maioratus, vt melius conseruetur pia memoria, & hoc pluries vidi practitari in alijs bonis indiuisibilibus, nisi sint dignitatis, aut domus de solar, nunquam talem praxim vidi, sed seruanda est dicta resolutio.

D 3 Ad-

Additio ad Decisionem  
XXXI.

**D**E materia huius decisionis, quæ sint regalia maximi, & medio crisi gradus, & quando videantur à Principe concessa, & an in eis possit Princeps præiudicare primo donatario, vel in dubio intelligatur præiudicare, videndi sunt Roma: conf. 271. Deci. conf. 197. Rugerius conf. 21. nume. 40. lib. 2. & conf. 4. à num. 46. lib. 1. singulariter Riminaldus Iunior conf. 33. nume. 2. & nume. 21. & 81. nume. 2. & conf. 5. à nume. 187. lib. 1. Alciat. respon. 1. nume. 1. lib. 7. & respon. 9. num. 14. lib. 3. & respon. 10. nu. 7. lib. 7. & respon. 45. nu. 6. lib. 9. Ceph. conf. 418. num. 51. lib. 3. & conf. 154. lib. 2. & 150. lib. 1. Ioan. Bott. conf. 49. num. 9. Vvesembach. conf. 32. à num. 10. lib. 1. Roland conf. 42. à num. 321 & conf. 1. à num. 90. & 18. à num. 76. lib. 2. & conf. 4. à nume. 48. & 14. lib. 3. Ioan. Philipp. conf. 50. à num. 28. & 57. Boer. decis. 50. Bosius in sua praxititu. de regalijs, Viuius decis. 208. Qlascus decis. Pedemont. 101. à num. 12. Marcus Antonius Peregrinus de iure fisci lib. 1. titulo de his qui iura fisci. num. 85. & num. 100. Vincen- tius Francus decis. 275. à num. 5. secun- da parte, Matienço in l. 6. glo. 2. & in l. 3. & 4. titu. 10. lib. 5. recopilat. Com- munis resolutio est, quod in generali concessione non veniunt regalia, nisi specificentur: & quando fit cum regali- bus, non veniunt regalia superiora, vt eudere monetam, & facere banna, de quibus hic; nisi in indiuiduo exprima- tur, vel constet ex verbis admodum du- plicatis & generalibus, aut ex alijs euidentialissimis coniecturis: & quod in dubio Princeps non videtur derogare iuri tertij, nec primæ concessioni, &

quod regalia sunt ea quæ soli regi re- seruantur in signum supremæ potesta- tis, vnde non dubito, quod reseruari sibi venditionem alicuius rei, quæ de iure naturæ cadit in libero hominum commercio, & alijs prohibere, sit su- premum regale, & quod difficulter Princeps alij concedit, vnde non ve- nit in qualibet & quantumuis generali concessione, vt supradicti dicunt, & sic bene iudicauit Senatus in præfenti.

Additio ad Decisionem  
XXXII.

**N** Vme. 1. De proxeneta, quod pos- sit esse testis, vide latissime Mas- cardum de probatio. secunda parte, con- clusione. 1040. & tertia parte conclu- sione. 1358. à num. 36. & 1233. à num. 4. & in materia gabellarum, Lafarte de Molina de gabellis cap. 18. à num. 74. Communiter concluditur, quod non est testis omni exceptione maior, de contractu in quo fuit mediator, nisi in causis gabellarum, & in alijs à Mascardo exceptis; admittitur ta- men in subsidium, quando veritas ali- ter sciri non potest, vel partes con- sentiunt. R. l. 3. p. 3.

Nume. 2. Obligatus ad factum ex- cufatur, si fecit quidquid potuit: hoc tamen est de æquitate canonica: vide tamen Menoch. conf. 239. num. 13. & 3. lib. 3. Matienço in l. 2. glo. 6. à nume. 5. & ibi Azuedo à nume. 41. & 42. titulo. 16. lib. 5. recopilation. vbi Azuedo contra Matienço cum Gu- tierrez & alijs Regnicolis concludit, quod de iure regio, nisi in matrimonio non sufficit talis diligentia: ego tamen ponderarem maxime verba cõtractus, & intentionem contrahentium, & se- cundum eam iudicari, & in dubio ser- uarem hanc opinionem, quia eam vi- deo semper practitari: & vide ad hanc

quæst.

quæst. Seraphinum de priuilegi. iuramé- ti. priuilegio. 87. nu. 11.

Additio ad Decisionem  
XXXIII.

**H** A B C decisio est vtilissima, & ferè semper in praxi versatur, & de eius mate. 1. 6. quando filia debeat conferre dotem ab auo suæ filie, nepti illius aui datam, siue eius contemplatione, siue non, & quando nepotes debeant con- ferre dotem datam matri suæ, vide Do- ctorem Alfonso de Azuedo: qui Castellum, Gomez. Laram, Angulum, Baeçam, Gregorium, & alios allegat. in l. 3. à nu. 2. cum sequentib. tit. 8. lib. 5. recopil. doctorem Spino in suo specu- lo testamento rum gl. 10. à nu. 39. & 36. & vide infinitos quos allegat. Velazq. de Auend. in l. 29. Tauri. glo. 4. à nu. 9. & à nu. 15. & Angul. in l. 9. à nu. 5. tit. 5. lib. 5. recap. & de secunda parte quæstio- nis latissime Anto. Testaurum, qui ad Bursat. & Riminal Jun. se refert, decis. 237. per totam Hieron. Gabr. conf. 58. nu. 1. lib. 1. & in ambabus partibus vide Crassum, & autores quos ipse allegat in suo libro sententiarum. 6. legitima, quæst. 24 & quæst. 25. vide etiam cõmu- nitas lib. 6. cõmunium opinionum, tit. 10. num. 12. 15. 16. 20. & num. 22. 23. latissime & eleganter per Menoch. in suo eleganti præsumptio. tractatu lib. 3. præsumptione. 17. per totam, & in consil. 183. à num. 32. & à num. 1. lib. 2. Rip. Socin. Iuniorum & repetentes omnes in l. in quartam, hinc allegatam, & in l. illam. C. de collatio. & in l. quo- niam nouella. C. de inofficioso testa- mento. licet tamen materia sit satis fa- lebrofa, quam plures subtiliter, & dili- genter disputarunt, maxime Corneus in d. l. illam, Rip. & Socin. Iunior in d. l. in quartam, verior & cõmunior resolu-

tio, ex maiori scribentium turba dedu- cta, est, quod iure antiquo nepotes ex linea paterna tenebantur respectu suc- cessionis aui, imputare & conferre do- tem à matre receptam, ex eo quia pro- fecticia erat, & in aui dominio semper manserat, sibi que erat restituenda, ne- potes ex linea materna respectu aui non tenebantur, quia dos respectu aui maternæ casualis & aduentitia erat: iu- re vero Codicis existere. l. dos à patre, de iure dotium. vera erat dicta resolu- tio, nisi quod in nepotibus ex linea ma- terna deberet seruari dicta lex illa, ra- tione æqualitatis seruandæ, scilicet, quod si alij succedentes conferant do- tes suas, nepotes etiam conferant do- tes matrum, ac proinde imputent in le- gitimam, ex l. quoniam nouella. C. de inofficioso testamento. licet in hoc Bald. & plures alij contrarium teneant, & Fulg. & Cuman. in d. l. in quartam, in fine id intelligant existente integra ip- sa dote, aut pro parte qua nepotibus profuit, non alias: quod æquum credo: existente verò consuetudine Martini, quæ limitat dictam. l. dos à patre, Bart. absolutè tenet dotem imputandam ne- potibus, quia non habent vt hæredes matris, sed beneficio consuetudinis, & quia semper in dominio aui paterni manserat: & idem de auo materno, ex l. quod scitis. C. de bonis quæ liberis. Communis tamen resolutio est, quod si nepotes succedant cum patris, re- præsentando personam matris, tenean- tur imputare, quemadmodum ipsa ma- ter, ex d. l. illam. Si verò succedant cum alijs in pari gradu existentibus, & sic ex propria persona, tunc non tene- antur imputare. Si verò etiam mater, quia emancipata, vel alias ex vi legis sui iuris effecta, vt fit in hoc regno per ma- trimoniũ, dotis domina fuerit effecta, tunc ipsa mortua in vita aui, nepotes non tenentur imputare, quia eam habet non

ab auo, sed vt hæredes matris: nisi ea-  
men cum patris succederent, vt di-  
ctum est; & in hoc Bart. & omnes con-  
cordant, in his regnis ex. l. 29. Tauri  
quæ est. l. 3. tit. 8. lib. 3. recop. vt videtur  
est per Azoue. ibi num. 17. putat Gregi-  
quem Azoue. & alij sequuntur, quod ab-  
solute nepotes imputare tenentur, quia  
lex illa loquitur de ascendentibus, & fi-  
lij, & eorum hæredibus: sed certe illa  
lex nihil expresse decidit; & solum vi-  
detur loqui de hæredibus illius qui suc-  
cedit de sancto, de cuius hæreditate agi-  
tur, & sic mortui post eius mortem, nõ  
de mortuo ante; nam tunc nõ dicitur  
succedere, nec de illo agit illa lex, & ser-  
uanda esset distinctio supradicta; quam  
tamen cum Cumán. imitarem, nisi ne-  
pos nihil consequeretur de illa dote;  
quia consumpta, vel ex alijs bonis ma-  
tris: tunc enim ex æquitate, etiam si  
succederet cum patris, nihil deberet  
imputare, maxime repudiando matris  
hæreditatem; imò credo quod etiam  
de rigore; nam iam quod succedat re-  
presentando personam matris; succe-  
dit ex propria persona, & nõ vt hæres  
matris, nec præcise vt persona matris;  
& sic non tenetur eius debita soluere;  
vt conclusit Auendaño in. l. 40. Tauri  
glo. 17. num. 31. & contrarium nullo iu-  
re probatur. Sed tamen tenenda est, ex-  
cepto casu dictæ limitationis, dicta cõ-  
munis distinctio ob seruandam æquali-  
tatem, quidquid dicat additio Decij  
in d. lillam, scilicet quod indistincte  
nepotes imputant: quod falsum est; &  
contra communem resolutionem.

Quo ad aliam partem, de qua Me-  
nochius latè agit, vera resolutio est,  
quod si auus dotauit nepotem, gerendo  
negotium filij aut filia, eo casu, quod ipsi  
facere tenebantur, siue quia pauperes,  
siue etiam diuites, quia ipsi requisiti nõ  
luerunt facere, & dos sit intra legitimã  
filij aut filia, tunc filius aut filia debet

imputare dictam dotem in suam legit-  
mam, quia & actione negotiorum ges-  
torum poterat auus ab eis consequi. Si  
verò pater erat diues, & non erat in  
mora (& idem de matre) tunc nõ vi-  
detur contemplatione filij fecisse, & per  
consequens dos non esset imputanda,  
quia esset in ipsius iustitiam. **Ad d. lillam**  
legitimam, consumendo in suo volunta-  
te: quamuis ego existimo, quod ex  
quod d. lillam ratione commoda ob-  
uenit filio, quia pater cum exonerat  
ne locupletetur cum iustitia, ins-  
tra moderatam quantitatem; & teneat  
tur imputare: si tamen esset pauper, tunc  
quia fecit negotium necessarium, vide-  
tur filij contemplatione fecisse, & nõ  
dãt dotem: si de collatione bonorum  
& sic tenetur imputare. Si verò contem-  
quod dotauit nepos ipsius contem-  
platione, tunc nõ est imputanda patri, ex  
liuus neptis, si de iure dotium, compu-  
tabitur tamen in tertium, & nõ melio-  
ratio: & ita vult Azoue. vbi supra: scilicet  
si in dubio, tunc præsumitur filij  
contemplatione dotasse, si erat pauper  
& idem si erat diues, & erat in mora;  
& imputabitur, aliter non.  
Nepti etiam dicta dos computa-  
bitur in sua legitima, si fuit data con-  
templatione patris; quod in dubio præ-  
sumitur: alias secus: respectu suc-  
cessionis sui patris, vel matris. Tum  
etiam dos nepti data respectu succe-  
sionis aui, quando succedit matre aut  
patre mortuo cum patris, quia repræ-  
sentat matrem, nõ computabitur; vt  
dicit Salic. in d. lillam, quod verum nõ  
credo, & contra tex. in d. l. quoniam nõ  
utella, quando succedit cum paribus in  
gradu, imputabitur: & hæc est vera to-  
tius materia resolutio; & quando auus  
teneatur dotare, vel alere nepotes; vi-  
de DD. in. l. i. ff. soluto matrimonio, &  
latissime Laram in tract. de alimentis.  
§. non tantum, per totum, & a nu. 60.

Secundum quas resolutiones bene iudi-  
catur aut in presenti, si auus fecit ne-  
gotium, quod filiam debebat facere;  
alias si nõ tenebatur, quia habebat pa-  
trem diuitem, tunc male iudicauit;  
quod quid sit de coniecturis, etiam si con-  
staret, quod pro filia fecit; de quibus  
coniecturis vide Menoch. vbi supra, &  
Mars. d. nullo tract. de probationi-  
bus; par. 1. condit. 73.

**Additio ad Decisionem  
XX XIII.**

Vnde de hac decis. 19 tit. 6. lib. 5. re-  
copla. in Martio Azoue & Angu-  
lain, & ibi Tauri, & ibi Anto. Go-  
mez in Castellum, Tellum Fernan-  
dam, Velazquez de Auendaño, & alios  
Regnicolas: & hæc decisio concordat  
cum illis legibus, & aptis in hoc  
Regno seruanda est.

**Additio ad Decisionem  
XX XV.**

**N**on videtur quando officialis teneatur  
de culpa & excessu, & quando ei ex-  
cedenti possit resisti, & debeat refarci  
re damna, vide Gramatic. decis. 40. nu-  
12 & decis. 3. num. 87. Franciscu Mar-  
cam de officio. 748. par. 1. Chassan. in  
cõstuetudinibus Burgundia rub. 1. §. 7.  
verbo, De simple rescosse; a nu. 5. &  
notissimè Dionysium Gotifredum in  
praxi iuris et illis, par. 2. lib. 2. tit. 4. fol.  
670. & 690. vide etiã aliquid per Aui-  
lessium in cõ. prætoru. c. 34. verbo, man-  
dato. num. 7. & cap. 18. verbo, carcel. a  
nu. 17. & vide aliqua per Fabium Tur-  
retum conf. 4. a nu. 69. & conf. 15. lib.  
1. Burlac. conf. 77. a nu. 27. lib. 1. qui lo-  
quitur de tenuta illegitime data, & 59.  
num. 27. vbi loquitur de damno dato  
per culpam officialium. Cephial. conf.  
577. nu. 21. lib. 4. Communiter conclu-

ditur, quod officialis excedens tenetur  
infortiarum, & de damno dato, & potest  
ei resisti licet hoc de resistentia in his  
regnis non seruetur, sed excusatur resi-  
stentis iuste a parte poenæ sibi imponen-  
dæ, & sic practicatur. Si verò non excet-  
dat, nõ tenetur de damno aliquo, etiam  
si occidat resistentes: ponderanda enim  
est malitia aut culpa officialis: & in du-  
bio pro eo est iudicandum ratione of-  
ficij: ex quibus patet, quod in casu hu-  
ius decisionis beneficiarius. Autor in  
presenti, si officialis excedit, vltra sibi  
mandata, alias non tenetur de damno  
dato.

**Additio ad Decisionem  
XX XVI.**

**N**on videtur inibi, *Cum enim Margarita*. An  
electio prima præferatur secundæ,  
& an eligens virtute contractus aut tes-  
tamenti incertum de certis, possit va-  
riare, vide Molin. lib. 2. de primogenijs  
c. 4. a nu. 22. cum sequentibus; Burg.  
de Pardon. 20. Atuarum. Valasc. in da-  
ctissime consultatione. 102. per totam;  
Senatore Casas de nominatione em-  
phiteotica, quæst. 10. a nu. 83. Menoch.  
conf. 219. lib. 3. & 341. lib. 4. aliquid per  
Ioan. Bottam conf. 21. nu. 5. Velaz. de  
Auendaño in l. 17. Tauri glo. 6. & in l. 25.  
nu. 31. Conclusio magis communis est,  
quod si electio sit relata ad tempus mor-  
tis, eligens ante, etiam per viam con-  
tractus onerosi, potest variare, ex vul-  
gari vtilitate. Si verò simpliciter, vel in  
vita vel in morte, si per contractum cõ-  
cessa fuit, eligens potest variare, si verò  
per testamentum, tunc si eligens eligat  
per viam contractus, aut donationis,  
non potest variare: si in testamento, po-  
test variare reuocando testamentum,  
& per consequens, quando prima elec-  
tio est reuocabilis, præualet secunda,  
alias præualet prima; vnde male dicit  
Autor hic in dicto numero: sed tu vide

*P. Bonad. lib. 1. c. 1. n. 25.*



quæ latissimè diximus lib. 3. quæstio-  
num, quæst. 22. ubi conclusimus contra  
communem, electionem semper esse  
irreuocabilem, si facta fuerit per viam  
cōtractus irreuocabilis, aliàs si per viam  
simplicis electionis, seruanda esset di-  
cta distinctio, saltem quando est facta  
ex causa onerosa matrimonij, verissi-  
mum est id quod defendebamus.

Num. 1. ibi, *Et quanquam in feudis.*  
Quando secunda inuestitura deroget  
primæ, vidè latissimè Rugerium conf.  
2. à num. 13. lib. 2. & num. 1. & conf. 34.  
num. 56. lib. 1. Riminaldum Iuniorem  
conf. 1. à num. 52. & 19. num. 95. & 44.  
à num. 60. & 267. & conf. 5. à num. 43.  
lib. 1. Bursat. conf. 46 num. 1. & 2. lib. 1.  
& num. 21. & conf. 122. num. 18. & cōf.  
3. num. 11. & 2. num. 34. & 85. num. 6.  
Ceph. conf. 468. num. 69. & nume. 17.  
& conf. 560. nu. 1. lib. 4. Communis re-  
solutio est, quod prima inuestitura est  
seruanda, & nec Princeps potest tolle-  
re ius per eam quæsitum, nisi ex magna  
causa, vel nisi de partium consensu, &  
secundum primum est intelligenda se-  
cunda, de quo vidè Curt. Ias. Alciat.  
Deci. & omnes in l. pacta nouissima. C.  
de pactis.

Ibi, *Proponebatur.* An eligens vel no-  
minans ex cōmissione alterius, possit  
recipere pecuniam pro nominatione,  
vidè late Molinam d. lib. 2. c. 5. à num.  
37. & fratrem Anto. de Corduba in suis  
casibus conscientia. quæst. 76. & conclu-  
ditur q̄ non. Vide plures auctores quos  
Corduba allegat.

Ibi, *Quænis reus.* Nota, quod actor  
non probante, aut nullum ius habente,  
absoluitur reus, etiam si nihil præstite-  
rit: de quo vidè Ruger. conf. 5. num. 9.  
lib. 2. & 60. num. 35. & 39. num. 52. lib.  
1. Fabi. Turret. conf. 4. nu. 32. & 20.  
num. 4. & 53. num. 6. & 60. num. 11. &  
33. num. 1. & 2. lib. 1. Rimi. Jun. conf.  
112. à num. 92. lib. 1. & Burs. conf. 116.

num. 11. Menoch. conf. 395. nu. 31. libe  
4. Roland. conf. 67. num. 1. lib. 1. & isti  
plures alios allegant.

Num. 1. ibi, *Contractum extendere.*  
*tra personas nominatas.* Nota, quod con-  
tractus non extenditur ultra personas  
nominatas, de quo vidè Ruger. conf.  
21. à num. 26. lib. 2. & conf. 12. num. 9.  
lib. 1. & conf. 2. à num. 12. lib. 2. Ceph.  
conf. 582. à num. 14. lib. 4. Paul. conf.  
338. lib. 2. Fab. Turret. conf. 33. num.  
22. Rimi. Jun. conf. 86. num. 8. & 18. nu.  
90. lib. 1. & vidè late Corbul. tit. de cau-  
sa priuatio. ob l. in eam finitam, per totū.

Num. 2. *An extraneus possit nomi-  
nari in emphiteosi; deficientibus filijs  
ex viro & vxore, vel alijs nominatis,*  
vidè latissimè Ruger. conf. 34. lib. 1. &  
Fab. Turret. conf. 61. à nume. 8. lib. 1.  
Rimi. Jun. conf. 44. à num. 3. lib. 1. Bur-  
sat. conf. 48. à num. 22. lib. 1. Batt. conf.  
63. à num. 19. Caldas de nominatione,  
quæst. 22. & 24. communiter concludit-  
ur cum auctore h. c. maxime in emphi-  
teosi ecclesiastica, nisi expresse dicatur  
in contractu: & sic practicitur.

Num. 2. ibi, *Mentem contrahentium.*  
Nota quod in contractibus debet attri-  
di mens contrahentium, prout in vlti-  
mis voluntatibus, & debet elici ex con-  
suetudine & alijs coniecturis, de quo,  
& de extensione ultra personas nomi-  
natas, vidè Corbul. vbi supra, & Ruge-  
rium conf. 5. per totum, lib. 2. vel. 1.

Num. 3. ibi, *Solus pater.* Quando pater  
possit alienare bona aduentitia filij,  
vidè ultra Pinel. hic citatum, Fab. Tur-  
ret. conf. 92. num. 15. Ceph. conf. 467.  
num. 41. lib. 4. Menoch. conf. 442. nu.  
31. lib. 5. & 279. à num. 30. lib. 3. & Co-  
uar. à Pinelo citatum, qui legem Par-  
titæ allegat, vidè etiam Iosep. Lud. de-  
cif. Perusi. 13. à num. 11. Couar. lib. 1. va-  
riarum. c. 8. num. 5. & 6. & Bellacomb.  
lib. 6. communium titu. 51. nume. 14.  
& Hierony. Gabri. conf. 36. Communi-  
ter

ter concluditur, quod debet alienare  
ex causa æris alieni; & non requiritur  
iudicis decretum, licet cautè contrahe-  
tes semper requirant, & sic practicitur,  
aliàs non potest alienare, & qui non po-  
test alienare, non potest etiam concede-  
re in emphiteosim, vt diximus decis.  
16 & 26.

Num. 4. Pater & tutor an possint  
feuda antiqua & solita infeudare, & idè  
de emphiteosi, concedere absque solen-  
nitatibus, vidè Rimi. Jun. qui in præla-  
to loquitur, & allegat Iul. Clar. conf.  
17. num. 21. & 24. num. 21. & 32. num.  
41. lib. 1. Caldas in tract. de renouatio-  
ne, quæst. 1. à nu. 4. Resolutio est, quod  
licet pater & prælatus possint, tutor  
non potest absque solennitatibus sal-  
tem subhastationis, nec in prælato præ-  
ticitur, vt concedat sine suo conuen-  
tu, licet aliæ solennitates non requiran-  
tur, per constitutiones tamen ordinis  
sancti Benedicti subhastatio requiritur.

Num. 5. An in renouatione requira-  
tur solennitas, quæ in prima concessio-  
ne; diximus quod sic, decis. 24. licet au-  
tor ibi contrarium tenuerit.

Num. 7. Vide quæ dixi decis. 16. Et  
ex his apparet, quod quia primò nomi-  
natus erat extraneus, & non valuit sua  
nominatio, iuste iudicauit autor hic,  
etiam si secundus contractus non va-  
leret.

Additio ad Decisionem  
XXXVII.

Num. 1. An contra transactionem  
ratione læsionis detur minori re-  
stitutio, vidè Menoch. conf. 412. num.  
9. & 34. & in pluribus alijs numeris, &  
conf. 401. à nu. 164. lib. 5. & 508. à nu.  
15. lib. 6. & in tract. de arbitrarijs lib. 2.  
cent. 2. casu. 171. & conf. 171. num. 40.  
lib. 2. Rol. conf. 15. num. 44. lib. 1. Io-  
sephum Ludouicum decis. Perusi. 35.

à num. 8. Rolan. conf. 28. lib. 4. Sfortiã  
conf. 37. num. 60. lib. 1. & quæ diximus  
ad decis. 10. & in materia restitutionis  
satis ad propositum vide Marcum An-  
to. Perusi. conf. 65. & 95. & 36. & 3. &  
29. & 12. & conf. 1. Communiter con-  
cluditur, quod cōceditur restitutio mi-  
nori, & hoc non habet dubium.

Num. 1. *Imò & regu. iuris est.* Quan-  
do pro decreto præsumatur, & an co-  
existente, concedatur restitutio mino-  
ri, vidè Menoch. in dictis consilijs, &  
in tract. præsumptio. lib. 2. præsumptio-  
ne. 75. Sfortiam in tract. de restitutio-  
ne. 1. par. quæst. 11. art. 9. & 2. par. quæst.  
87. art. 9. & conf. 40. & 17. per tota. Co-  
munis resolutio est, quod quando de-  
cretum apparet ex actis latum ritè &  
rectè, & causa cognita, præsumitur pro  
eo, non tamen est hæc præsumptio iur-  
is, & de iure, sed iuris tantum, & idè  
minor petens restitutionem, debet pro-  
bare læsionem, & non leuem, aliàs sibi  
non conceditur restitutio.

Num. 2. ibi, *Affirmavit se.* An mino-  
ri affirmanti se maiorem, vel aliquid  
falsum asserenti, concedatur restitutio,  
vidè Menoch. d. conf. 412. & 401. à nu.  
176. & Sfortiam conf. 15. à nu. 24. Ve-  
ra resolutio est, quod nõ conceditur, si  
affirmat causa decipiendi aduersarium,  
aliàs sic.

Num. 3. De modo probandi læsio-  
nem, & quæ læsio sufficiat, vidè latiss-  
simè Mascard. in suo tract. de probatio.  
2. par. cōclusionè 963. per totam, & per  
Menoch. in dictis consilijs, Caldas in  
tract. de restitutione, verbo, *Vel aduersu-  
rij dolo*, à num. 8. & verbo, *læsis*, Sfortiã  
in eodem tractatu par. 1. quæst. 36. art.  
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. & Rol. in d. conf. 28.  
& conf. 10. num. 9. & 60. à num. 63. lib.  
4. Sfortiam conf. 40. & 17. lib. 1. Turret-  
tum conf. 85. à num. 9. & 32. num. 2. &  
8. num. 24. & 6. num. 36. & 5. num. 38.  
lib. 1.

Num.

Num. 5. An spurius admittatur ad emphiteosim, vel possit ad eam nominari, diximus latissime vltra Autorem decis. 2. Quo ad presentem decisionem, si autor iudicauit bene vel male, non possum affirmare, quia negotium de probanda latione est facti, & non vidi processum; credendum est quod iuste denegauit minori restitutionem contra transactionem, & absoluit reum.

Additio ad Decisionem XXXVIII,

**N**um. 1. Ibi, *Contractum istum. Quando annua pensio soluitur, ex quibus cognoscatur, an contractus, cuius virtute soluitur, sit censualis, vel emphiteoticus, quia si emphiteoticus est, habent in eo locum commissi ordinaria, non si censualis, vide vltra autorem hic, lat. in l. 2. C. de iure emphit. a num. 4. Imol. in cap. ad audiendum, a num. 4. C. de rebus ecclesie non alienandis Ruin. conf. 160. lib. 1. Socin. 167. lib. 2. Burfat. conf. 26. a nume. 17. lib. 1. Berol. q. 14. Parisi. conf. 84. a nu. 12. & 85. lib. 4. Deci. conf. 146. a num. 1. Redoan. de rebus ecclesie, quæst. 24. cap. 3. nume. 27. Corbul. in d. tract. tit. de causa priuationis, ob non solum canonem, limit. 33. & 34. latissime Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 106. 107. 108. 109. & conf. 409. num. 53. lib. 5. Felicia. in tract. de censibus in proemio, a num. 11. cum sequentibus. Couar. lib. 3. variarum. cap. 7. Aluarum Valasco in tract. de iure emphiteotico, quæst. 32. a num. 27. & 35. Communiter concluditur quod ex pactis, ex consuetudine, ex forma verborum, ex mente contrahentium, ex translatione dominij directi, vel non translatione, iudicatur contractus vel emphiteosis, vel censualis, & ille contractus iudicabitur, pro quo*

maiora sunt signa & indicia, & in dubio in fauorem ecclesie iudicabitur emphiteoticus, in fauorem priuati censualis: in his tamē regnis credo quod semper iudicabitur emphiteoticus, quando soluitur aliquid pro re aliqua, & quod soluitur non correspondet fructibus, & soluitur in recognitionem; quia vt in plurimum non reperiuntur contractus censuales, de quibus autores loquuntur: nam quando quis dat rem suam ad censum, semper dat cum reservatione dominij directi. & idem erit in annua pensione, de qua non apparet scriptura: iudicabitur tamē emphiteosis perpetua, quando tempus immemorabile, aut centum annorum, aut aliud nimis longum effluxit etiam contra ecclesiam, aliàs iudicabitur temporalis, & ad tres vitas; secundum consuetudinem huius Regni. Aduerto tamē, quod si id quod soluitur est minimum, & in recognitione dominij, & sumus in partibus vbi sunt frequentes dicti census, quos vulgò appellamus foros, iudicabitur contractus censualis, nec ex pactis non alienandi, aut alijs quæ solent apponi in contractibus emphiteosis, desinet esse censualis; nam hæc etiam valent in contractu census, vt per. l. Tauri, de qua per Felicianum vbi supra. Aduerte etiam, quod hic non loquimur de censu consignatiuo perpetuo aut redimibili, sed de reservatiuo, qui comprehendit alia censuum genera. Et nota, quod si census soluantur propter solum, qui appellantur contractus superficiales aut libellarij, & vulgò, fueros de suelos, tunc iste iudicabitur quemadmodum contractus emphiteoticus, ex Valasco vbi supra, & isti sunt infiniti in hac patria, & etiam alij in hac villa.

Ibi, *Prius tamen questionem. An impedimentum excuset a desertione, quia materia est lata, vide latissime Azuc. in l. 2. a num. 4. tit. 18. & in l. 11. a num.*

14. co. tit. & in l. 14. tit. 3. a num. 7. lib. 4. recop. Communiter concluditur, quod si impedimentum est iustum & inuitabile, excusat, siue ipso iure, siue per viam restitutionis, ex clausula generali, & sic practicatur in supremis tribunalibus, quidquid sit de lege Lusitanie, quam hic autor citat: & vide Siluanum conf. 69. lib. 2.

*Decisio in l. comp. in l. epula. non nisi 39. l. de rebus. l. i. de rebus. l. i. de rebus. l. i. de rebus.*

Num. 2. Quando in contractibus sit inspicienda mens contrahentium, & effectus contractus, ad eum cognoscendum, vide latissime dictum Aurelium Corbul. vbi supra ampl. 12. Gutierrez conf. 30. num. 8. Burfa. conf. 100. & 31. lib. 1. Billon. conf. 60. num. 9. Menoch. conf. 27. a num. 45. & 104. a num. 3. lib. 1. Roland. conf. 1 num. 6. lib. 1. Turret. conf. 98. a num. 9. lib. 1. Marcum Anto. Eugeni. conf. 12. a num. 81. lib. 1. Alua. Vataf. vbi supra, a num. 28. & resolutio est, quod mens debet seruari, si ex effectibus, & substantia contractus, vel ex consuetudine & alijs coniecturis colligatur, & verba manifeste in totum non repugnent, licet in aliquo contradicant.

Num. 3. Ibi: *iusta causa.* Quando causa iusta excuset a pena commissi, & idem si sit colorata, vide Gigant. de pensione. quæst. 88. a nu. 9. Corbul. vbi supra limit. 17. in principio, qui bestialem putat sufficere. Alex. Raudensem in tract. de contractibus emphiteoticis, titu. de defensione, a nu. 52. iudicio meo, quia caducitas in emphiteosi, principaliter attingit interesse domini, & culpam emphiteote: nec est mera pena, quæ solum dolum aspiciat, & puniat, vt alibi diximus, nisi causa sit iusta, aut saltem probabilis, quæ a culpa excuset, non excusabit a commissi: erit tamen iusta causa, dubium an res sit aliena vt per Corbul. latissime vbi supra limit. 2. Socin. Jun. conf. 70. a nume. 3. lib. 1. Dubium etiam probabile, an contractus sit cen-

sualis vel emphiteoticus, vt per Corbul. d. limit. 34. controuersia inter duos super re emphiteotica, vt per Raud. vbi supra num. 56. Boer. decis. 106. tex. & DD. in l. litibus. C. de agricolis & censitis lib. 11. Tum etiam dictum vnius Doctoris, qui solet excusare ab expensis, quando iste dixit, quod emphiteota non erat talis, nec obligatus eius legibus, de quo late Asinius in sua praxi. §. 32. limit. 2. 3. & 4. non credo tamen, quod id excusaret, quando extaret scriptura, quæ imponeret penam commissi; nam tunc erat notarius error, quem cliens suspicari debebat, & alij consulere, ex dictis ab Asinio vbi supra.

Num. 4. Ibi, *Controuersia.* Diximus in additione præcedenti. Ex quibus patet, quod bene iudicauit Autor excusando emphiteotam a commissi, si verba contractus erant dubia, & non erat insertum pactum soluendi, & si non solueret biennio aut triennio transacto, incideret in commissum: nam si hoc pactum insertum erat, male iudicauit, siue contractus sit censualis, siue emphiteoticus, ex supra citatis.

Additio ad Decisionem XXXIX.

**D**E materia huius decisionis, quando sit licitum emptori locare rem emptam venditori in ipso contractu, & incontinenti post eum, & ex pacto, & sine pacto, & quando ex hoc presumatur contractus illi, citus & simulatus & de probanda simulatione, vide Curr. Jun. conf. 339. a num. 40. lib. 3. Mascari. de probatio prima parte conclus. 442. & 447. in fine, & 439. num. 29. Crauet. Cagnol. & alios ibi allegatos; Alex. de Nauo conf. 95. Lupam de vsuris ad l. 2. §. 1. num. 44. Calcan. conf. 82. num. 3. Caballi. milleloquio. 584. par. 2. Bec-

cium conf. 52. Fabi. Turret. conf. 92. a num. 26. Caualea. decis. 13. num. 48. parte. 2. Menoch. conf. 109. lib. 2. & 358. lib. 4. & 343. eo. lib. & in tract. de præsumptio. lib. 3. præsumpt. 122. nu. 10. & 124. num. 30. Bonif. Ruger. conf. 8. num. 28. & 4. num. 20. lib. 2. Sfor. conf. 100. a num. 36. Burf. conf. 11. lib. 1. Cōmuaiter concluditur, quòd de se licita est locatio, attamen cum alijs coniecturis contractum efficit suspectum: & coniecturas vide per Menoch. Mascard. Burf. & alios vbi supra, qui Capol. & alios allegat, & ita tenet Autor hic.

Additio ad Decisionem

XL.

**D**E materia huius decisionis, quæ utilissima est, quando venditio pignoris capti in executione rei iudicata, aut contractus guarantee facta ab exequutore, nulla sit, aut rescindatur ob læsionem vel dolum exequutoris, maximè si res magni valoris sit capta pro paruo debito, & quando, & intra quod tempus contra eum competat restitutio, & an competat remedium. l. 2. de rescindenda venditione, vidèdi sunt omnino ordinarij, maximè Odofredus, qui latè distinguit, in l. si minori. C. de iure fisci lib. 10. & in l. 1. & 2. C. de fide instrumetorum eo. lib. & in l. 1. C. si vedito pignore agatur, & in l. si quos. C. de rescind. vend. & in l. 1. C. si aduersus venditionem, & in l. 1. C. si aduersus venditionem pignoris, & in l. 1. C. de præscript. 30. vel. 40. annorum, & in l. fundus Lucij Titij, ff. de rescind. vèd. & in d. l. 2. & vide Calcan. conf. 25. a num. 67. Bernardum Bombinum conf. 7. a num. 4. Damoderium in tract. de subhastatione c. 3. num. 9. & c. 5. a num. 6. Menoch. in d. tract. de præsumptio. lib. 2. c. 75. a num. 33. Marcum Anton. Peregrinum in tract. de iure fisci lib. 6.

tit. 4. a num. 8. cum sequentibus. Riminal. Jun. conf. 5. a num. 163. Sfortiam conf. 40. Ruger. conf. 39. a num. 19. Riminal. Jun. conf. 3. Ceph. conf. 298. lib. 2. Vvesembach. conf. 65. a num. 10. lib. 2. Matienz. in l. 1. glo. 9. tit. 11. lib. 5. recopii. & ibi Azeus. num. 31. Asini. in sua praxi §. 3. l. c. 5. elegatèr ad praxim Azeued. in l. fin. a num. 124. tit. 21. lib. 4. recopil. vbi allegat Dida. Perez, Goar. Fadillam & alios, & l. 40. tit. 5. par. 5. & a num. 40. cum sequentibus doctorem Paz in sua praxi tomo. 1. c. 3. a num. 48. Arnald. Ferronium in cōsuetudinibus Bardegalenibus lib. 2. tit. 13. fol. 330. Marium Anguisolum conf. 279. & cōf. 24. num. 51. Sfortiam in tract. de restit. 2. par. quæst. 53. arti. 3 & 4. & quæst. 84. arti. 6. Mauriciū in eodem tract. quæst. 102. 103. 104. 105. cum sequentibus. Afflict. decis. 358. & quantum potui ex confusis distinctionibus & resolutionibus autorum colligere, vera & magis communis resolutio, & magis amica Iuriconsultorum & Imperatorum respōsis, est, quòd si exequutor mala fide & dolo procedat in extractione, & venditione pignorum, vt pote quia sit inimicus debitoris, & res magni valoris pro modico debito vèdat, cum ex alijs debitum potuit recuperare, vel quia cum creditore, aut alijs colludat, vel gratiam velit eis facere, tunc si venditio propter debitum fiscale fiat, etiam si alia solennia interueniant, venditio nulla est, ex d. l. 1. & 2. & ex d. l. si quos, & ex d. l. 1. C. de præscrit. 30. vel 40. annorum. Si verò propter debitum priuati, nulla lege cautum reperitur, quòd venditio nulla sit, erit tamen per remedium querelæ, aut restitutionis, vel officio iudicis irritanda, & consultius esset appellare ab excessu executionis: emporque, si fraudem participauerit, tenebitur ad restitutionem rei cum fructibus perceptis & percipiendis, ex di-

ctis

ctis iuribus, facta excussione in bonis officialis aut creditoris, qui fraudem commisi: & idem erit si creditor ipse vendat, ex d. l. 1. in fine. C. si vendito pignore agatur. si tamèn solennia non interuenerunt, erit venditio nulla, ex l. 2. C. si vedito pignore agatur. Si vero dolus absit, & res sit vedita vili pretio, tunc venditio fiscalis non valet, ex d. l. si quos, quia quòd iusto pretio vèdatur, pro forma requiritur in talibus venditionibus. Sed hoc intelligitur, si potest præsumi gratia ex vilitate pretij: nam si nō, & exequutor procedat bona fide, & idè accipit rē magni valoris, quia aliam debitor non habebat, & vendidit vili pretio, quia maius nō reperijt, tunc credo quòd valida sit, quemadmodum & in priuatis: & ita practicitur, nec aliud sonant dictæ leges. Venditio verò priuata semper valet, nec ex vilitate pretij rescinditur, nisi interueniat deceptio ultra dimidiam iusti pretij: tunc enim licet sint opiniones, magis cōmunis & vera opinio est, & quæ approbatur in d. l. 1. quod contra eam competat remedium dictæ l. 2. satis tamen dolus præsumetur ex vilitate pretij, & quia debitor alias res minoris valoris habebat, ex quibus cōmodè potuit pecunia parari, & oblatæ sunt exequutori, & noluit accipere, ex Autore in præsentia. In his tamen regnis in praxi apud suprèma tribunalia receptum est, quod intra quadriennium & maius tempus detur restitutio aduersus supra dictam venditionem, quando res vili pretio vendita est, non quando æstimata adiudicatur in solutum, siue deceptio sit intra dimidiam iusti pretij, siue vltra, & restitutio fit cū fructibus, expensis deductis, & restituto debito, aut pretio creditori cū interesse & reditibus ad rationē vnus pro quatuordecim; & hæc restitutio fit etiam in bonis mobilibus, si vendita, vel non exta-

re non reperiantur, tunc enim nullam vidi restitutionem fieri: secus tamen in immobilibus, etiam si vendita reperiantur, restituto emptori pretio cum dictis redditibus, ex dictis legibus, & ex Autore hic.

Num. 1. ibi, *In qua vxor non est particeps.* Nota, quòd vxor etiam si acceptet bona lucrata costante matrimonio, non tenetur soluere dimidiam debitorum ob fideiussiones contractōrū, de quo vide autorem infra decis. 162. Burg. de Paz Jun. quæst. 8. num. 19. Matien. in l. 3. glo. 7. num. 3. tit. 9. lib. 5. recopi. Ioan. Gar. in tract. de acquæstibus, num. 149. Ayoram de partitionibus. 1. parte. c. 8. num. 12. Gutierrez lib. 2. practitarum, quæst. 127. qui omnes tenent hanc conclusionem & ita practicitur.

Num. 1. ibi, *Non debuit aditio.* Nota, quòd aditio inducta ad liberandum se ab vno debito, de quo antecessor litigabat, non operatur contrarium, scilicet implicationem aut obligationem respectu aliorum. Hæc conclusio falsa est, quia actus vnus bene potest operari contrarium eius ad quod factus est respectu diuersorum, quado actus operatur aliquid, quod includit in se virtutē ad contrariis effectus, & quòd esse nō potest nisi cum illa virtute: vnde quia aditio facit aliquem hæredem, & esse hæredem, includit dicta contraria, nō potest quis in vno esse hæres, & in alio non; quia manifestam implicat contradictionem: Nec obstat quòd inducta ad vnum effectum, non debent operari contrarium: id enim intelligitur in diuisibilibus, & quæ possunt separari, in quibus sola actualis & indiuidualis voluntas specificat actum; & illi normam tradit, vltraque non progreditur: & ita intelligitur quæ allegat Vvesembachius conf. 85. num. 13. lib. 2. & Fabi. Turretus conf. 88. a num. 1. Paris. conf. 12. num. 169. lib. 2. Bonif. Ruger. conf.

2. l. 1. B. 2. l. 1. C. 3. quæst. 1. ibi ad 1. l. 1. C. de præscrit. 30. vel 40. annorum. Si verò propter debitum priuati, nulla lege cautum reperitur, quòd venditio nulla sit, erit tamen per remedium querelæ, aut restitutionis, vel officio iudicis irritanda, & consultius esset appellare ab excessu executionis: emporque, si fraudem participauerit, tenebitur ad restitutionem rei cum fructibus perceptis & percipiendis, ex di-

conf. 3. a num. 71. Riminal. lun. 95. a num. 10. lib. 1.

Num. 3. ibi, *Nisi id expresse caueatur.* Nota, quod nec priuatio nec annullatio actus inducitur, nisi expresse à lege caueatur, quia annullatio actus est pœna: de quo vide Caballi. milloquio 535. parte. 2. Turret. conf. 28. num. 76. & 47. num. 13. & nu. 20. Menoch. conf. 169. num. 18. lib. 2. Bursat. conf. 14. nu. 17. lib. 1. Portium Imolensem conf. 16. num. 14. & 69. Ceph. conf. 520. num. 6. lib. 4. & 421. a num. 31. lib. 3. & Bald. Ias. & autores in l. non dubium. C. de legibus, & in l. cum lex. ff. de fideiussoribus, & in l. nemo. C. de sacros. Ecclesijs, & Deci. conf. 229. Bertachi. in suo reperiario lit. A. verbo, Actus legitimi. Causal. decis. 10. num. 9. 1. parte, vbi allegat Felin. Chassan, & alios, Riminal. Jun. conf. 387. num. 21. lib. 4. Deci. & Felin. in c. in nomine Domini, de testibus. Vera resolutio est, quod quando actus est illicitus secundum suam naturam, tunc, etiam si non apponatur pœna nullitatis in lege prohibente, & apponatur alia pœna, est ipso iure nullus: si verò est illicitus, quia prohibitus, & lex resistit contractui, vel inhabilitat personas contrahentium, & materia est grauis & ponderosa, tunc etiam apponitur alia pœna, actus est nullus, quia factus contra legem prohibitiuam, vt in d. l. non dubium: si verò materia nō est ita grauis, & pœna non sit apponitur, tunc actus est nullus, quia factus contra legem prohibitiuam: si verò apponitur pœna, & vnica oratione cum præcepto, tunc actus valet, licet debeatur pœna: si vero diuersis orationibus, actus non valet, etiam si non sit apponitur pœna nullitatis: si verò lex expresse non resistat actui verbis præcis, & prohibitiuis, tunc si det formam actui, & forma non seruetur, actus est nullus, vt per Felin. & autores in c. cum dile-

cta, de rescriptis: si verò lex nec resistat, nec permittat, sed ei non assintat, tunc valet mero iure, & quo ad præsentem decisionem, nec lex hic allegata, nec dispositio tex. in d. §. in venditione. l. à diuo Pio, de re. iud. & l. ordo, C. de executione rei iudicatæ, & tex. in l. 3. tit. 27. par. 3. de qua per Auend. 1. par. mandatorum c. 17. num. 2. & 3. inducunt expressam formam, nec resistunt executioni alio modo factæ, sed simpliciter iubent fieri in bonis mobilibus, & in defectum in immobilibus: vnde executio alio modo facta, potius erit iniusta, quam nulla: quidquid Alexand. & alij velint in d. §. in venditione. Auen. d. vbi supra, & sic praxis ordinaria intelligit, & cum Rebuffo, & alijs tenet Azeued. in d. l. fin. num. 39. & 40. & sic in Fracia practicari dicit Rebuffus ibi citatus: & idem si exequutor excedat modum in pignoribus capiendis.

Nu. 4. ibi, *Item si pro debito detur, &c.* De doctrina Bart. per tex. ibi in l. si non fortem. §. si centum. ff. de cōditione in debiti, vide latè Sfortiam conf. 96. per totum, Bertran. conf. 269. lib. 3. Bursat. conf. 60. a num. 15. & 73. a num. 7. lib. 1. Neuzanis conf. 77. per totum. Ofascum decis. Pedemon. 160. Rebuff. in tit. de lit. oblig. tomo. 1. ad. II. Gallia, artic. 1. glo. 12. a num. 4. Afflict. decis. 358. Afini. in praxi. §. 7. c. 1. limit. 11. a num. 14. Doctrina Bart. est vera, quod adiudicatio in solutum pro maiori quantitate quam sit debita, est in totum nulla: & idem credo in adiudicatione iudiciali, licet Afinius cum alijs contradicat, quia militant rationes de quibus in voluntaria; & quia fuit erratum in adiudicatione, & forsità exequutor pro minori debito non iniiceret manum ad rem maioris valoris, dabitur tamen retentio, vsque dum solvatur vera quantitas cum decursis redditibus, ex d. §. si centum. Sed hæc doctrina non facit ad pro-

propositū decisionis, cū hic nō agatur de errore in quātitate debita, sed de excessu in resoluta, quæ valde differunt.

Nu. 1. ibi, *Nisi reddito prius pretio.* Nota, quod quādo retractatur emptio iudicialis, quā deceptio interuenit, debet restitui pretium emptori, vt probant iura hic allegata: de quo vide Peregr. vbi supra nu. 21. Sfortia conf. 41. nu. 82. & 75. a nu. 108. & conf. 17. nu. 30. Ofascū d. de cif. 160. Curt. lun. conf. si. lib. 2. & autores in principio citatos: hoc tamē intellige in emptione iudiciali, siue veditor & emptor sint malæ fidei, siue non, dū tamē ob verū debitum facta fuerit: vt probat tex. in d. l. si quos, & in d. l. 1. & 2. C. de fide instrumentor. si verò ob debitum confictū animo rem extorquendi, nō debet pretiū reddi, vt per tex. in d. l. 1. C. de præscriptione. 30. annorū. in emptione verò extraiudiciali facta à creditore, redditur eatenus, quatenus pretiū illud cōuersum fuit in vtilitate debitoris, scilicet secundum debiti mensurā, si ambo, aut qui debet restituere, sint malæ fidei: si verò bonæ fidei, semper integrū debet reddi, vt in emptione iudiciali: & ita colligo ex autoribus in d. l. 1. C. si vedito pignore agatur, cū sequentibus, & ex Odofredo vbi supra.

Nu. 5. ibi, Pignoris oblati. Nota, quod quando exequutatus offert pignus exequutori, licite potest vendi, etiam si sit maioris valoris: & venditio dicitur facta bona fide, de quo vide Caballi. milloquio. 153. par. 2. in his regnis, si deceptio interueniat, nihilominus intra quadriennium debitor restituitur.

Nu. 5. ibi tertia est. De excessu exequutoris in extrahendis pignoribus, vt de Chassa. in cōsuetud. Burg. rub. 1. §. 7. verb. *De simple rescosse.* a nu. 5. Rebuff. tomo. 1. ad. II. Gallicas, tit. de sententijs exequutorijs, arti. 7. glo. 13. per totā, & gl. 14. & in d. l. 12. & dicūt quod exequutor nō potest accipere pignora vltra modū,

& si accipiat, restitui ei potest: quod nō practicatur in his regnis, sed grauatus debet ad iudicē recurrere, aliàs puniret.

Nu. 10. ibi, *Ex sola pretij vilitate.* Nota, quod ex vilitate pretij arguitur mala fides in venditione: quod intelligere, alijs iudicijs cōcurrentibus, vel quādo lætio esset enormissima, longè vltra dimidiā iusti pretij, de quo vide Mascar. d. tracta. par. 1. conclu. 53. 1. a nu. 24. Calcan. conf. 25. Peregr. vbi supra. n. 8. Rupellā. lib. 1. forensiū institutionū, c. 58. in fine. Rurger. conf. 37. per totū, & a nu. 54. & conf. 16 a nu. 10. & 39. a num. 10. Ceph. conf. 467. a nu. 12. lib. 4. Ioa. Bott. conf. 86. a nu. 30. Ceph. conf. 405. lib. 3. Ex quibus patet, bene iudicatum per Senatū in hac decisione, & omnia quæ dicit autor, quando exequutor apponit manum ad meliora, quia alia non inuenit, vel quæ malè vendi poterant, vera sunt, & colliguntur ex autoribus in d. §. in venditione, & sic practicatur, vt colliges ex Azeued vbi supra, a num. 40.

Additio ad Decisionem  
XLI.

Nu. 1. §. 6. 7. & 8. De materia huius decisionis, quādo dominus emphiteosis teneatur eam renouare filijs vltimi emphiteotæ eo defuncto, & finita emphiteosi, vltra DD. hic citatos, & in locis ordinarijs, videndus est omnino Cald. Perei. in tract. de renouat. emphiteotica. q. 8. per totā, vbi infinitos autores modernos & antiquos, vsq; ad Bursat. & Riminal. lun. refert, paucis omisis, & nouissimè Bonifa. Rug. conf. 21. a nu. 31. lib. 2. & Alua Valas. in loco hic citato, & in q. 2. nu. 7. & in sua cōsultatione 101. Ioa. Garc. in tract. de expēsis c. 15. a nu. 17. Viuius decis. 229. & isti infinitos alios referunt: & licet apud eos magis communis & æqua opinio sit, quod sit concedenda dicta renouatio cū modificationibus de quibus hic; maxime

in emphyteosi priuata, & si meliorationes præcesserunt, & Lusitani dicant eam suum Senatū seruare solerē: tamen in puncto iuris, prout Cuman. Imola, Aretinus, Aluarotus & alij in l. si mihi & Titio, de verborum obligationibus, fatentur, & non negat Autor hic, nec Rip. in l. 1. ff. de priuilegijs creditorū, indistincte falsa mihi videtur, quidquid eam tenentes dicant: & cōtra eam facit tex. verbo, *Zibere cui voluerit, in c. ex parte. de feudis, & in c. ad aures, 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis, nec eis cōmode potest responderi, nisi violando literam.* Facit etiam ratio naturalis, de qua in l. dudum. C. de contrahenda emptione, & in l. ne cui. C. locati, quæ liberam voluntatem emptoribus & locatoribus relinquunt locandi cui velint, nec admittunt contrariam consuetudinem. Certè si dicta opinio vera esset, valde partes defraudarēt in contractibus: & idem esset locus ad tempus, & perpetuū, & priuarentur sua naturali libertate prætextu cuiusdam æquitatis conflictæ, quod mihi absurdissimū est, & in locatione aut emphyteosi Ecclesiastica manifestè contradicit tex. in §. emphyteosis, à supra dictis citatus, & daretur clara via fraudibus, & cōtra tenorem extrauagantiū alienarentur res Ecclesiasticæ perpetuū cōtra concedentium voluntates, quod quam asperum sit, nemo est qui non videat. Nec tex. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana & æstiuā, tatum stringit, vt autores putant: nā verbum illud, *iniuria*, prout Rip. & alij existimant, intelligitur de iniuria, non iniuriæ, & retractabilis per viā iuris, vt Batt. putat, sed indecentiæ, aut cuiusdā incongruitatis ad forū non deducibilis: quod patet, quia in principio loquitur, à quo appellare grauatus non poterat: tū etiam casus dissimilis est: ibi enim de aqua ducenda ad prædiū, communi, publica

& illi necessaria, agebatur, & quæ ad illud deuenire solebat, & quæ propter publicaneecessitatē faciliter princeps cōcedere solebat, & secundū rectā rationē debebat, quia aqua vsui hominū necessaria, si publica est, indigetibus à reipublicæ gubernatore faciliter concedi debet: cū eā ob publicū bonū Altissimus creauerit, atq; maxima fieret iniuria, si eis nō valentibus aliter suæ necessitati prospicere, denegaretur: in nostro verò casu res emphyteotica priuata est, & ad priuatum dominū spectat, & solis eius vsibus deputata fuit, ipseq; liberè cōcessit, maximaq; illi fieret iniuria, si alius cōtra suā voluntatē occuparet: nec successor iustā querelā causare poterit, cū pro limitato tēpore antecessor acceperit, quo finito, iudicatur ac si nunquā cōcessa foret, de quo nullā querimoniam in gerere potuit, nec etiā meliorationes antecessorū perditas plorare potuit, saltem iuste, cū lex sibi referret, à domino exigendas, nisi ex contrario pacto, ob quod si amittat, illi, & non vitio nec fortunæ vel iniuriæ attribuere debet: quod secus esset in casu. l. fin. C. de alluionibus, cum ibi campus publicus, res vepublica, sterilis, & cerbida, aut inculta, fuerit licite occupata, & ad meliorem culturam redacta: vnde iniquum erat successoribus auferri, quia cōmunis erat, & non ex vi contractus, nec pro tempore limitato cōcessa. Nec l. congruit. C. de locatione prædiorum cum lib. 1. 1. quæ veteres cōductores rerum fiscalium nouis præfert, aliquid facit, cū specialis sit, & ob plura incōmoda, ad quæ alias tenentur, de quibus p. Marcū Anto. Pereg. in tract. de iure fisci lib. 6. ti. 5. nu. 5. quæ & in suo dominio dicit nō seruari, nec ego in his regnis vidi praticari: sed is vincit, qui in licitatione magis offert: & si sint pares, res iterū subhastatur, & maiori licitatori adiudicatur. Tādem concludo, qd dicta communis opinio

nio in Castella, nec apud eius suprema tribunalia non seruat, nec vnquam vidi praticari, etsi in loco vbi ad præsens incolatum ago, sint frequentes emphyteotici contractus.

Num. 2. vtrum emphyteota cadat in commissum ob vnum numum non solutum, vltra autores hic citatos, vide Rolan. à Valie conf. 17. nu. 14. lib. 2. Rimi. Jun. conf. 94. a nu. 2. lib. 1. Tiraq. in tract. de iudicio in rebus exiguis, verūc. 51. Aure. Corb. in tract. de causis ex quibus amittitur emphyteosis, tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, ampliatio. 5. Et licet in rigore sit communis opinio, & vera, quod caderet, in praxi non seruaretur, quia rigurosa: & contra iudicauit Rota Bononiensis, vt per Beninten. citatū à Corbu. vbi sup.

Num. 2. ibi, Conquestura fuisse. Quod cōmuniū transeat ad hæreses & cōtra hæreses, vide quæ diximus ad decis. 17.

Ibi, Domino directo volente. Vide Caball. in suo millesimo. 134. parte. 1. Corbul. in d. tract. tit. de causa priuationis ob alienatiō. ampliatio. 10. num. 6. Cōmuniter cōcluditur vt p. Autorē hic.

Ibi, Iuramentū sit deferendum. Nota, quod iuramento domini de re in eius animo & vsu existere, & quæ ipse melius notā habet, statur, de quo Mascard. de probatio. par. 2. cōclu. 954. a nu. 5. & Seraph. in tract. de iuramē. priuilegio. 14. nu. 3. & priuilegio. 1. per totum Azeue. in l. 2. tit. 2. lib. 6. recop. nu. 11. Intellige tamē, nisi probetur cōtrariū, vel sit præsumptio contra iuramentū, vt per dictos.

Num. 3. ibi, Præsumptio quod Maria Afonso viuat. Vide de probanda morte & vita, Mascard. de probatio. 2. par. cōclu. 1070. cum alijs sequentibus.

Num. 4. Nota, quod in his quæ sunt indiuidua, & vni deferuntur, debent deferri maiori, & sic emphyteosis debet renouari in filio maiori, & nominari filius maior, vide quæ latè diximus decis.

30. & latissimè agit Cald. in tract. de renouatione, q. 17. per totā, & Peguera de feudis vers. 6. fol. 74. nu. 54. Vera resolutio est, quod successor potest nominare quæ vult, & in defectū dominus emphyteosis, nisi in maioribus & annis uersarijs ex consuetudine huius Regni.

Num. 8. De meliorationibus, vide quæ diximus decis. 4. & 22.

Additio ad Decisionem XLII.

DE materia huius decisionis vide autores ab Autore citatos, quibus nihil addendum existimauimus, nisi dubium, an idem sit in debitore annui census redimibili si impositi super aliqua re fructifera, scilicet, an ob sterilitatē diminuat census, & idem quædo census imponitur in fauorē venditoris ab emptore ob fructuū recompensationē: de quibus dubijs vide Bursa. conf. 11. lib. 1. Socin. Jun. conf. 66. lib. 2. Anto. Gabriel. lib. 3. cōmuniū, tit. de emptio. & venditio. cōclu. 4. a nu. 25. Ceph. cōf. 90. nu. 20. lib. 1. & 290. nu. 21. lib. 2. Neuzan. cōf. 91. Cagnol. in l. curabit, a nu. 59. de actio. empti. Couar. lib. 3. variarū. c. 5. Gutier. lib. 2. practica. q. 177. Azeu. in l. 1. nu. 3. tit. 5. lib. 5. recop. Salazar in tract. de vsu & cōsuetudine. c. 11. per totū, & nu. 91. Aurel. Corb. in d. tract. tit. de causa priuationis ob alienatiō. ampliatio. 49. millesimo Caballini. 191. par. 1. Alua. Valaf. in tract. de iure emphyteotico, quæst. 32. a nu. 10. Ioan. Garc. in tract. de expēsis, c. 4. a nu. 30. Felicia. in tract. de censibus, lib. 1. c. 4. & c. 8. num. 20. & Pizarum ad ordinationem de Guadalupe de censibus, conditione. 3. littera. N. O. & P. & ad materiam pensionis, de qua Autor hic, vide Roman. conf. 369. dubio. 5. & ibi Quintilianus Mandosius in additione, littera. X. verbo quod sic, & verbo, diminuendum.

aut dinumerandum plures refert, & no-  
 uas additiones ad Bertachinum in suo  
 repertorio lit. P. verbo, *pensio*, in fine,  
 qui allegat Cacialupum, Gigantem, &  
 Gozadinum conf. 83. nume. 8. & plu-  
 res alios antiquos & modernos, & vide  
 in materia remissionis pensionis pro-  
 pter sterilitatem late Tessauro in sua  
 decisione noua Pedemonta. 20. qui plu-  
 res autores modernos & antiquos ci-  
 tat, & Hippol. Riminald. Iun. conf. 40.  
 lib. 1. & Bonifac. Rugeri. conf. 4. lib.  
 2. Tessauro decif. Pedemonta. 239. Ve-  
 ra resolutio est, quod quando pensio co-  
 nstituitur ab emptore venditori, si con-  
 stituitur propter fructus ab emptore  
 percipiendos, diminuitur pro rata fru-  
 ctibus diminutis, licet Bursatus & plu-  
 res alij non infimæ opinionis contra-  
 riū tenuerint: Si verò constituitur ob  
 præsumptum interesse lucri cessantis v-  
 ditoris, qui vendebat, vt pecuniā mer-  
 cantij aut censibus redimibilibus ex-  
 poneret, aut ob dānum emergens eui-  
 tandum, quia vendebat ad redimen-  
 dum alium censum, tunc integra debet-  
 ur, etiam diminutis fructibus; & ita  
 procedit Bursat. & aliorum opinio: si  
 verò simpliciter constituitur pensio aut  
 census in aliqua re limitate ad illā, tunc  
 diminuitur pro rata diminutis fructi-  
 bus, quia fuit ob fructus illius prædij co-  
 nstituta, & fuerunt adiecti causa taxatio-  
 nis: & ita procedunt quæ Salazar, Mo-  
 linæus, Garc. & alij supra citati, quos  
 ipsi referunt, dicunt. Si verò secundum  
 formam ordinariam constituitur tu-  
 per persona & bonis in genere, adiecta  
 aliquorum hypotheca speciali pro ma-  
 iori securitate, tunc secundū propriū mo-  
 tum Pij V. censum extinguens pro ra-  
 ta bonorū extingentū, & secundū comu-  
 nē resolutionē antiquorū, qui dicebāt,  
 emi fructus fundi hypothecati, & nihil  
 aliud, nec posse censum constitui super  
 persona & bonis in genere, pensio dimi-

nuitur pro rata fructuum ob sterilita-  
 tem non perceptorum: secundum verò  
 aliam magis comunem modernorum,  
 quæ seruatur iudicando & cōsulendo,  
 quæ permittit censum constitui super  
 persona & bonis in genere, & non di-  
 minuit censum, bonis diminutis; &  
 quia hodie dictus propius motus non  
 seruatur in his Regnis, census non di-  
 minuitur fructibus diminutis, nec da-  
 tur remissio ob sterilitatem, vt Feli-  
 cianus dicit: ac proinde bene iudica-  
 uit Senatus Burdegalensis, vt per Boer.  
 decisio. 309. parte. 2. qui bonis hypo-  
 thecatis existentibus penes dominum  
 census ob redditus decursos extin-  
 gui cōsum negauit, nec suspendi, sed ex  
 alijs bonis, futuros exigi debere iudica-  
 uit: quæ decisio, & supradicta resolutio,  
 apud me semper suspecta fuit, cum vi-  
 deam contractum census redimibilis  
 & pecuniarij maximè suspectum, &  
 qui præ se lucrum pecuniæ præfert,  
 nec veram emptionem cum re certa  
 emptā constituat, nisi fructus rei hypo-  
 thecatæ ad rationem census emptos  
 dicamus, ex qua certitudine emanat  
 proprietas illius contractus, vt scilicet  
 periculo subiiciatur emptor rei  
 emptæ post emptionem: quod vel ra-  
 rum, difficile, aut quasi impossibile, &  
 insperatum succederet, si solum su-  
 per persona & bonis constitueretur:  
 nec irredimibilitas emptionem veram  
 constituit, nec eum à contractu vsu-  
 rario separat, cum in eo etiam ali-  
 quando inueniatur, ex. l. item quia.  
 §. idem respondit, vbi in terminis Ful-  
 gosius, & Iacobinus. ff. de pactis, nec  
 quod quis possit ius leuandi ad ratio-  
 nem duodecim, ex suis bonis, vel  
 alium redditum nouum donare, aut  
 legari, ac proinde ius illud, sit res ali-  
 qua quæ vendi potest, aliquid facit,  
 cum in legato & donatione ius illud  
 possit constitui, quemadmodum quan-

quan-

quantitas reddituum futurorum tota  
 simul legari: id enim ad liberalitatem  
 spectat dantis, qui in se sua moderator  
 fuit & arbiter, & qui ius quod nō erat,  
 de nouo constituere poterat: at verò  
 in emptione, non ex liberalitate, sed ex  
 pecunia data, census germinat: & pe-  
 cunia aliam parit, quod improbum est,  
 nisi ad aliquid existens emptum respec-  
 tus habeatur, iusque illud generale  
 magis fictitium quam existens est, nec  
 venditor illud de nouo creat nisi pro-  
 pter pecuniam datam, cui tale ius non  
 bene respondet, nisi aliquid in medio  
 re existens producat, quod pericu-  
 lo subiectum sit: nec qui donat, aliquid  
 ius ita creat, quod sit aliud existens  
 præter ipsum, sed pensiones annuas  
 donat ad quas se obligat, & idem est,  
 quasi ad aliquid aliud, & non ad r. d-  
 ditum se obligaret, vnde melius dicitur  
 obligatio, quam census. Fateor ta-  
 men, quod dictus redditus sic consti-  
 tutus vendi potest: sed & etiam alia  
 quælibet obligatio vendi potest, quia  
 res est: vnde aliud est de nouo per viam  
 venditionis constituere, aut constitu-  
 tum vendere; in primo enim casu ven-  
 ditur quod non erat, sed de nouo fit,  
 sine medio reali: in. 2. venditur res  
 existens, saltem si hoc non valeret,  
 census ita constitutus admodum sus-  
 pectus foret, quia nulli periculo emptor  
 se exponit, & securè cum pecunia aliā  
 lucratur, ac proinde antiquorum opi-  
 nio semper verior, cordatior & secu-  
 rior mihi visā est, ac pro inde remis-  
 sionem pensionis iustam putavi, & con-  
 tra Boer. censum suspendi, domino  
 bona hypothecata possidente; sed  
 præualeat magis communis opinio,  
 idè sequenda. In emphiteotica pen-  
 sione verò si magna sit, & fructibus  
 correspondeat, remissio fit: alij non,  
 vt Riminaldus, Tessauro, Velazq. &  
 alij notarunt: & quomodo sterilitas

contingat, & probeatur, vide autores  
 hic ab autore citatos, & a Mascardo  
 de probationib. Et hæcenus de hac de-  
 cisione.

Additio ad Decisionem  
 XLIII.

Vide Matienço in. l. 6. titu. 6. glo. 7.  
 per totam, & num. 4. lib. 5. recopil.  
 & in rub. tit. 1. num. 43. & Viuium de  
 cis. 329. Azeued. in d. l. 6. num. 15. & nu-  
 17. allegat Velazquez, & Burgos de  
 Paz, Iunior, & Angulo, num. 4. qui  
 omnes vbi requiritur scriptura tenent  
 sufficere schedam recognitam. Imò  
 quod sufficit ad hoc: quod fiat scriptura  
 publica, sola testium probatio, & quod  
 melius sufficit confessio, & vide Alua-  
 Valascum de iure emphiteotico, quæ-  
 stione. 7. num. 36. & a num. 27. & vide  
 Auenda. lib. 2. mandatorum. cap. 30.  
 nume. 5. vbi an scriptura priuata suffi-  
 ciat ad probandum contractum vendi-  
 tionis rei magnæ importantiæ, si com-  
 probeatur testibus, & Matienço in. l. 2.  
 glo. 7. nume. 3. tandem concludit cum  
 Autore hic.

Additio ad Decisionem  
 XLIII.

Vide Burgos de Paz in. l. 3. Tau. nu.  
 629. Matienço in. l. 1. glo. 7. nu. 9.  
 tit. 4. lib. 5. recopil. & in. l. 2. glo. 1. a num.  
 15. eo. tit. & in glo. 9. a num. 8. & Azeu.  
 in d. l. 1. a num. 61. & a nu. 40. Michael.  
 Crassum in tract. sententiarū. §. testa-  
 mētum, quæst. 57. a principio. & quæst.  
 55. num. 6. & concludit cum Autore in  
 præsentī etiam hodie attentis legibus  
 Regijs, & præcipue dicta lege. 1. quod  
 si quis testetur ruri cum eius solennita-  
 te, debet adhibere testes masculos: &  
 idem est de iure communi, vt per Auto-  
 rem in præsentī, & Burgos vbi supra.

Prima pars Additionum

Additio ad Decisionem

XLV.

N Vm. 1. Quando oporteat notariū cognoscere testantem, aut aliā cōtra hēntē, vide Burg. de Paz in l. 3. Tau. 2. par. a num. 1. 279. cum sequentibus & Azcue. in l. 14. tit. 2. §. lib. 4. recopilat. & legem ipsam ibi.

Num. 1. ibi. *Subscribendo, &c.* An sit necessarium, quod testis qui in testamento adhibetur ad subscribendum pro defuncto, qui vel nescit scribere, vel nō potest, declaret subscribere pro ipso, & ab eo rogatum, vltra autorem hīc, vide late & notabiliter Burg. de Paz in d. l. 3. conclus. 5. a nu. 1. 175. cum sequentibus; Matie. in l. 2. gl. 6. nu. 3. tit. 4. lib. 5. reco. & ibi omnes cōcludunt, quod sufficit si notarius asserat testē de mō ato testatoris subscribere, & subscribere se pro eo, vel etiā si probetur testibus, qđ verius est, & ita practicatur: & quāz Autor hīc dicit, procedūt secūdu leges sui Regni.

Num. 3. Actus corrūit, etiā minimos, quod de forma sit, non seruato: quod est notādum in materia. l. 1. & 2. tit. 4. lib. 5. recap. & in materia solennitatis testamentorum, quod sit substantialis, & si, si in minimo deficiat, annulletur testamentum, vide Clar. ita tenentem lib. 4. sententiarum. §. testamentum, quæst. 6. Mench. de successio. creatio. §. 11. nu. 67. Couar. in c. cum esses, nu. 8. de testamentis. Azcue. in l. 2. a nu. 59. & Matie. in d. l. 1. glo. 4. a nu. 13. & a nu. 7. & in l. 9. tit. 10. glo. 2. & in l. 9. tit. 11. glo. 4. a nu. 11. & in d. l. 1. glo. 16. a nu. 4. & verū est qđ Autor hīc dicit, licet aliquādo a- pūd tribunalia suprema ex æquitate cō- strariū decidatur, sed male iudicio meo

Additio ad Decisionem

XLVI.

N Vm. 1. De probando furore & in- sania testantis, vide latissimē per

Sfortiā cōf. 93. lib. 1. per totū, Mascar. de probat. par. 1. cōclus. 827. Menoc. cōf. 82 a nu. 21. lib. 1. Xuar. allega. 1. & ibi Valdes in addi. Bur. de Paz cōf. 14. & 9.

Ibi, Nō fuisse præsentes. Nota quod testes debent esse præsentes simul tē- pore absolutionis testamenti, quod otorgamiēto dicitur, vide late Crassū in tract. sententiarum. §. testamentum, quæst. 59. & 60. Matien. in d. l. 1. glo. 4. a nu. 1. tit. 4. lib. 5. recopil.

Ibi, *Quia testes non fuerant rogati.* vide eundem Crassū vbi supra, quæst. 58. Matien. glo. 8. num. 7.

Nu. 2. vide Crass. vbi. sup. q. 18. nu. 6. Mascar. de probat. 3. par. cōclus. 1353. a nu. 34. & cōcluditur cum Autore hīc.

Nu. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. ad l. iubemus, & quando debeat hāres nominari nomine proprio, & an sufficiat, quod nomi- netur ad interrogatiōē alterius: & qđ si sit in extremis, & Balbutiat, aut nō ar- ticulatē loquatur: quid etiā si semper ad omnia, sic, respēdeat, aut si aliquādo ineptē loquatur, & quid si interroge- tur a personis suspectis, qui inter se & se cretō testamentū ordinarunt, & quid si etiā factū sit, exclusis cōsanguineis, quia materia est elegans, & quotidie practi- catur, & Doctores varij sunt, vltra au- torē hīc, vide latissimē Mantie. in tract. de coniecturis, lib. 2. tit. 6. per totum, & Matien. in d. l. 1. glo. 16. a nu. 4. cum plu- ribus sequentibus qui infinita allegat, latissimē & etiā, & elegātissimē Me- noch. in tract. de præsumpt. lib. 4. præs-umpt. 8. per totum, eundem cōf. 46. lib. 1. omnino videndum, & cōf. 595. lib. 6. vbi omnia quæ in materia desi- derare potes, congesta habebis. *Mihi* semper vera resolutio fuit, qđ testamen- tū conditū ad interrogatiōē alterius, prēmisse alia & secreta ordinatione, & a testatore in extremis constituto, ma- ximē de defectu iudicij suspecto, & in- ter personas suspectas conditum, est suspe-

suspectum, & præsūmitur falsum, nisi ab hārede sufficiēter iustificetur: quod raro fieri poterit: idque amplius erit, si alia coniecturæ suspiciōem augeat, & sic iam in magna causa cōsului & ob- tinui: ex hoc tamen solo, quod ad in- terrogatiōē alterius conditum sit, nisi alia concurrant, nec suspectum est, nec vitiatum: & hęc est vera materia resolutio, secundum quam si in casu præsentis decisionis, constitit iudici- bus de integra & perfecta testantis de- liberatione, supposito integro iudicio, non obstantibus dictis admniculis, bene iudicarunt, alias non, quia præsū- ptio est contra testamentum.

Additio ad Decisionem

XLVII.

A N renouatio sit nouus contractus, vide quæ diximus ad decisionem,

Additio ad Decisionem

XLVIII.

N Vm. 1. Quando ex impositione oneris, inducatur maioratus, vide quæ diximus ad decis. 30. vbi videtur falsum esse, quod hic Gamma asserit, licet cum eo videatur tenerē Aluarus Valascus ibi citatus.

Eodem num. Nota singularem de- cisionem, scilicet quod si pater faciat maioratum ex tertio bonorum, & as- signet in certa re, possunt hāredes per- viam transactionis eximere rem illam a vinculo, & subrogare aliam, in prae- iudicium vocatorum, contra notata per Xuarz in l. quoniam in prioribus. §. quæst. ad leges Regias. C. de inoffic. testamen. vbi Valdes infinitos autores congerit lit. A. B. & C. Molin. de primo genij lib. 4. c. 2. & c. 9. num. 3. 1. & lib. 1. c. 8. num. 27. & contra l. 3. & 4. & ibi no-

tata per Matien. Azcue. & Argul. titu. 6. lib. 5. recopil. & notata per Menoch. cōf. 599. dub. 2. lib. 6. & 489. a nu. 19. lib. 5. quare existimo, decisionem hanc penitus falsam, et si singularem, quia au- fert ius suum tertijs non consentien- tibus, cōtra tex. in l. fin. ff. de pactis. so- lum sustinere potest ex cursu longissi- mi temporis, de quo, in l. casis. ordina- rijs: dico etiā ad decisionem, quod etiā si esset commune pradium viri & vxoris, poterat vxor suam partem vindicare, si cōmodam diuisionem re- ciperebat sine minus, posset assignari alia res, vt late per Mariengo in d. l. 4. & tunc vera esset decisio.

Additio ad Decisionem

XLIX.

Vide de materia huius decisionis, quæ latissimē dixi, & allegavi in mea questione penultima lib. 3. quæ- stionum vtriusque iuris, vbi videbis infinita, vltra adducta per Menochiū, Mascard. & Rauden. ibi citatos.

Additio ad Decisionem

Vide de materia huius decisionis, quæ diximus & addidimus, ad de- cisionem, num. 7. & ad decisio. 8. num. 1. maxime Fabium Turretum, & Sena- torem Caldas ibi citatos, & Aluarum Valascum in tractatu iuris, emphiteo- tici parte. 1. quæstio. 42. 43. 44. 49. 4. nume. 2. Aurel. Corbul. in tracta. de causis ex quibus amittitur emphiteo- sis, titulo de causa priuationis ab li- neam finitam, a nume. 34. & de causa priuationis ob mortem ciuilem, a num. 3. Julium Clar. lib. 4. receptorum, quæst. 6. & quæst. 37. Senatorem Cal- das in tractatu de nominatione, quæst. 22. nume. 26. & Aluarum Valascum

E. 4. consul.

consultatione. 53. in principio, vbi agit de lege regia, de qua hic. Communis & vera resolutio est, de qua per Couar. a supradictis citatū, quod in emphiteosi ecclesiastica etiam accepta pro filijs & hæredibus, nō succedunt hæredes extranei, nisi concessa fuit cum solennitate sufficienti ad ecclesiasticarum rerū alienationem, aut cōsuetudo existat: & ita procedunt contrariæ opinionēs de quibus per Gammam in presenti, qui in omnibus mordetur a Caldas vbi supra a quo dicit cauendum. Sed seruanda est dicta concordia quæ elicitur ex autoribus supra citatis. Vnum tamen singulare est notandum ex ista decisione, quod quando testator scripsit hæredem extraneum, qui non potest succedere in dicta emphiteosi, succedet descendens etiam non hæres, quod est singulare si verum est sed reprobatur a Caldas vbi supra, & est contra communes resolutiones de quibus per dictos autores, & ideo iudicandum erit contra præsentē decisionem, & etiam non existente cōsuetudine de qua supra non est seruanda Gammæ opinio contraria. Post hæc scripta aduertit ad hanc decisionem emphiteosim fuisse perpetuam, vnde necessario dicendum est fuisse concessam cum solennitatibus requisitis in alienatione rerum ecclesiasticarum, ex his quæ notat Couar. lib. 2. variarum. c. 17. a nume. 5. cum seq. Alexan. Raud. in declamatio. de contractibus emphiteoticis, tit. de alienatione, a princ. & per totum, & sic vera in totum est opinio Gammæ, & falsa decisio Senatus.

Additio ad Decisionem

L I.

Nota totam hanc decisionem, quæ singularis est ad anniuersaria, patronatus & maioratus nostri tēporis, quod etiam, si ex verbis testantis de-

*J. ni beatus. 295. in reu. 340. et f. v. quib. 2. v. 13. v. j. R. 1. 340.*

beant d. uenire ad proximiorē consanguineum, aut ad maiorem, vel ad filium vel filiam maiorem natū, nihilominus in pari gradu præfertur masculus ætate minor. Et prima facie ex dictis verbis quilibet contrarium diceret, prout in anniuersarijs dixit late Salazar cum Mieres & alijs in tract. de vlt. & cōsuetudine. c. 1. 2. & defendebat autor in presenti; & practicabatur, vt ipse dicit: sed obtrinit dicta singularis decisio, quæ in his regnis semper practicatur, de quo vide lēgato. Caldas d. tract. de nominatione. quæst. 14. a nume. 1. & quæst. 17. a nume. 6. Spino in speculo testamentorum glo. 19. nu. 85. & 88. Aluarad. de coniecturis lib. 2. c. 3. a nume. 51. Velaz. in l. 40. Tauri glo. 9. num. 75. & Azed. in l. 5. tit. 7. nu. 6. lib. 5. recop. & Gutier. qui loquitur in singulari casu, lib. 2. practicarum, quæst. 8. a nume. 4. & Molin. lib. 3. de primogenijs. c. 3. 4. & 5. Matien. in l. 5. glo. 1. nu. 5. tit. 7. lib. 5. recop. Tandem Gammam niter concluditur, quod si maioratus procedat a femina, & masculus sit ex femina descendens, præfertur, quamuis minor, femina in pari gradu existenti, etiam si descendat ex masculo, de quo late per Alex. Raudensē in cons. 142 & 143. a nume. 84. cum sequentibus, pro Rege n. stio super successione regni Lusitanæ lib. 2. consiliorum & Zileto cōpilatorum & sic practicatur, vt dictum, est omnia antiqua praxi

Additio ad Decisionem

L II.

Decisio hæc duo continet notanda. Primum, quod licet quis delinquat in Ecclesia, & quo ad illud delictū non suffragetur sibi immunitas Ecclesiæ; tamen si alia delicta commiserit, propter quæ ad Ecclesiam confu-

*masculus, femina, pferat, gerit*

gerit, quo ad illa talis immunitas sibi suffragatur. Secundum, quod potest extrahi ab Ecclesia, & puniri de delicto in ecclesia commisso, vel de alio cui immunitas Ecclesiæ non suffragatur, & postea restituendus est, & ad Ecclesiam remittendus. De primo vltra autores supra citatos videndus est Iul. Clar. post Bosium ab eo citatum, in praxi criminali, quæst. 38. num. 26. & Doctor Paz in sua praxi tomo 1. 5. par. c. p. 3. §. 3. a nume. 82. & Couar. lib. 2. variarum cap. 20. nume. 25. aduersus Tiberius Decian. in tractatu criminali lib. 6. c. 28. num. 9. & c. 27. num. 6. & 7. qui plures alios allegat: & licet hanc resolutionē intelligant veram, si delictum in Ecclesia commissum sit punitum tempore quo quis petere remitti ob alia delicta: quod defendit Decianus vbi supra, qui existimat, quod si non sit punitum, poterit iudex illud punire, & cum eo alia delicta per viam incidentiæ & aggravationis: verum tamen est vt, existimat Couar. vbi supra, quod indistincte suffragatur sibi immunitas quo ad alia delicta, licet delictum in Ecclesia commissum non sit punitum; nec incidentia non necessaria ad causæ expeditionem aliquid facit, nec iura quæ allegat Tiberius, eius opinionem probant, & contra Decianum facit doctrina communis de qua per Iulium Clarum cum pluribus distinguentem lib. 5. sententiarum §. furtum, num. 10. Secundum vero probat tex. ab Autore citatus in l. si cui crimen §. fin. ff. de accusatio. qui notabilis est ad literas requisitorias: quas quotidie iudices pro remissionibus delinquentium ad alios iudices mittunt: nam eorum executio potest suspendi a iudice requisito, si reus remittendus aliud delictum in sua iurisdictione, et si leue commiserit, quod ipse prius punire poterit, & postea remittere: quod sibi eleganter Alb. notat, licet aliquando con-

trarium faciunt aliqui iudices minus docti, & practici, contra quos est tex. expressus in d. §. fin. & qui vbi vanum timorem depellere poterit.

Additio ad Decisionem

L III.

Quotidiana est materia huius decisionis, verum iudex originis, potest ex officio, & ad instantiam partis procedere contra subditum in alia iurisdictione delinquentem: & idem de iudice domicilij, de qua vide Iulium Clarum in praxi criminali, quæst. 39. a nume. 4. cum sequentibus, & late cum infinitis modernis & antiquis agit de ea Antonius Tesslerus decisione Pedemontana noua. 98. per cotam, Bernardus Diez, & ibi Salzedo in additio. ne in sua praxi criminali c. 3. Auenda. resp. 40. Cetera in suis questionibus criminalibus, quæst. 7. Butsat. cons. 77. a nume. 1. cum sequentibus lib. 1. Tiberius Decianus in tract. criminum, lib. 4. de loco originis & domicilij. c. 16. a nume. 1. & 2. cum sequentibus, Couar. in practicijs, quæst. 11. & isti infinitos modernos & antiquos allegat; apud quos communis resolutio est, quod ad petitionem accusatoris absque obprobrio potest procedere, ex officio tamen subdita contraria, sed negatiua plures praticatur, licet affirmatiua in puncto iuris communior & verior sit, & quæ ex causa publicæ utilitatis seruaretur: & dicunt plures in praxi semper seruata, semper tamen iudex loci delicti præfertur, etiam si præuenerit alius, & etiam vsque ad sententiam, vt Auenda. & Anton. Gomez, Tesslerus & alij fatentur: licet plures contradicant, nisi cum fraude aut collusionē procedat, vt Iulius Clarus & autor hie, & Tiberius Decianus nume. 7. fatentur: quod verum puro.



Additio ad Decisionem

LIII.

**N** Vm. i. ibi, *Qui de antiquiore possessione, etc.* Autor summam tractat materiam interdicti, uti possidetis: ad doctrinam Bart. lib. i. ff. duo. ff. uti possidetis: de qua vide late Menoc. in tract. de retinenda, remedio: 3. quest. 87. & Anto. Testamentum decisio. Piedemonta. 296. per totam & additiones nouissimas, que plura allegant, ad praxim Ferrare in forma libelli pro turbata possessione, verba coram vobis. Doctrinam Guierrez conf. 6. num. 1. Bonif. Ruger. conf. 13. a num. 34. lib. 2. Ioan. Botram conf. 76. lib. 1. & Aluar. Valaf. consulta. 79. & consulta. 11. Virgin. Vocacionum in tract. uti possidetis, c. 1. nu. 97. Fabium Turret. conf. 86. num. 52. Communiter concluditur, quod in interdicto, uti possidetis, is vincit, qui vel melius probat, vel titulum ostendit, vel antiquiorem possessionem probat; vide omnino Menoch. qui tredecim casus constituit. In remedio tamen summario, quod interim appellamus, is vincit, qui vltimam possessionem, etiam non titulata, habet, ut per Aluar. Valaf. cum Couar. vbi supra, & per Menoch. de retinenda, remedio vltimo, & conf. 448. & 449. lib. 5. & vide etiam Achillem in tract. de adipiscendo, poss. c. 1. a num. 26. cum sequentibus, Curt. Jun. conf. 213. a num. 45. & 252. a num. 11. lib. 3. Marcum Anto. conf. 72. num. 27. & 47. a num. 1. lib. 1.

Num. 3. ibi, *Non sunt audiendi.* Nota dictum singulare, quod etiam si aliqua confraternitas, puta nostrae Domine de Rosario, aliquis oppidi, vel nationis, habeat suum peculiare altare, vel imagines in Ecclesia, et potest ex bullis Pontificis, si a clericis illius Ecclesie, vel alia confraternitate, saltim anti-

quiori, in illa Ecclesia sibi auferantur, & vsus impediatur, non potest intentari, re aliquod remedium possessionis, quia non datur pro his sacris: de quo vide Lambertin. de iure patronatus lib. 3. quest. 9. artic. 9. num. 2. & quest. 5. artic. 4. Rochu de Curte in d. tract. verbo, in Ecclesia, quest. 6. nu. 17. & Ioan. Gar. de expensis, c. 8. num. 9. & Menoch. vbi supra, quest. 16. Rebuff. 3. tomo ad ill. Gallicas, tit. de causis beneficiorum possessoris, in prefatione, & eodem Lambertin. 1. par. 1. quest. 12. 1. 3. & 14. articulis. DD. in c. quanto, de iudicijs, & in c. 1. de sepulturis, & in c. penultimo de sepulturis, & Ioan. Gar. vbi supra, cum Lara in fine capituli Ego maxime dubito de hoc dicto, & de hac decisione in hac parte, nam licet loci sacri vera possessio & verum dominium non habeatur a laicis, habetur tamen verus vsus ex voluntate & permissione Pontificis: & licet Episcopus, aut Rector Ecclesie, altare, sepulchrorum, uagines, ab vsu laicorum eximere possint: id tamen ex causa fieri debet, alias iniuria eis fieret, dareturque eis saltem officium iudicis pro vsu defendendo, imò tertius turbare nullatenus posset, prout supra dixi in sepulchris, oratorijs, sedilibus, & alijs sacris existimant, & sic quotidie praticari videmus: unde decisio tenenda non est existimoque, quod si confratres Rosarij, Ethiopes in Ecclesia diui Domini, altare & imagines habebat ex permissione superiorum, nonque alij prius in eodem loco, quod defendi debebant in suo vsu, imò etiam si alij prius haberent, deberent defendi, si tunc pendente per viam interim in possessione summarissima: nam cum eorum possessio sit iunior, alijque tunc possidere non poterant, manuteneri debebant: & si alij etiam vsu essent eodem altari & imaginibus, tum etiam recurrendum esset

ad

Ad Decisio. Anto. Gamma.

ad meliorem & antiquiorem possessionem, ex Achille vbi supra.

Aliud etiam aduerto ad hanc decisionem, quod et si Gamma non declararet, lis non erat, an quilibet posset habere suam confratriam in eadem Ecclesia, quia hoc impertinens erat, sed quia confratria Lusitanorum dicebat, se solum debere esse in illa Ecclesia, & non aliam, ideoque aliam turbabat, & sic contentio erat super vna re, & vno iure, & vna confratria: at verò quia possessio vnus nunquam fuit priuatiua ad alteram, & sic quilibet sua iura per se possidebat, decisum fuit, quod quilibet suis iuribus potiretur, & in suo stata manu teneretur, ex Bar. in d. l. si duo, & sic mater bene declarat a presentis decisio.

Additio ad Decisionem

L V.

**A**D hanc decisionem vide quae diximus ad decis. 16. vbi plures allegauimus, & concludimus, usufructuarium, fideicommissarium, successorem maioratus, emphiteotam & similes non posse locare ad longum tempus, nec dare in emphiteosim res prohibitas alienari: & vide Aluar. Valaf. cum consult. 27. dub. 3. & an nominatio debeat fieri gratis, quae est vltima pars huius decisionis, vide late dominum patrem Anto. de Corduba in suis casibus conscientiae, vbi allegat Molin. & alios, quest. 176. & pro ingressu vel inuestitura de iure bene permittitur acceptio pecuniae, ut videbis in l. fin. C. de iure emphiteotico, & ibi omnes autores, vnde in hoc noua est lex Lusitana, de qua hic per auctorem, quae contrarium decidit, & de omnibus his vide latissime Caldas in tract. de renouatione emphiteotica, quest. 13. per totam, & omnino vide Aluar. Valaf. hic citatum, scilicet de iure emphiteotico, quest. 11. vbi late

tractat materiam huius decisionis, & declarat dictam legem Lusitanam.

Additio ad Decisionem

L VI.

**V**ide ad hanc decisionem, quae notat Matienço in l. 1. tit. 5. lib. 5. recopil. a nu. 1. vbi infinita allegat in materia constituti, glo. 4. per totam, & vide de infinitos autores modernos & antiquos, allegatos a Ioanne Botta conf. 106. a num. 25. & modernos in l. 17. Tauri: & licet ex eorum dictis, qui volunt constitutum operari translatione possessionis rerum in vniuerso, vel quod parte partis, vbi versatur incertitudo loci, & rei, posset controuerti, & dubitari de presentis decisione; nihilominus meo iudicio, verissima est, scilicet quod donatis tribus iugeribus terrae in antiquo campo, vbi plura sunt, non transfertur possessio ob incertitudinem, etiam si interueniat clausula constituti: & licet in praxi seruanda sit opinio illorum, qui dicunt transferri possessionem in melioratione tertiae aut quintae partibus bonorum, quia magis communis, ut per Velazquez de Auend. cum Molin. & alijs in l. 44. Tauri glo. 11. per totam, in puncto iuris indefensibilis mihi videtur.

Additio ad Decisionem

L VII.

**D**ecisio agit materiam l. item queritur, §. qui impleto. ff. locati. de qua ultra Anto. Gomezium & alios hic citatos, videndus est Menochius, qui latissime materiam tractat, in tract. praesumpt. lib. 3. praesumpt. 85. & latissime etiam tractat Mascari. in tract. de probatio. 2. par. conclusio. 993. per totam, & vera est praesens decisio, quod quando in contractu requiritur scriptura,

non

non censetur facta reconductio ex possessione & patientia reconducere aut relocare debentis.

Num. 1. ibi, *Non recitando eam per prius*. Vtrum ad pronuntiationem sententiae requiratur lectio, aliam non censetur pronuntiata, vide omnino Doctorem Alfonso Azevedo in. l. 10. a num. 74. tit. 17. lib. 4. recop.

Additio ad Decisionem LVIII.

DE materia huius decisionis vide Baezam de dotibus. c. 17. num. 8. & Doctorem Gutierrez in tract. de Iuramento confirmatorio. l. par. c. 6. per totum, & Anton. Tessauro decis. Pedemonta. noua. 3. qui plura aegat, & Peregrin. de iure fisci, lib. 2. tit. 9. & Seraphinum de priuilegijs iuramenti priuilegio. 71. & communiter concluditur cum praesenti decisione, licet Peregrinus teneat cum Autore in praesenti, quia iniure non reperitur aliud dispositum.

Additio ad Decisionem LIX.

AVtor in praesenti tractat illam questionem difficilem, et si vulgarem, quando nepos representet personam patris filij maioris ultimi possessoris alicuius maioratus, anniuersarij, vel capellae, ad excludendum patrum vel aliam filios ultimi possessoris: de qua quaest. & de materia representationis, & quando filij appellatione contineatur nepos, vide latissime Menochium in tractatu de praesumptionibus lib. 4. praesumpt. 94. & praesumpt. 95. & conf. 252. a num. 32. lib. 5. & 493. eodem lib. a num. 10. & 487. a num. 7. cum seq. eodem lib. 5. & conf. 215. a num. 12. cum seq. lib. 3. & conf. 95. lib. 1. Mantica

in tractatu de coniecturis lib. 8. tit. 8. & tit. 9. Azeued. in. l. 5. tit. 7. lib. 5. Recop. & melius & latius ibi per Matiençum, & Alexandrum Raud. conf. 142. a num. 35. cum seq. lib. 2. consiliorum à Zileto collectorum, vbi agit de successione Regni Portug. Velazquez in. l. 40. Tauri glo. 9. & 10. & glo. 14. & glo. 16. & 17. Caldas de nominatione emphiteotica, quaest. 17. quali per totam, & quaest. 14. a num. 4. cum seq. Aluarum Valascum de iure emphiteotico a num. 30. quaest. 50. Aluarado de coniecturis lib. 2. c. 3. §. 4. num. 50. cum sequentibus Sfortiam conf. 97. conf. 90. & 39. & 66. & 26. & 46. & 59. & 54. lib. 1. Cephalum conf. 489. num. 83. & 46. nu. 10. & 218. num. 83. & 473. num. 5. & 525. nu. 33. & 489. a num. 30. & 559. num. 10. & 536. num. 14. & 600. num. 8. & 571. nu. 63. & 473. num. 13. & 607. a num. 56. & 559. num. 21. lib. 4. Simonem de Pretis in tractatu de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 3. interpretatione. 3. dubio. 4. solutione. 1. a num. 36. & solutione. 3. a num. 11. Molinam de primogenijs Hispanorum lib. 3. c. 7. & 8. Humadam in. l. 2. tit. 15. part. 2. glo. 17. per totam, Michaellem Crassum in lib. sententiarum, quaest. 10. & 11. Bursatum conf. 71. & conf. 67. a num. 1. cum seq. lib. 1. Eugenium Perusinum conf. 61. num. 10. & num. 37. Hippolytum Riminaldum Iuniorè conf. 23. & conf. 47. lib. 1. Gutier. tomo. 2. practicarum lib. 3. quaest. 66. & quaest. 67. vbi infinitos allegat.

Ex quibus omnibus, & infinitis ab eis citatis, eliciuntur sequentes resolutiones.

Prima, quod iure communi in successione fideicommissi vniuersalis admittitur representatio in transfuersalibus vsque ad fratres & filios fratrum, quando agitur de succedendo patris, in descendentibus respectu ascendentium

tium procedit in infinitum.

Secunda resolutio est, quod vltra praedictas personas non admittitur representatio, nisi appareat de voluntate testantis contraria, siue expressa, siue ex coniecturis elicta.

Tertia est, quod in successione fidei commisi particularis nulla admittitur representatio, vt Alexan. Rauden. defendit.

Quarta est, quod quando succeditur per viam maioratus, semper admittitur representatio, ex d. l. 40. Tauri, licet respectu transfuersalium variauerint scribentes Hispani: & haec est magis communis resolutio.

Quinta est, quod neptis ex filio masculino maiori, qui in maioratu debet succedere, excludit patrum etiam masculinum fratrem minorem sui patris, non quia representat eius masculinitatem, sed quia descendit ex linea primogeniti, & non debet fieri digestio ad aliam lineam: & ita apparet ex d. l. 40. & ex d. l. 2. tit. 15. nisi foeminae excludantur a masculis ex conditionibus maioratus, tunc enim obtinet doctrina Bartoli in. l. liberorum, de verborum significatione, citata ab Autore in praesenti: & cauendum est a Caldas male intelligente in d. quaest. 14.

Sexta & vltima resolutio est, quod supra dicta in duabus resolutionibus praecedentibus, obtinent etiam in anniuersarijs & patronatibus, quando in eis succeditur per viam maioratus, & ita Molina & alij Hispani existimant, & vera est decisio Autoris in praesenti, licet rationes suae parum concludant: nec doctrina Bartoli in. l. liberorum, qui solum loquitur, quando vel consideratur agnatio, vel stat statutum, quod stantibus masculis foeminae non succedant, quo casu foemina semper est incapax, masculis existentibus.

Additio ad Decisionem LX.

CONclusio huius decisionis est, quod si in causa executiva reus sit citatus ad venditionem pignorum, etiam si executio suspendatur per semestre, non erit citatio circūducta, nec requiritur alia citatio ad sententiam additionis proferendam: quae conclusio vera est ex rationibus hic ab Autore adductis, de quibus vide Asinium in sua praxi ciuili. §. 3. i. c. 4. limita. 1. 2. & 3. Ducas regula. 94. Et confirmatur, quia hic executio non suspenditur ex partium absentia; quod requiritur ad circūductionem, sed ex defectu iudicis, qui distulit sententiam additionis, & tunc non dicitur circūducta citatio: de qua vide Gotifredum in sua praxi ciuili, lib. 2. tit. 4. folio. 1018. literis. B. C. D. & sic practicatur, nunquamque aliud videtur fieri.

Additio ad Decisionem LXI.

Vide de materia huius decisionis Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumptione. 7. num. 6. & Burgos de Paz in repetitione. l. 3. Tauri, concl. 2. a num. 218. & a num. 110. Azeued. in. l. 2. nu. 2. tit. 4. lib. 5. recop. Meness. in rubrica de fideicommissis num. 3. Melius Matien. in d. l. 2. num. 2. allegat Burg. disputantem in d. l. 3. a num. 54. & Tellum Fernandez in. l. 3. Tauri. l. par. num. 21. & Greg. Lupi. in. l. 7. tit. 1. part. 6. Crassum lib. sententiarum. §. testamentum, quaest. 16. & quaest. 11. a num. 8. Communiter concluditur, vt per Autorem hic, scilicet quod testamentum factum inter liberos, etiam inaequaliter institutos, valet, etiam si confectum sit per scripturam priuatam ab alio scriptam, & a patre subscriptam: sed cum in his regnis

regnis per d.l. 2. eadem solennitas quæ requiritur in testamento condito inter extraneos, requiratur in testamento condito inter liberos. Grego. vbi supra dicit hanc quæstionem, de qua in decisione, esse inutilem, licet Matienço vtilem dicat ad alia, quæ non tolluntur ex dicta lege.

Additio ad Decisionem LXII.

**D**E materia huius decisionis, vltra autores hic allegatos, vide late Cordubam à Lara in tract. de alimentis, ad §. si quis ex his, a num. 120. & a num. 155. cum sequentibus, & latissime Mexiam in pragmatica taxæ panis conclusi. 2. a num. 78. Matiençum in l. 3. glo. 2. a nu. 19. tit. 1. lib. 5. recop. Pontan. in tract. de alimentis, c. 15. Anton. Tessauro decis. Pedemonta. 43. Caualecan. decis. 18. lib. 2. nu. 29. & ad propositum huius decisionis melius facit Lara vbi supra, & concludit, vxori inopi dotem non habenti deberi, vel quartam, vel alimenta arbitrio hæredum, non amplius, vt etiam cõcludit Autor hic, & iã in tribunalibus supremis practicata est hæc resolutio. Imò intra annum luctus, siue habeat dotem, siue nõ, semper dantur ei alimenta, quia fingitur in priori matrimonio.

Additio ad Decisionem LXIII.

**V**ide de hac decisione Auend. respõso. 24. nu. 4. Anto. Gomet. in l. 80. Tauri nu. 47. Olan. in antynomijs ad Villalobos, lit. A. num. 60. & l. 4. tit. 20. lib. 8. recopilat. Ex quibus colligitur, quòd quia maritus potest adulteros occidere, potest etiam à fortiori aliam pœnam minorem eis imponere.

Additio ad Decisionem LXIII.

**V**ide Burgos de Paz, & quæ ipse allegat in repetitione. l. 3. Tauri, conclusiõne. 3. a num. 114. & tex. & DD. in l. cum antiquitas, C. de testamentis, & l. 2. tit. 1. par. 6. & ibi Greg.

Additio ad Decisionem LXV.

**V**ide de materia quãdo ab omissione condemnationis expensarum appellari possit, Ioan. Baptistam Asinium in sua praxi ciuili. §. 3. 2. c. 20. per totum, vbi Couar. & alios allegat: & communiter concluditur, licitam esse appellatione à dicta omissione, si reus non appellet à tota sententia, nam si appellet, præfertur appellatio rei, & deuoluit causam ad suum iudicem, etiam si præuenerit actor: & rare sunt condemnationes de expensis personalibus, & sic practicatur, nisi in causis criminalibus, aliquando, vel propter partis contumaciam, ex l. sancimus. C. de iudicijs.

Additio ad Decisionem LXVI.

**N**um. 1. libi. Iure enim communi. Quãdo pars debeat citari ante additionem iure regio, & iure communi, vide Azeued. in l. fin. a nume. 95. versic. *Y dados los pregones.* tit. 21. lib. 4. recop. & Xuarez de Paz in sua praxi, versic. 1. part. 5. c. 2. a num. 43. & Parladonium lib. 2. rerum quotidianarum. c. fi. 5. par. §. 9. a num. 1. cum sequentibus. Auend. in suo repertorio, verb. *almoneda.* & vera est conclusio Autoris, quòd ante additionem debet fieri eius notificatio, tam iure communi quàm regio.

Num. 3. Nota, quod enormissima læsio

læsio longè vltra dimidiam iusti pretij nunquam censetur renuntiata ex generali renuntiatione remèdiorum, & ex renuntiatione. l. 2. de rescindenda venditione, etiam si sit iurata, nisi expresse sit renuntiata: imò vbi receditur à remedio dictæ legis, tam iure communi, quàm Regio, ex aliqua causa, id non intelligitur, si læsio enormis, aut enormissima sit: in quo hæc decisio notanda est. De cuius materia vide infinitos per Mascard. allegatos in suo tract. de probatio. parte. 3. conclusio. 1265. a num. 27. cum sequentibus. Gutierrez in tract. de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 26. a num. 1. cum sequentibus, & in repetitione authenticæ sacramenta puberum, a num. 92. cum sequentibus, & in c. quamuis pactu, verbo, *Si tamen,* num. 2 de pactis in. 6. & lib. 2. practicarum, quæst. 140. Matiençum late in l. 1. glo. 8. a num. 42. tit. 11. lib. 5. recopil. cum sequentibus, Molin. lib. 2. de primogenijs c. 3. a num. 18. cum sequentibus, Ostauia. Ofasum. decis. 41. Anto. Tessauro decis. Pedemontana noua 165. a num. 6. Seraphin. in tract. de priuilegijs iuramenti, priuilegio. 83. per totum, Burg. de Paz conf. 28. Menessan. l. 2. de rescind. vend. a num. 32. Iosephũ Ludouicum decis. Perusina. 97. parte. 2. a num. 2. Marcum Anto. Eugenum Perusinum conf. 28. a nu. 50. cum sequentibus, & conf. 12. a nume. 70. & conf. 3. quasi per totum lib. 1. Ioan. Bottã conf. 67. a num. 63. cum sequentibus, Carolum Antonium Puteum conf. vlti. post consilia Sfortiæ, a num. 51. cum sequentibus, Caldas Pereira ad l. si curatorem habens, glo. verbo, *Lesis.* vbi latissime Sfortiam de restitutione par. 1. quæst. 15. arti. 8. Bonifacium Rugerium conf. 16. lib. 1. a num. 133. Communis resolutio est, quòd renuntiatio iurata, siue remèdiorum in genere, siue in specie, dictæ legis, nihil operatur, existente læ-

sione enormissima, longè vltra dimidiam iusti pretij, quia ex tali renuntiatione præsumitur dolus, saltim re ipsa: imò etũ lesioni sic enormissimæ esse renuntiatum, nihil etiam operaretur ex æquitate, licet plures ex supra dictis & infini. i ab eis citati cõtradican; sed verior est hæc opinio, quæ iudicandõ & consulendo seruatur. Ex quo inferuntur geminationes, & verba admodum prægnantia & generalia, ex quibus etiam dictæ læsio videtur renuntiatum, nec aliud potest dici salua ratione recti sermonis, nihil operari, contra plures allegatos à Caldas, Gutierrez, & alijs vbi supra: & hæc de hac decisione.

Additio ad Decisionem LXVII.

**D**E hærede, quando possit venire contra factum defuncti, vide Menoch. conf. 346. a num. 21. lib. 4. & conf. 443. a num. 86. lib. 5. & conf. 89. a num. 66. & a num. 126. lib. 1. & Ioan. Bottam conf. 67. a num. 19. Cepha. conf. 393. nu. 48. lib. 3. & Botta vbi supra allegat Decianum, Deci. Ioan. de Amicis & alios, Menoch. conf. 507. a num. 12. lib. 6. & 561. a num. 8. eo. lib. Sfortiam conf. 51. a num. 4. Riminald. Iun. conf. 37. num. 16. & a num. 62. lib. 1. & conf. 23. num. 34. eod. lib. & infinitas autoritates allegat Franciscus Viuius decis. 56. Burgos de Paz conf. 34. a num. 38. & 40. a nu. 2. & 14. a num. 71. & 38. a num. 15. Bonifacium Rugerium conf. 8. a nume. 15. lib. 1. & conf. 5. a num. 47. lib. 2. & conf. 10. a num. 10. lib. 1. Fabium Turret. conf. 10. a num. 13. lib. 1. Caualeca. decis. 7. a nu. 12. lib. 1. Riminald. Iun. conf. 385. num. 37. & 364. nu. 77. lib. 4. Bursar. conf. 339. nu. 10. lib. 3. Communiter concluditur, quòd quando contractus validus est, licet nõ efficax, quia de re aliena, vel alteri obligata,

gata, tunc hæres nõ potest contrauenire facto defuncti: quando verò contractus nullus est ipso iure, & à lege reprobatus, tunc potest venire contra factum defuncti, quia & ipse defunctus poterat venire cõtra proprium factum. Limita tamen ex autore hic, quando nullitas fuisse solùm in defuncti fauorem, tunc hæres contrauenire non possit: secus si simpliciter lex resisteret, de quo vide Molinam in tract. de primogenijs lib. 4. c. 1. a nu. sequentibus; vide etiam ad materiam huius decisionis, quando ius superueniens confirmet vèditionem, Baeçam in tract. de non meliorandis dotis ratione filiaribus. c. 11. a nu. 68. cum sequentibus, vbi latissimè.

Additio ad Decisionem LXXII.

**N** Vm. 1. ibi, *Extra tempus à lege præfixum.* Adde, quòd in tribus alibus supremis horum regnorum practicitur, quòd si processus præsentetur extra tempora appellationi præfixa, reuideatur per Auditores, & si de bono iure appellantis confiterit, sententia reformetur, nõ obstante desertione: de quo per Aucnd. in suis responsis, responsio. 2. nu. 6. Azeued. in l. 2. nu. 39. tit. 18. lib. 4. recopil. & sic etiam practicitur in Regio Neapolitano Consilio, vt per Marantà & Afflictis ibi citatos.

Num. 2. ibi, *Deserta causa appellationis, &c.* Autor cum Baldo & alijs singulariter concludit, quòd quando nullitas intentatur incidenter cum appellatione, eadem tempora, & eadem desertio, nocent nullitati, quæ nocerent appellationi: sed deserta appellatione, saluum ius remanet parti ad proponendã nullitatem principaliter corã iudice à quo, si sibi tẽpora suffragetur, & hæc est magis cõmunis opinio, vt per Rober. Loncel. in tract. de attentatis. 2. par. c. 17. a nu. 68. Idem affirmat Couar. in practicis.

quæst. 24. col pen. num. 7. & 8. & vide Azeued. qui Villalobos & alios allegat in l. 2. num. 21. & a num. 19. tit. 17. lib. 4. recopilat. & hæc de hac decisione.

Additio ad Decisionem LXXI.

**N** Vm. 1. Quando testes debeant esse præsentés, quando testator testamentum in scriptis tradit notario, vel insinuat, & publicat, vide Matien. in l. 2. glo. 2. num. 2. tit. 4. lib. 5. recopilat. & Burgos de Paz in l. 3. Tauri. 2. par. conclusio. 5. a num. 1338. cum sequentibus. Spinõ de testamentis glo. rub. 2. parte. nu. 28. & l. 2. tit. 1. par. 6 & concluditur quòd sic ex dicta l.

Num. 2. ibi, *Quòd frater.* Nota, quòd frater non potest scribere testamentum in fauorem fratris, & si scriberet, non valeret: vide de materia Peregrinum in tract. de iure fisci lib. 3. tit. 12. Burgos de Paz conf. 7. a num. 16. qui omnes limitant in testamento nuncupatio testibus comprobato. Aduerte tamè, quòd conclusio procedit, quando ambo fratres existunt in potestate patris, & ita probant iura, & Albericus, quo citauit hic autor: alias falsum diceret.

Additio ad Decisionem LXX.

**N** Vm. 1. Nota, quòd nõ potest quis facere maioratum de bonis emphiteoticis: vide in materia bonorum feudalium Menoch. conf. 504. a nu. 3. lib. 6. & conf. 158. a num. 65. lib. 2. & latissimè Hippol. Rimi. Iun. conf. 18. lib. 1. Mantiam de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 7. tit. 9. Aluarum Valascum in tract. de iure emphiteotico, quæst. 49. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 16. Turret. conf. 61. Bursat. conf. 48. a nume. 23. cum sequenti-

quentibus. Aluarum Valascum consultatione. 27. Communiter concluditur, quòd si sit hæreditaria, puta, quia concessa pro se & hæredibus, de eis potest fieri maioratus: secus si sint ex pacto & prouidentia, puta pro se & filijs, in quibus patet filio non potest præiudicari nisi esset acquisita pecunia ex re patris; de quo vide Valascum vbi supra, & plura per me dicta in alijs decisionibus, maximè decisione. 8. Pondera tamen vnum dictum singulare auctoris in præfenti, quòd etiam si essent hæreditaria, non possent de eis fieri maioratus, ne impediatur alienatio in præiudicium domini, qui deberet habere laudemiam ex alienationibus: Sed licet hoc dictum singulare sit, tamen contra communem opinionem est, de qua vide Cephal. confil. 1. & confil. 12. lib. 1. & Caldas in tractatu de nominatione, quæstione. 24. a num. 18. & quæstione. 12. a num. 32. Quando verò emphiteosis est hæreditaria, ad hoc vt de ea primogenitura erigi possit, non debet tertium & quintum ex cedere, ex his quæ notat idem Caldas dicta quæstione. 24. a num. 25. & an alij filij possint venire contra dispositionem patris, si hæredes sunt, vide Menoch. & Caldas vbi supra, & eundem in tract. de renouatione, quæst. 16. a num. 23.

Num. 2. ibi, *An possit quis nominari ad emphiteosim.* Autor mouet dubium singulare, quòd multiotes accidit in praxi, an pater qui nominat filium in emphiteosi, possit grauare de dando aliquid alicui: & concludit quòd non: quæ conclusio vera est, & semper secundum eam cõsului, & iudicatum est, & concordat Aluarus Valascus dicta consultatione, 27. num. 8. vbi allegat Peraltam & alios, & in proprijs terminis Caldas de nominatione, quæst. 2. num. 9. facit tex. in l. vnum ex familia. §. si de Falcidia, de lega. 2. Cordoua in

tractatu, *De casis de concientia*, quæstione. 176. & faciunt quæ late diximus in in d. decis. 81 & quæ late notat Fabius Turretus dicto conf. 61.

Additio ad Decisionem LXXI.

**N** Vm. 1. ibi, *Quòd donatio non præsumatur.* Videtatisimè Mascard. in tractatu de probatio parte. 1. conclusionem. 554. per totam maximè numero. 25. vbi de rebus missis sponsæ ab sponsò agit. Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 24. & de arbitrarijs iudicium lib. 2. casu. 88. & casu. 218. & in terminis Matien. Anton. Gometism, Castell. Gregori, & alios allegantem in l. 4. titulo. 2. glo. 5. a num. 1. lib. 5. recopil. & ibi Azeued. nu. 29. & Doctorem Spinõ in suo speculo testamentorum, glo. 18. num. 115. & Azeued. refert Gregori. Cast. Anto. Gomez, Cisuentes, Montaluum, Villalobos & alios. Communis & vera resolutio est, & quæ in his regnis semper practicitur, quòd vestes & alia ornamenta, quæ vulgò dicimus donas, quæ dantur sponsæ, vsque ad diem velationis, censentur donata, quia sic consuetum est fieri, & lucratur ea sponsa, secundum modum tex. in d. l. 4. quæ verò dantur nuptæ, si pretiosa & festiualia sunt, non lucratur, nec in dubio donata censentur: quæ verò quotidiana, sic ex distinctione Bart. in vulgari. §. nec castrense, à supradiçtis citato. Iure cõmuni donatio in dubio nõ præsumitur, nisi ex coniecturis appareat, vt videbit per Menoch. & Mascard. vbi supra, & vide amplius de materia Ayoram in tract. de partitionibus. 1. parte cap. 7. a num. 33.

Num. 5. ibi, *Quòd maritus tenetur.* Nota decisionem singularem, quod hæredes mariti, aut maritus ipse, tenetur restituere vxori, aut eius hæredibus, statim soluto

*Quæstio. 12.*

soluta matrimonio non solum res immobiles non æstimatas, & fructus eius, sed etiam æstimatas, & fructus eius. De materia, quando mulier soluta matrimonio recuperet rem cum fructibus, vltra ordinarios in locis hic citatis, vide Matienç. in l. 3. glo. 2. nume. 35. titulo. 1. lib. 5. recopilatio. Ioan. Garciam in tractatu de expensis, cap. 8. a num. 32. & infinitos allegatos ab Antonio Tessauro decisio. Pedemontana noua 43. Franciscum, Viuium decision. 8. a num. 6. mihi tamen quo ad decisionem auctoris, ea suspecta videtur, ne dicam falsa, quia cum maritus rem æstimatam non debeat, sed eius loco pecuniam, debitor est rei mobilis, & ideo gaudet dilatione annali, & si voluntarie rem restituat, non video cur fructus debeat restituere, nisi restitutio rei fuisset in voluntate mulieris posita; imò potius diceretur loco pecuniæ debite rem suam soluere, ac proinde non tenetur mulieri fructus restituere: & ad propositum faciunt quæ Campesius notat in suo tractatu de dote, parte. 2. quæstione. 15. & quæst. 25. cum Ang. in l. diuortio. ff. soluto matrimonio.

Num. 6. & 7. versiculo. *Circa tertiam quæstionem.* Nota, quòd si vir ob causam & fauorem mulieris, aut aliquam aliam negotiationem ex eius parte, aliquam vtilitatem consequatur, hæc vtilitas cedit lucro mulieris, vt dotalis, vel paraphernalis, & vide in argumentum quæ notat Baeça de non meliorandis, cap. 24. 25. & 26. & quæ notat Ayora de partitionibus. 1. parte, c. 8. a num. 18. & Palatios Rubios in repetitione rubricæ. §. 43. & 44. vbi donatum aut datum marito contemplatione vxoris, est proprium vxoris, & Ioan. Garciam in tractatu de acquisitionibus, nume. 102. Gutierrez practicum, quæstione. 120. tomo. 1. Azeved.

in l. 3. & 4. titu. 9. lib. 5. recopilat. & hæc de hac decisione.

Additio ad Decisionem LXXII.

**N** Vme. 1. ibi, *Extranea.* De materia, quando extranea persona possit succedere in emphyteosi ecclesiastica, vide Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. emphyteosis, quæst. 28. Menoch. conf. 474 nume. 11. lib. 5. & de recuperanda, rem. 9. num. 82. & de adipis. 1. em. 4. nu. 39. Fran. Becium. conf. 3. num. 13. lib. 1. Riminald. Jun. conf. 44. nu. 1. lib. 1. & 461. nu. 1. lib. 4. & 160. nu. 1. lib. 2. Bursa. cõf. 48. nu. 22. lib. 1. & cum Emanuele Xarez & alijs Turret. conf. 61. nu. 8. lib. 1. latissime & melius quam a libi per Bonifacium Rugerium conf. 34. per totum, lib. 1. Caldas Pereira in tract. de nominatione emphyteotica, quæst. 23. per totum. Communis resolutio est, quòd emphyteosis ecclesiastica nõ transit ad extraneos hæredes, nisi ex verbis admodum duplicatis, generalibus, aut claris, aut ex consuetudine regionis, aliud colligatur: quod sic in praxi seruamus.

Num. 2. ibi. *Quod fit.* Nota, quòd emphyteosis concessa vltra tres vitas, aut generationes, reducitur ad tres: de quo vide Couar. lib. 2. variarum cap. 6. num. 5. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum, §. emphyteosis, quæst. 6. num. 2. Hoc tamen raro de cõsuetudine seruatur, maxime in hac villa sancti Facundi, saltem quando concessio fuit facta in forma solenni & vtitata in similibus concessionibus.

Num. 3. ibi, *Aliud, &c.* An licentia domini ad alienandum rem emphyteoticam, requirat scripturam, vide Aurelium Corbulum in tractatu de causis ex quibus amittitur emphyteosis, titulo de causa priuationis

ob

ob alienationem, quæstione. 4. allegat alios, & de solutionibus canonis, Mascard. in tractatu de probatio. 2. parte, conclusione 603. a num. 5. & de licentia Mascard. in. 1. parte conclusione 416. a nu. 10. Vera resolutio est, quòd per testes, saltem duos, licentia probari potest.

Num. 5. versic. *Fuit & tertio.* An dominus directus remittat commissum, recipiendo pensiones temporis præteriti vel futuri, siue commissum euenerit ob non solutionem canonis, siue ob deteriorationem, siue ob alienationem, tractant latissime Mascard. in tractatu de probatio. 1. parte conclusio. 252. per totam, Menoch. conf. 355 a num. 21. lib. 4. idem latissime & elegantissime in tractatu de præsumptionibus, lib. 3. præsumptione. 112. per totam. Aurelius Corbulus in tractatu de causis ex quibus amittitur emphyteosis, titulo de causa priuationis ob non solutionem canonem, limitatio. 21. & de causa priuationis ob alienationem, limitatio. 40. Cephal. consil. 222. lib. 2. & Corbu. allegat Alexan. Ruin. & alios. Communis resolutio est, quòd recipiendo præteritas pensiones absque protestatione, videtur remittere caducitatem: secus si cum protestatione recipiendo vero futuras, etiam cum protestatione, nisi emphyteota ei consentiat, videtur etiam caducitatem remittere: intellige tamen, si dominus sciat, aliàs non: & in dubio præsumitur ignorantia. Intellige etiam si dominus ipse recipiat: secus si procurator aut administrator, nisi ad hoc habeant speciale mandatum: administrator vero aliquis collegij aut gubernationis secularis, potest remittere, & remittendo præiudicare, secus in administratore aliquo monasterij. puta Priore, aut Abbate, vt per supradictos.

Numero. 5. ibi, *Et est alia ratio.* De

spurijs & legitimatis admittendis ad emphyteosis, & de legitimatione, vide quæ late diximus in additionibus ad secundam decisionem Gamina vbi supra.

Additio ad Decisionem LXXIII.

**N** Vme. 1. ibi, *Interueniente aliquo.* Quando conductori remittenda sit pensio propter pestem, & possit recedere a domo conductæ, & anteneatur denunciare locatori, & ei claues tradere, vide aliqua per Anton. Tessauro decis. 108. Viuium lib. 2. communitum opinionum, opinione 63. Egid. Boss. in titulo de remissionis mercedis, ad finem praxis, per totum. Bursat. consil. 11. num. 29. & consil. 81. lib. 1. Riminald. Jun. conf. 40. nume. 32. lib. 1. Bott. consil. 9. in fine. Socin. Jun. Paris. Celsum & alios allegatos a Fabio Turret. conf. 60. num. 13. lib. 1. Riminald. Jun. conf. 92. per totum lib. 1. melius in terminis huius decisionis per Aluar. Valascum in tractatu iuris emphyteotici, quæstione. 22. a num. 6. cum sequentibus. Meness. in l. 2. C. de transactio. a nume. 12. Couar. in practicis, quæstione. 30. a nume. 3. Resolutio est pro parte affirmatiua, & sic practicatur.

Additio ad Decisionem LXXIII.

**N** Vm. 1. ibi, *Post denuntiationem.* An melioramenta debeantur facienti, si ei sit denuntiatum ne faceret, vltra Boeri. hic citatum, vide Aluarum Valascum in tractatu iuris emphyteotici, quæstione. 25. a num. 9. & vide Ioseph. Lud. decis. Petrus. 14. late Ioan. Gar. in tract. de expensis. c. 6. a nu. 9. Communis resolutio est, quòd si possides possidet

F 2 cum

ad dicit ad ppi  
L. quæstio. C. &  
to hum. in illis  
non mlt vlt pti  
to efficitur. & p  
c. 123. n. 3.

cum titulo & bona fide, potest facere, non obstante prohibitione, nisi titulus sit reuocabilis, & speretur de proximo reuocatio, non possibilis, sed vel necessaria, aut si possibilis, probabilis, & quasi in actu: secus si possideat sine titulo, & sic concordantur iura quæ de hac materia loquuntur.

Num. 2. ibi, *Pretium, &c.* Quando minore restitudo aduersus emptionem, debeat restitui pretium emptori, vide elegantissime & late ad praxim per Sfortiam in suo tract. de in integrum restitutione par. 1. quæst. 47. artic. 3. 4. & 5. & 6. & in his duobus ultimis tractat. de expensis factis ab ipso emptore, & an debeant ipsi refici. & de prohibitione minoris eundem Sfortiam loquuntur in emptore malæ fidei, conf. 41. a num. 81. & 94. lib. 1. vbi singulariter loquitur. Hippoly. Riminald. Iun. qui contra id quod Sfortia tenet in dicto conf. concludit conf. 49. num. 7. lib. 1. Concluditur quod si emptor est bonæ fidei, debet sibi restitui pretium ab ipso minore, si conuersum est in sui utilitatem, debentque etiam solui sibi melioramenta vtilia: si vero sit malæ fidei, communis opinio est, quod non, licet ex æquitate contrarium defendat & teneat Sfortia vbi supra.

Num. 2. ibi, *Tertium dubium.* Resolutio Auctoris clara est, quod fructus debet restituere emptor bonæ fidei a tempore litis contestatæ: de quo vide late, & in terminis Sfortiam in dicto tractatu, quæst. 45. articulo. 2. Menoch. in tractatu de recuperanda remedio. 15. a num. 574. cum sequentibus. Ioan. Garciam de expensis, cap. 23. Vincent. Franchum decis. 119. a num. 19. lib. 1. Caualcant. decis. 45. a num. 65. lib. 1. eleganter Antonium Tessaurum decis. 29. a num. 3. Absolutio est, quod iure communi debebat casus distinguere, ut per Menoch. vbi supra: in praxi ta-

men indistincte emptor bonæ fidei, etiam cum titulo liberatur à fructibus restituendis vsque ad litis contestationem, ut testantur Tessaurus, Caualcantus, Ioan. Garcia & autor hic, qui nimis succincte rem attigisse visus est.

Additio ad Decisionem LXXV.

DE hac decisione vide quæ dixi ad decisionem. 22. & ad decisionem quæ tam in fine.

Additio ad Decisionem LXXVI.

NUM. 1. ibi, *Diximus tamen.* De materia vide late Menoch. in tractatu de recuperanda remedio. 15. a num. 149. & a num. 156. cum sequentibus. Cephal. conf. 316. a num. 74. cum sequentibus, lib. 3. Crauet. conf. 102. num. 7. lib. 1. Alex. conf. 117. a num. 2. lib. 5. Deci. conf. 209 a num. 4. Ruin. conf. 63. num. 23. lib. 1. Corn. conf. 36. num. 13. lib. 2. Bald. conf. 184. num. 3. lib. 2. & plures alios allegatos à Ioan. Botta conf. 51. a num. 33. cum sequentibus, late & ex professo Sfortiam in tractatu de restitutione, quæst. 25. artic. 3. & 4. & ultimo, & per totam questionem parte. 1. Octavianum Simoncellum in tractatu de decretis, lib. 3. tit. 9. in præfatione, col. 3. Sfortiam conf. 40. a num. 43. & a num. 25. lib. 1. & melius quam alibi, vide per Menoch. conf. 439. a num. 40. & 45. cum sequentibus lib. 1. & Cephal. conf. 315. a num. 25. lib. 3. Caldas ad. l. si curatorem habens, verbo, *Infra legitimum tempus.* a num. 23. cum sequentibus. Bonifac Rug. conf. 46. lib. 2. Communis resolutio est, quod si minor post perfectam. 25. annorum ætatem quinque-

aliena-

Additio ad Decisionem LXXVIII.

NUM. 1. An valeat consuetudo diuendendi bona emphiteotica, & feudalia, vide Hippoly. Riminal. Iun. conf. 9. nu. 95. lib. 1. Aurel. Corbul. in tract. de causis ex quibus amittitur emphit. tit. de causa priuationis ob alienationem limit. 32. Burs. conf. 49. & 50. & 40. & 28. lib. 1. & concluditur, quod sic, quem admodum valet consuetudo alienandi absque licentia domini.

Additio ad Decisionem LXXIX.

NUM. 1. ibi, *Denuntiatio.* Hæc conclusio clara est, de qua vide autores hic citatos, & 132. titu. 5. part. 5. & ibi Gregorium, & Dueñas regula 241. vbi Socin. Rubeum & alios citat, & ad eos se remittit. Viuium in communibus, lib. 8. titu. 28. num. 40. & Chèrianum ibi num. 42. & Bellacombam ibi num. 67. & num. 68. Et Donatum à Finario ibi num. 13. & communis & vera resolutio est, quod emptor tenetur denunciare litem motam venditori, etiam si ipse de ea alias certificatus sit. Nota tamen vnum singulare, quod in terminis legis Lusitanie dicit hic Auctor, scilicet, quod etiam si venditor sit citatus cum ipso emptore, & ambo simul litigent, nihilominus sit ei denunciandum ab ipso emptore hoc tamen licet singulare sit, procedet in terminis dictæ legis, si illud disponat, sed in terminis iuris communis dubium est, & contrarium tenet Ripa cum Socino in. l. 2. §. voluntatem, a numero. 17. limitatione. 4. ff. soluto matrimonio, cuius opinioni magis accedo.

alienationis à minore factæ absque debitis solemnitatibus, & censetur ratificata; imò, ut Sfortia & alij dicunt, tollitur ius restitutionis, vel nullitatis causatum ex falsa causa, aut læsione in alienatione interuenientibus, & ambo simul, licet Menoch. & alij contradicent: & hæc vera resolutio mihi videtur, & quæ deberet seruari iudicando & consulendo, propter eius æquitatem: & quia litigia aufert, nisi minor sit enormiter læsus, aut habuerit horum vitiorum ignorantiam; quo casu non procederet dicta resolutio, nec de cetero textus in. l. fin. C. si maior factus. lib. 5.

Additio ad Decisionem LXXVII.

AD hanc decisionem vide late Gamam, & quæ lato sermone, & cum pluribus allegationibus ibi addidimus decis. 40. vbi iura & practicas huius regni resolutiones citauimus.

Num. 2. ibi, *Sine ipsorum.* An filius debeat citari, quando agitur causa ad eum spectans super bonis aduentitijs, si existat in patris potestate, vel sufficiat, quod acta fiant cum patre solo, vide praxim Dionysij Gotiffredi lib. 2. tit. 4. fol. 395. col. 3. & 4. & 398. col. 3. lit. D. & Doctorem de Azeuedo in. l. 10. a num. 4. tit. 17. lib. 4. recopilat. Doctorem Paz in sua praxi. 1. parte. 2. tempore, a num. 15. tomo. 1. Agnium in sua praxi. §. 2. c. 13. à princ. Communis resolutio est, quod pater in aduentitijs potest agere & conueniri absque filio, & eius consensu, & ei nocent acta: atque hæc in praxi seruatur, licet contra eum aperte faciat tex. cui nullum bonum responsum accommodari potest, in. l. fin. §. vbi autem. C. de bonis quæ liberis, de quo vide Pifel. hic citatum.

Num. 2. ibi, *Et ideo non valuit.* Notas quod quando fideiussor accedit obligationi nullæ & prohibita, non tenetur: hoc tamen intellige, quando accedit obligationi nullæ, quia lex resistit ei propter publicam vtilitatem, aut quia contra bonos mores est: secus tamen si nullitas causaretur ob fauorem priuatum, non que lex resisteret, & si fomentum illi non daret. Procedit etiam notabile, etiam si fideiussor se obligaret vt principalis: & ita intelliguntur opiniones discordantes, de quo vide Baezam in tractatu de non meliorandis. c. 35. a num. 1. cum sequentibus, & elegantissime Sfortiam conf. 41. a num. 6. & a nume. 16. Paris. consil. 16. nume. 110. lib. 2. Ceph. consil. 437. a nume. 24. lib. 3. Tiber. Decianum conf. 72. a num. 5. lib. 2. Riminald. Jun. conf. 454. a num. 17. lib. 4.

Additio ad Decisionem  
LXXX.

HÆC decisio est breuis, & in terminis cuiusdam legis Lusitanæ, quæ quoad certam summam permittit appellari ad consistorium ciuitatis, cui est similis l. 7. titulo. 18. lib. 4. recopilationis: & aduerte ad vnum singulare, quod decisio dicit, scilicet quod à sententijs intra illam summam latis ab ædilibus, quos vulgo appellamus fieles exequutores, debet, & potest appellari ad Cancellariam; imò non potest appellari ad Decuriones, quemadmodum nec à sententijs iudicum de Mesta, fraternitatis, & aliorum habentium particularem & specialem iurisdictionem in aliquibus causis demptam à iurisdictione ordinaria, de quo vide Azeued. in dicta. l. 7. a nume. 29. cum sequentibus, & in l. 8. in fine.

Additio ad Decisionem  
LXXXI.

Num. 1. ibi, *Pestis.* De testamento facto tempore pestis, vide cum Iulio Claro & alijs Mascard. in tract. de probatio. 3. parte, conclus. 1353. a num. 20. Crassum in tract. sententiarum. §. testamentum, quæst. 57. nu. 8. & quæst. 54. num 5. & Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. testamentum, quæst. 56. Azeue. in l. 1. a num. 84. tit. 4. lib. 5. recopilat. Concluditur vt per Autorem hinc, quod valet cum minori numero testium: vide supradictos, & Burgos de Paz, Couar. Antonium Gomez, Tellum Fernandez, & alios, quos allegat Azeued. vbi supra.

Num. 3. ibi, *Vt est communis.* De testamento ad pias causas vide eundem Azeued. vbi supra nume. 64. & dictum Crassum d. §. testamentum, quæst. 18. & Mascard. num. 32. & Couar. in c. cum esset, de testamētis, est communis resolutio Autoris hinc, quod valeat testamentum ad pias causas cum minori numero testium, & licet autor velit, quod licet testamentum nō sit ad pias causas, si tamen sit legatum pium, sustinetur legatum, & plures teneant hanc opinionem: in contrarium est magis communis opinio, & receptior, vt per Crass. d. quæst. 18. num. 6. Mascard. num. 32. licet aliquando contrarium viderim practicum, sed malè iudicio meo, nisi legatum solum esset non dependens à testamento, aliàs non video quomodo, annullato testamento, sustineantur in eo contenta

Num. 4. ibi, *Non obstat quod.* Nota vñ singulare fauore piæ causæ, quod si quis testetur in scriptis, si tamen non adhibeat solēnitates necessarias, vel in testamento in scriptis, vel nuncupatio solēni, valebit tamen fauore piæ causæ eodem modo quo valere potest: de quo vide Crassum d. §. testamentum, quæst. 10. Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsumpt. 2. Azeue. latissimè in l. 3. a nu. 47. tit.

tit. 4. lib. 5. recopil. Burgos de Paz in d. l. 3. Tauri. 1. par. conclus. 2. a num. 232. cum sequentibus. Couar. in c. relatum. 1. num. 9. de testamen. Matiençum in l. 2. glo. 10. d. titu. 4. lib. 5. Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum lib. 2. interpret. 2. dub. 2. sol. 2. a num. 15. Communis resolutio est, quod quando constat quod testator se arctauit ad testandū in scriptis, & non aliter, vel quia id expressit, vel ex alijs coniecturis, tunc non valet, etiam fauore piæ causæ: & sic dicit iudicatum Burgos de Paz vbi supra: quia est imperfectum imperfectione voluntatis; secus si simus in dubio: vt per Simonem de Pretis & alios vbi supra, & ita est intelligendus Autor hinc.

Num. 5. ibi, *Sicut.* De testamento facto in eremo & locis solitarijs, vide Azeued. in d. l. 1. a num. 8. Simonem de Pretis vbi supra sol. 3. a nume. 31. Crass. quæst. 54. a nume. 9. Mascard. vbi supra a nume. 47. Et licet autor hinc videatur sentire, quod valeat cum minori numero testium, nullo tamen iure dispositum inuenitur. Sufficit, quod decisio de testamento facto tempore pestis tenenda sit magis ex æquitate, quàm de iuris rigore, vt omnes testatur, & defendit Burgos de Paz ab Azeuedo citatus: & hæc de decisione.

Additio ad Decisionem  
LXXXII.

Num. 1. ibi, *Pro contractu.* Nota, quod præsumitur pro contractu & iustitia eius: intellige, si solennia interuenerint, de quo vide latè Iacobum Menochium in tractatu de præsumptionibus lib. 3. præsumpt. 177. nu. 36. & 122. num. 2.

Num. 3. ibi, *Et quauis.* De modis probandi pactum de retrouendendo, & simulationem contractus, in quo pa-

ctum dictum interuenit, vide latissimè Mascardum in tractatu de probatio. 3. parte, conclusio. 1142. per totam, & in prima parte conclusio. 440. & 441. & 442. & 443. & Menoch. in dicto tractatu de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. per totam.

Num. 3. ibi, *Quod paruitas pretij.* Quando contractus præsumatur vsurarius ex pacto de retrouendendo, paruitas pretij, & alijs coniecturis, vide latissimè per Menoch. & Mascard. vbi supra & Cavalcan. decis. 1. 2. parte per totam: Tiberi. Decian. conf. 2. num. 17. & 18. lib. 1. & 105. num. 21. & 28. lib. 2. Hippoly. Riminal. conf. 218. num. 108. lib. 2. Bursat. conf. 153. lib. 2. Roland. Valle conf. 50. num. 22. lib. 2. Ioan. Baptistā Lupum in tractatu de vsuris ad l. 21. §. 1. a nume. 40. C. de pactis inter emptorem, Paris. conf. 55. num. 46. lib. 1. Iuan. Bottam conf. 86. a num. 34. lib. 1. & hi infinitos referunt. Communis resolutio est, quod pactum retrouendendi, cum paruitate pretij, & consuetudine scenerandi, probat contractum vsurarium: absque verò consuetudine, solum illis duobus concurrentibus, si paruitas sit notabiliter exigua, etiam probat, si minus debent alia indicia concurrere, & absque eis contractus non probatur simulatus, nec vsurarius: at verò indicia & quantitatem pretij arbitrio iudicis dimittit Menochius: quod verum videtur.

Additio ad Decisionem  
LXXXIII.

Num. 2. ibi, *Ex diuturnitate.* De solennitate præsumenda in alienationibus rerum minorum, ecclesiarum, aut alijs contractibus, plura diximus lib. 3. variarum, quæstione. 23. De titulo & solennitate, &c. vide omnino ibi, & interim vide Marcum Antonium

tonium Eugenium Perusinum consil. 8. a nume. 14. cum sequentibus, vbi septem modis limitat. Ibi filius, de qua Mascari. in tractatu de probatio. parte 3. conclu. 1317. Curt. Iun. cons. 213. a num. 98. & 200. a num. 30. lib. 3. tandē in nostra quæstione cum infinitis conclusimus, non sufficere decennium ad præsumendas solennitates in alienationibus rerum ecclesiasticarum: imò nec triginta annos absque alijs coniecturis, & cum Caualcano, Raudensi & alijs infinitis monstrauimus hanc esse magis communem opinionē, quæ seruatur in iudicando & consulendo, ne canones & extrauagantes defraudentur in damnum ecclesiarum: & sic est intelligēda decisio, de qua autor hic, alijs falsa penitus est.

Num. 2. in fine ibi, *Non possidentibus*, Nota, quod quando emphiteota non possidet bona emphiteosis, excusatur a solutione canonis, & per consequens a caducitate, de quo vide Abb. cons. 94 a num. 4. lib. 2. & Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. glo. 10. num. 37. Aurel Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob non solum canonem, limit. 14. & limit. 22. Ceph. cons. 367. num. 11. lib. 3. Tobiam Nonius cons. 2. nume. 15. Clar. §. emphiteosis, quæst. 8. versiculo. *Sed quæro.*

Num. 3. ibi, *Dixi cessationem*. Caducitas non transit contra hæredes emphiteotæ, vide in terminis Corbul. vbi supra d. titu. ampliatio. 45. & ampliatio. 8. in fine. Ruin. cons. 168. num. 20. & 10. num. 4. lib. 1. & cons. 159. num. 12. & seq. lib. 1. & 70. num. 14. lib. 5. Anton. Gabrie. lib. 7. communium, conclusio. 35. a nu. 3. & diximus latē ad decis. 17. supra.

Additio ad Decisionem  
LXXXIII.

Num. 1. & 2. De materia vide latissime Molin. lib. 4. de primogenijs Hispanorum, c. 9. & c. 10. Menoch. cons. 599. a num. 3. lib. 6. Burgos de Paz cons. 41. Communis & vsitata resolutio est, quod in præiudicium successorum non operatur præscriptio, nisi immemorialis sit, nec transactio etiam in eorum præiudicium aliquid valet. Posset tamen attentari, quod quadragenaria cum titulo inualido sufficeret, ex Molin. lib. 2. c. 6. a num. 51. & sic contra præsentem decisionem: sed intelligo, quando titulus habitus fuit ab eo qui poterat dare, nõ quando est omnino reprobatus.

Additio ad Decisionem  
LXXXV.

Num. 1. ibi, *Latam*. Nota singularē legem Lusitanæ, & singularē decisionem benē eam declarantem, secundum quam nominatio facta coram sex testibus, reuocat priorem factam per scripturam publicam, non obstante illa lege, quæ aliam scripturam requirit, etiam si illa secunda nominatio nõ fuisset facta in forma testamenti. Sed licet hæc decisio in praxi ex æquitate procedat in regno Lusitanæ, in rigore tamen attentis verbis dictæ legis, non secura est, & melior videtur opinio aduocati, de qua hic, cum dicta lex solum excipiat nominationem factam per viam testamenti nuncupatiui, & in eo supponat nominationem factam esse: cogita.

Num. 3. ibi, *Quod non requiritur rogatio*. vide latē Matien. in l. 1. glo. 8. a nu. 7. tit. 4. lib. 5. recopilat. & communis conclusio est, quod tam iure communi, quam Regio & Partitarum, requiritur testium rogatio, contra Anto. Gomez, & Autorem hinc, & hanc practicamus: vide quæ dixi lib. 1. variarum vtriusque

que iuris, quæstione. 1. vbi latissime.

Additio ad Decisionem  
LXXXVI.

Num. 1. & 2. *Quando filius ex serua & illustri vel plebeio, sit naturalis, vel spurius, & sit capax succedendi patri, saltim eius voluntate, vide. l. vitimã. C. de natural. liberis, & l. si. tit. 14. par. 4. & cum Greg. Lupio, Auend. & alijs, vide Matiecum in l. 9. glo. 2. a nu. 4. tit. 8. lib. 5. recopil. & Scribentes in l. 9. Tauri. Hodie iure nostro regio ex d. l. 9. talis filius naturalis dicitur, & est capax succedendi, quia poterat inter patres consistere matrimonium, nisi esset filius natus ex muliere & suo seruo, ex Tello Fernandez in d. l. 9. num. 4. & vide etiam ad propositu Aluarum Valascu consult. 39. & consult. 94. Paleot. de nothis & ipurijs. c. 13. 14. 15. & vide Ceruantes in l. 10. & 11. Tauri, a num. 126. cum sequentibus. X Suarez in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori, col. 3. Tellum in d. l. 1. num. 1. Couar. in 4. 2. parte, c. 8. §. 4. nu. 2. Caldas de nominatione emphiteotica, quæst. 21. a num. 10. cum sequentibus, & vide Gammam infra decis. 317. 167: & decis. 149.*

Additio ad Decisionem  
LXXXVII.

Ibi, *Mihi alia mens fuit num. 1.* Nota singularē decisionem, quod sententia lata super exceptione, declarans eam non probatam, est interlocutoria, si lata sit pendente iudicio principali debiti, & ab ea non permittitur appellatio, lege extante quod ab interlocutoria ante sententiam diffinitiuam non liceat appellare. Hæc decisio, licet singularis sit, si lex Lusitana non prohibeat appellationem ab interlocutoria, etiam habente vim diffinitiuæ, mihi falsa vide-

tur, nam sententia super reiectione exceptionis peremptoria, parit præiudicium negotio principali, nonque reparari potest in diffinitiuam. Vnde est interlocutoria habens vim diffinitiuæ, vt per Bald. in l. eleganter. §. si quis possit, col. 3. ff. de cond. in debiti. Francus in c. 1. num. 12. de litis contestatione lib. 6. & cum Felin. Riminal. Alex. Arct. & alijs Marchesanus in tract. de speciebus c. 17. quæst. 6. & c. 10. & c. 33. quæst. 22. allegat Imol. in l. si finita, nu. 42. ff. de dano infecto. Licet iste, c. 31. & 32. sententias declarantes probationes legitimas vel illegitimas, declarat merè interlocutorias, sed intelligendus est, quando non tangunt exceptionum reiectionem tacitam vel expressam, sed solum testes probare vel non probare, ita quod postea proferatur sententia diffinitiuam ob defectum probationis, a qua possit pars appellare: secus si litiget super artic. exceptionis propositæ, & pronuntietur non probata, aut reijciatur: tunc enim quæ ad exceptionē & articulum nulla alia sententia speratur, ac proinde habet vim diffinitiuæ: at vero a tali interlocutoria licita est appellatio, extante dicta l. vt videbis in terminis legis regie. 3. tit. 18. lib. 4. recopil. per Azeued. & plures ab eo citatos ibi a num. 3. Dueñas regu. 52. Couar. in practicis, quæst. 23. a num. 4. Lancelot. in tract. de attentatis, 2. part. c. 12. limit. 1. num. 40. Paz in sua praxi. versic. 1. part. 6. in proemio a num. 20. cum sequentibus. Vnde in presenti causa, & alijs similibus, consultius foret, has exceptiones ad diffinitiuam referuare, & non super eis pronuntiare, ex his quæ notat Asinius in sua praxi. §. 18. cap. 2. & 3. ex quibus constat, admodum dubiam, ne dicam falsam, esse hanc decisionem, & melius iudicasse Senatores quos Gamma hic reprobat.



Additio ad Decisionem  
LXXXVIII.

**I**bi, *An ad probationem dominij.* De modo probandi dominium antiquum, vide latissimè Mascard. in suo tract. de probatio. parte 1. conclu. 546 & 547. Menoch. in tract. de arbit. lib. 2. cent. 1. cas. 42. a num. 2. & cum Riminal. Iun. Tiber. Riminal. Ceph. Bursat. & alijs Fabium Turretum conf. 81. a num. 2. lib. 1. Conclusio Autoris est vera, quòd tempus antiquum sit ceterum annorum, & tunc probetur dominium per famam, aut testes de auditu, licet verius sit, quòd hoc remittatur iudicis arbitrio: imò si hæc probatio sola esset, alia præfertur, quia debilis est contra possessorem titulatum.

Additio ad Decisionem  
LXXXIX

**N** Vm. 1. ibi, *Et acquisita.* Nota, quòd acquisita constante matrimonio diuiduntur etiam inter coniuges putatiuos, si fuerunt bonæ fidei. Intelligo ego, si contraxerunt in facie ecclesiæ cum solennitatibus sancti Concilij Tridentini: de quo vide Auenda. respon. 20. Couar. de sponsalibus parte. 2. c. 7. §. 1. num. 7. Baccam de decima tutoris, c. 12. a num. 17. Dida. Perez in l. 4. tit. 4. lib. 5. ord. pagina. 164. Azcue. in l. 2. a num. 4. tit. 9. lib. 5. recopil. Gammã infra decis. 220. Ioan. Gra. in tract. de coniugali acquæstu, a num. 159. cum sequentibus. Matien. in d. l. 2. glo. 1. a num. 4. d. tit. 9. & verior & receptior est hæc opinio, quam intelligo, licet contraxerint absque monitionibus ex aliqua iusta causa omisis, secus si ex malitia, ne detegeretur impedimentum, ex his quæ Garcia, Auend. & alij vbi supra notant.

Num. 2. ibi, *Stante statuto.* Hæc est magis communis opinio, vt per Ma-

rien. vbi supra, secundum quam matrimonium putatiuum non habet priuilegium veri matrimonij, nec qui ob matrimonium lucratur, lucratur ex matrimonio putatiuo, licet in contrarium sit alia communis opinio, quam referunt Tiraquel. Nouellus, & alij citati, secundum quam ex quadam æquitate, & rationibus vigentibus iam consului: sed, vt in plurimum, vera est dicta communis opinio, & quæ debet seruari iudicando & consulendo: & vide latissimè Valdesium ad Xuares in l. 1. tit. de las ganacias, lib. 3. fori, lit. A. B. C. D. & seq.

Additio ad Decisionem  
XC.

**N** Vm. 1. ibi, *Quia quinquagenaria.* Nota legem singularem Lusitanæ, quæ mulieri quinquagenariæ, tunc nubenti, denegat lucra & acquæstus ob matrimonium prouenientes: de qua vide Caldas in tract. de nominatione, quæst. 20. a num. 39. & in confirmationem vide Parisi. Tiraq. Bart. Rip. Menoch. Siluam nuptialem, Phanucium, & alios per eum ibi citatos.

Num. 1. ibi, *Talis dolus.* Vide quòd de dolo præsumpto diximus decisione. 66. nume. 3. & Mascard. de probatio. 3. parte. conclusione. 1265. num. 47. Decian. conf. 39. num. 14. & 69. lib. 2. Bonifacium Ruger. conf. 40. nu. 16. lib. 2. & conf. 37. num. 14. lib. 1. Ruin. in l. 1. num. 16. ff. de noui operis nuntiatio ne. Deci. conf. 11. num. 6. & 39. num. 6. & plures allegant dicti vbi supra. Communis conclusio est, quòd in generali renuntiatione non comprehenditur dolus verus, nec præsumptus.

Additio ad Decisionem  
XCI.

**N** Vm. 1. ibi, *Ignorantem rei qualitate.* Ignorantia excusat à commisso. Vide

vide quod dixi decis. 38. nume. 2.

Num. 1. ibi, *Dominus de scientia.* Vide Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 8. Corbul. in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob non solum canonem, limit. 20. a num. 9. Mascard. de probat. 2. par. conclus. 880. & 881. & vera est conclusio Autoris, quòd dominus tenetur probare scientiam.

Num. 16. ibi, *Hoc tamen fundamentum.* Nota, quòd in re propria, & in habente scripturas penes se, non cadit probabilis ignorantia: de quo vide Corbul. vbi supra limit. 20. a num. 10. Arétin. conf. 15. Alex. Raudesem in declamat. de contractibus emphiteoticis, tit. de tit. oriēte ex antiquitate temporis, a num. 48. & tit. de non concedendi. a num. 22. & Mascard. vbi supra, & conclus. 880. a num. 40. cum sequentibus, & 879.

Num. 1. ibi, *Idemque ait.* Quòd dubitans excusetur à commisso, sicut ignorans, diximus d. decis. 38. num. 2.

Num. 2. ibi, *Quod actor.* Nota, quòd admittitur compensatio ad euitandum commissum, de quo vide Cagnol. in authentica qui rem num. 35. limita. 14. C. de SS. Ecclesijs. Socin. conf. 99. nu. 5. lib. 1. Guillelmum Redoan. in tract. de rebus Ecclesiæ non alienandis. c. 3. quæst. 19. num. 1. Tiraq. in tract. de retractu. lib. 1. §. 3. glo. 3. nu. 4. Paris. conf. 108. num. 50. lib. 1. Rolandum de Valle conf. 87. nu. 26. lib. 1. Corbul. vbi supra limit. 5. apud quos est hæc communis resolutio, dummodo quantitas compensanda sit liquida, aut breui liquidanda, & sit compensabilis, aliàs non.

Num. 3. ibi, *Quia censuarius, &c.* Diximus latè in d. decis. 38. num. 2. vbi de dubietate contractus.

Num. 3. ibi: *Induere distulit.* Nota, quòd euitatur commissum ob non factam inuestituram, nec solum laudemium, quando per dominum stetit, de

quo vide latissimè Caldas in tract. de renouatione contractus emphiteoticij, quæst. 6. & 7. per totam, vbi de impedimentis, & de mora domini: & melius vide Pegueram in tract. de feudis, versu item contra, a num. 115.

Num. 4. ibi, *Item considerabam.* Dominus recipiendo pensiones, videtur remittere caducitatem: vide quæ diximus ad decis. 72. num. 5.

Additio ad Decisionem  
XCII.

**N** Vm. 1. ibi, *In contrarium videtur.* Vide de his contrarijs opinionibus Cordubam de Lara in tract. de alimentis ad §. vtrum, nu. 34. Manticam in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 9. tit. 5. a num. 8. & tit. 4. a nume. 9. latissimè Menoch. in tract. de præsumptio. lib. 4. præsumptio. 133. a nume. 11. cum sequentibus, & conf. 352. a num. 17. lib. 4. Caualea. in tract. de vsufructu mulieri relicto, nume. 78. Ceph. conf. 158. lib. 2. Crassum in suo libro sententiarum. §. legatum, quæst. 38. Paul. Parisi. conf. 21. nu. 36. lib. 2. Duenas regu. 319. Arium Pinelum in l. 1. 3. parte, nu. 41. C. de bonis maternis Bartholi opinio est magis communiter recepta, quòd modus ad alimenta non restringit legatum, & per consequens, legato prædio ad alimenta, censetur legata proprietas, nisi ex alijs coniecturis aliud appareat.

Num. 2. ibi, *Quoniam substitutus.* Quæstio est elegans, an ius maioratus vel primogenituræ vendi, cedi, aut renuntiari possit. De qua vide Anto. Gôme. in l. 40. Tauri num. 70. & ibi Cifuen. & Castell. Greg. Lupium in l. 2. verbo, sine el. hjo, tit. 15. part. 2. Tiraq. de primogenijs, quæst. 24. Burg. de Paz in proemio legum Tauri, a num. 94. Peraltam in repetit. rubr. de hæredibus instituendis.

dis, a num. 122. Aluaradum in tract. de coniecturis, lib. 2. c. 3. §. 1. a num. 26. & c. 2. a num. 24. Molin. lib. 1. de primogenijs Hispanorum lib. 1. c. 6. num. 44. & lib. 3. c. 2. a num. 22. cum sequentibus, & Tiraq. vbi supra, quæst. 26. & 27. Pelaez de Mieris de maioratu, 3. parte quæst. 18. per totam, & de renuntiatione fideicommissi, & iuris de futuro, vide Matien. in l. 9. glo. 1. tit. 9. lib. 5. recopila. Crassum in §. fideicommissum, quæst. 62. & 63. Communis resolutio est, quod successor maioratus, pro tempore vitæ suæ, & in sui præiudicium, potest renunciare commoditate maioratus in quem voluerit, simpliciter tamen non potest renunciare, nisi in sequentem successorem: & si habeat filios, non potest renunciare in præiudicium eorum, si illa renūtiatio quintum excedat, nec potest renunciare in vnum ex filijs, si valor commoditatis excedat tertium & quintum, saltem quo ad excessum: & si habeat creditores, maioratum querendum potest renunciare in præiudicium eorum, non tamen questitum, nisi renuntiet in non successore, nam tunc cum renuntiat adire videatur, non eis oberit renuntiatio, de quo vide quæ allegat Matienço vbi supra, & vide Gutierrez in repetitione c. quâuis pactum. 1. parte a num. 6. cū sequentibus, de pactis in. 6. & Baczam de non meliorandis, c. 22. 23. & 24. & hæc de hac decisione.

Nu. 3. ibi, l. cum pater. Vide Valaf. consult. 102. & quæ diximus lib. 3. quæstionum, quæst. 22.

Additio ad Decisionem XCIII.

**H**ÆC decisio aliqua notanda ponit. Primum, quod in successione maioratus habetur respectus inconsideranda proximitate & repræsentatio

ne ad auum, qui nunquam successit, si ipse succedere debuit, si suo tempore maioratus vacauisset ad excludendam lineam alterius fratris minoris, qui de facto se intromisit, siue auo viuento, siue mortuo: nam id Autor non aperit.

Secundum, quod si hic ascēdens mortuus fuisset in vita alterius proximioris, puta patris, non esset consideranda eius persona, licet esset ipse post ipsum maior, nec haberet locum repræsentatio.

Tertium, quod vna linea non præscribit contra aliam successionem in præiudicium non natorum aut futurorum, nec præscribunt nisi qui possident alijs viuentibus.

De primis duobus vide latè Velazquez de Auendaño in l. 40. Tauri, glo. 6. & 7. Menchacam de successio. creatione. §. 37. limit. 3. a num. 22. & de tertia vide eundem Velazquez in l. 41. Tauri glo. 1. a num. 3. & glo. 6. & 7. Mieris in tract. de maioratibus, par. 4. quæstione. 20. num. 40. Molin. de primogenijs, lib. 4. c. 10. & lib. 2. cap. 6. & de primis duobus vide eundem Molin. de primogenijs, lib. 3. glo. 6. num. 35. & c. 7. a num. 3. & 4. Matien. in l. 5. glo. 7. nu. 7. & glo. 3. nu. 2. tit. 7. lib. 5. recop. Azeue. in d. l. 5. nu. 3. 4. & 5. & aliquid in terminis per dictū Velazquez in d. l. 40. glo. 14. num. 25. Humada in l. 2. glo. 7. nu. 7. & glo. 18. nu. 2. tit. 15. part. 2. Gutierrez nouissimè lib. 3. practicarū, quæst. 66. maxime num. 29. & de repræsentatione, vbi multa ad materiam præsentis decisionis, vide eundem Gutierrez d. lib. 3. quæst. 67. Menoch. conf. 124. a num. 80. lib. 2. & conf. 200. a num. 60. c. 0. lib. & conf. 354. a num. 14. lib. 4. & in tract. de præsumptio. lib. 4. præsumptio. 95. eundem Menoch. latè conf. 106. a num. 31. lib. 2. & conf. 17. lib. 2. & cōf. 442. dub. 1. & 2. lib. 5. & vide infinita cōsilia

filia pro Triultijs in hac materia, quæ refert Simon de Pretis, quem vide in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 3. interpr. 3. dub. 4. solutio. 2. a num. 11. & Roland. a Valle conf. 38. lib. 4. & 58. lib. 1. & 73. lib. 3. latissime Manticam in tract. de coniecturis, lib. 8. titu. 9. & tit. 10. aliqua per Burfat. conf. 1. a nu. 3. lib. 1. & conf. 67. per totum, & num. 25. & conf. 71. per totum. Alex. Raudenssem in conf. de successione Portugalliæ pro Rege nostro Philippo, quod est inter collectos à Zileto de vltimis voluntatibus, to. 2. cōf. 141. a num. 26. & a num. 60. & a nu. 90. & num. 105. & conf. 142. a num. 127. & num. 107. & 108. & nu. 125. & a nu. 35. & a num. 115. & a num. 68. & 80. & a num. 66. & a num. 76. & a num. 126. & elegans consilium Sfortiæ. 39. lib. 1. In finita refert Anto. Tassaurus decis. Pedemonta. noua, 65. vbi refert plura consilia Cephali, & aliorum modernorum, a quo non est opus transcribere: & de transmissione quando proximior moritur ante euentum conditionis in vita possessoris fideicommissi, vide Viuium decis. 398. & decis. 300. per totas. Curt. Iun. conf. 233. num. 9. & 265. a num. 19. & 258. a num. 28. & 338. nu. 16. lib. 3. qui a nullo allegatur, quia tertium volumen nouissimè in lucem prodijt, & vide quæ diximus ad decisione 59. Certè materia de qua in hac decisione, totam materiam transmissionis & repræsentationis pertingit, de qua diximus in dicta decisione, nunc etiam nouissimè, vt nostra decisio, & tota materia melius intelligatur, accipe sequentes conclusiones.

Prima conclusio. In successione fideicommissi temporalis, in quo post mortem nominatorum vocantur proximiores, & sic plures possunt succedere, admittitur ea repræsentatio, quæ admittitur in successione ab inte-

stato, scilicet in linea descendentiū, absque distinctione, & in linea transuersalium, vsque ad fratres & filios fratrum, testatoris, si teneamus opinionem, quod proximitas attendatur respectu testantis, vltimi grauati & possessoris, si consideremus, aut sequamur aliam contrariam opinionem: & sic intelligitur glo. in l. cum ita. §. in fideicommissio, de leg. 2. & communis contra Decium, de qua per suprascriptos.

Secunda conclusio. In successione fideicommissi temporalis, in quo post nominatos admittitur proximior, & non potest succedere nisi vnus, nulla datur repræsentatio, sed proximior præfertur absque fictione, quia id etiā esset de iure communi, si solum vnus admittetur, atque hic vere proximior signo indubitabili, & nominatim intelligitur vocatus, vt eleganter concludit Simon de Pretis vbi supra.

Tertia conclusio. In successione fideicommissi perpetui, cum in testamento cedatur secundum ordinem succedendi ab intestato, vt in l. fin. C. de verborum significatione, seruanda sunt conclusiones præcedentes.

Quarta conclusio. In successione maioratus & primogenituræ, ex natura rei, quemadmodum in feudis, semper succeditur per rectam lineam primogenitorum, & non fit digressio vnus lineæ ad aliam, vsque dum prima finitur: ita autor in præsentibus, Molina & alij vbi supra, & colligitur ex l. 40. Tauri.

Quinta conclusio. Linea debet habere suum principium certum & determinatum, alias maximè confusionem & incertitudinem, & litigia in successione causaret: & est duplex, primogenitorum, & vocatorum, ex vna parte, & possessorum ex alia. Appello lineam primogenitorum, quando vocatur Pater, & eius filius maior, & descendentes

*in possit banigere*  
*fratris filij*  
*de l. 151.*

tes maiores, quæ est prima linea, & eis deficientibus, Ioannes & suus filius maior, & sic de singulis: nam tunc capita lineæ sunt primi vocati, qui & ab eis descendentes statim ab ipsa natiuitate habent ius indubitabile primogenituræ, siue in prima, siue in secunda, siue in tertia linea, & possunt ad alios transmitti: lineam vero possessorum appello, quando maioratus intrat realiter in aliquo ex cognatis ex defectu nominatorum, qui caput lineæ est, & omnes ab eo descendentes, rectam lineam constituent. Possumus etiam constituere tertiam speciem, aut tertium membrum, scilicet lineam mixtam, primogenitorum & possessorum simul, scilicet quando maioratus intrat in lineam alicuius ex nominatis aut vocatis, vt primogenitis.

Conclusio sexta. In lineis primogenitorum & vocatorum, siue possederint maioratum, siue non, semper datur perpetua representatio & transmissio, & habetur respectus ad auum, aut alium ascendentem maiorem, siue ipse successerit, siue non: si vero mortuus fuerit in vita possessoris: siue non, & hoc non ex regulis iuris communis & fideicommissorum, sed ex natura rei, & ex voluntate testantis, qui primogenituram fundauit, vt bene considerat Couar. in practico, quest. 38. & est expressa in his regnis dicta. l. 40. ibi, o de aquel a quien perteneçia, &c.

Septima conclusio. Si transuersales fundatoris, aut possessoris maioratus, sint de lineis nominatorum aut possessorum, absq; dubio locum habet dicta representatio & transmissio, quæ irregularis est, & regulas iuris communis transgreditur: si vero transuersales fundatoris, aut possessoris, non descendat ex dictis lineis, sed in defectum nominatorum admittantur vt proximiores, tunc quidquid dicant Molina, Gutierrez

& alij, regnicola, nulla admittitur representatio, sed ille erit proximior, qui realiter talis inuenitur tempore delatæ successione, etiam si ex maiori non descendat, alias infinitæ lites & confusiones orirentur: nec video ego quatione descendens à maiori, possit eum representare, aut ab eo aliquid ius accipere virtute transmissionis, si ipse ascendens non fuit vocatus, nec de linea vocati, nec vnquam vllum ius primogenituræ certum & probabile habuit, sed solum vanam spem, & remotissimam, scilicet sub conditione, si deficientibus vocatis, in humanis existat, tanquam proximior: nec etiam intelligo quomodo possit dici proximior tempore delatæ successione, qui iam multis ab hinc annis mortuus erat, & si ipse non fuit proximior, nullum ius habuit, ac proinde transmittere non potuit, nec vocatus fuit, & per consequens nec vocati sunt eius descendentes, qui ab ipso initium sumunt: nec virtute representationis gradus admittetur, quia hæc representatio non admittitur nisi in casibus à iure expressis, & nullibi in iure nec in feudis admittitur tam transuersa & remota representatio & in nullo iure fundata. Nec obstat d. l. 40. nam imò facit pro hac conclusione, eum solum admittat representationem respectu eius qui successit, vel succedere debebat, quia ius firmum primogenituræ habebat. Sed in presenti proximior mortuus, vt proximior nullum ius vnquam habuit, quia non fuit proximior tempore delatæ successione, & sic non fuit vocatus. Nec etiam obstat, quod potuerit esse proximior tempore testamenti, nam respondetur, quod in fideicommissis aut maioratibus perpetuis non potest considerari talis proximitas, quæ nullatenus potuit a fundatore imaginari, cum penè esset impossibilis eius existentia, vt ex magis communi

muni considerauit Roland. in d. consil. 38. & quæ in contrarium allegantur à Simone de Pretis & alijs, intelliguntur in fideicommissis temporali, non expectante longam dilationem, sed possibilem coexistentiam proximiorum, qui erant tempore testamenti, vel mortis testatoris. Nec obstant autoritates à Gutierrez & alijs citatæ, nam semper loquantur quando maioratus aut fideicommissum intrauit aliquam lineam, siue vocatorum, siue possessorum, nam tunc licet defunctus voluisset, quod succedatur de proximior in proximior, aut de maiori in maiorem, aut quod succedat proximior, non debet fieri digressio ad aliam lineam ex natura rei, vt in feudis dicit tex. in c. 1. de natura successione feudi, & quia ex hoc modo successione melius & clarius conseruatur successio maioratus: sed quando non intrauit, sed linea incipit in proximior in defectum nominatorum, non video, quare proximior appellamus eum, qui nec est, nec fuit, nec illi aliquid ius transmissum fuit, nec in eo vlla representatio admittatur. Vnde quidquid dicant isti, & quidquid iudicent aliquando iudices Cancellariorum, mihi hæc vera conclusio videtur, & contraria irrationabilis & falsa, & ex capite, & certo scio, quod in supremo Consilio, & in multis tribunalibus exteris, secundum eam iudicatum est, & hoc modo intelligenda sunt quæ Velazquez vbi supra notat, qui indistincte in transuersalibus fundatoris excludit representationem, alias falsa forent.

Conclusio Octaua. In linea possessorum semper admittitur representatio, etiam si vocetur consanguineus proximior: vnde postquam proximior, qui primo vt talis successit, admissus fuit sine representatione, vt dictum est, descendentes ab eo per rectam lineam succedent, & inter eos admittetur repræ-

sentatio, etiã in transuersalibus respectu ultimi poss. flo. u. vt de te considerauit Tiberi. Decianus consil. 100. lib. 3.

Conclusio Nona. Quo ad presentem decisionem, si Jacobus Hernandez post mortem primi nominati debebat succedere vt vocatus, aut eius filius maior, vera est hæc decisio, etiam si filius obiisset ante patrem in vita possessoris, & post foundationem maioratus, & non antea. Si vero ipse, aut eius filius, non vt nominatus, sed vt proximior succedere debebat, etiam si per rectam lineam in defectum nominati, tunc falsa est decisio, nisi filius maior Jacobi viueret tempore mortis primi nominati, tunc ipse tanquam maior & proximior succedere debebat, & non soror, & tunc vera est decisio. Nec obstat verbum, *Per lineam directam*, nam nullo existenti nominato, non est dabilis linea, vsque dum incipiat in aliquo legitimo possessore.

Vltima conclusio quo ad presentem decisionem est, quod vna linea, non præscribit successione contra aliam, nisi per tempus immemorabile, vt per Velazquez vbi supra: vnus tamen contra alium pro eius vita præscribit tempore ordinario, vt per autorem hic, & sic finitur hæc utilis aditio.

Additio ad Decisionem XCIII.

DE materia huius decisionis, an in remedio. l. 2. de rescind. v. ditione, veniant fructus, vltra hic allegatos, vide de Anto. Gomez de contractibus, c. 21. à nu. 24. Couar. lib. 2. variarum cap. 3. a num. 9. Meness. in d. l. 2. a num. 50. Martiengo in l. 1. glo. 5. a num. 5. cum sequentibus, & ibi Azeued. a num. 25. tit. 11. lib. 5. recopil. Communis resolutio, & in praxi vsitata est, quod in venditione iudiciali, si læsio sit enormissima re-

stituitur

de J. m. dec. 292.

## Prima pars Additionum

stituitur res cum fructibus, soluto emptori censu pro pretio ad ratione quatuordecim pro vno: & hoc magis ex æquitate practicitur in tribunalibus supremis, quàm de rigore iuris: si verò sit voluntaria & extraiudicialis, non debentur fructus, nisi à tempore litis contestatæ, nisi in venditione interuenit defectus solennitatis, aut dolus, vel fraus, vel deceptio sit enormissima, longè ultra dimidiam iusti pretij, ex qua dolus præsumitur: de quo habes plura notabilia ad decisionem. 40. per totam, & hæc etiam est resolutio Auctoris in præfenti.

### Additio ad Decisionem XC V.

Vide quæ habes ad dictam decisionem. 40. & ad decisionem. 66. vbi materiam læsionis enormissimæ habes sufficienter explicatam: & vide Azeued. in l. 1. a num. 31. & 32. titulo 12. lib. 5. recopilat.

### Additio ad Decisionem XC VI.

Vide de materia retentionis rei ob melioramenta non soluta, Aluar. Valascum in tract. de iure emphyteotico, parte. 1. c. 25. a num. 22. Ioan. Garciam de expensis, c. 6. a num. 14. & eundem ad ea quæ dicuntur in fine, c. 23. per totum, a num. 54. qui allegat Menoch. Ioseph. Ludo. Caualcum & alios modernos. Viuium decis. 317. a num. 8. lib. 2. & Bursat. conf. 85. num. 37. lib. 1. & ibi de primo, a num. 30. & conf. 60. a num. 31. & vide ad propositum eleganter eundem Bursat. conf. 73. a num. 28. lib. 1. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 23. glo. 2. a num. 24. Neuzia. conf. 77. a num. 12. decis. Pedemont. Ofasci. 160. num. 16. Sfortiam conf. 41. nu. 93. lib. 1. Æquif-

sima est decisio præfens, quòd licet retinens, ex sola retentione de iuris rigore debeat computare fructus in sorte, vt per Tiraq. Bursat. Neuz. Ofasc. & alios per eos citatos, tamen debet sibi refici aut dari census pro valore melioramentorum non solutorum, tanquàm interesse lucri cessantis: argumento eorum quæ notat Sfortia d. num. 93. & alij citati, qui dicunt, quòd retinenti debent solui damna & interesse, & sic pro rata lucratur fructus, non tamen reituit aut compensat fructus suorum melioramentorum, vt per autorem hic, & per Garciam, Matthæum Afflictis, & alios vbi supra.

### Additio ad Decisionem XC VII.

DE materia decisionis, quando diuortium possit fieri ob scuitiam viri, & an vxor separata, aut expulsa, lucretur dimidiam acquæstum, & habeat alia priuilegia vxorum, ac si cohabitaret, vide Autorem infra decis. 357. Azeued. in l. 2. tit. 9. a num. 14. lib. 5. recopil. Matien. ibi glo. 1. a num. 42. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 1. a num. 61. & hi allegant Palacios, Seguram, Castellum, & alios, Ioan. Garciam cum Auend. & alijs, de acquæstibus, a num. 163. Pegueram decisione criminali. 20. & vide Ioan. Saxon in consuetudinibus Turonensibus, tit. de douaire, tit. 30. art. 1. & Arnaldum Ferroniam in consuetudinibus Burdegalen sibus, tit. 4. de dote, §. 6. fol. 120. Chassanæ. in consuetudinibus Burgundicæ, rub. 4. §. 23. a num. 15. Anto. Tressaurum decis. Pedemont. noua. 130. num. 1. & 2. Gutierrez in quæstionibus canonicis, quæst. 24. num. 14. Communis resolutio est, quòd quando vxor diuertit à viro culpa viri, habet dictam dimidiam, & doharium, sicut si nõ diuertisset, quin

imo

imo etiam habet omnia priuilegia dotalia, quare, vt credo, non bene iudicauit Autor in præfenti, cum mulier talis habeatur pro cohabitante, in sui commodum: sed de hoc cogitent Regnicolæ Lusitanicæ, qui habent legem, de qua Autor hic.

### Additio ad Decisionem XC VIII.

Vide de materia huius decisionis, quæ diximus ad decisionem. 46. & vide Burgos de Paz col. 11. per totum, Menoc. conf. 45. a num. 22. lib. 1. & in tract. de præsumptionibus lib. 6. præsumptione. 45. per totam & Michaellem Crassum in tractata sententiarum §. testamentum, quæst. 21. Manticam in tractatu de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 2. titulo. 5. num. 17. & per totum, & titulo. 6. Mascard. in tractatu de probatio. 2. parte conclusionem 824. & 825. & 826. & 827. Simonem de Pretis in tractatu de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 2. interpretatione. 1. dubio. 1. solutione. 4. a num. 1. cum sequentibus, & nota vnum singulare, quòd Autor hic dicit, scilicet sex testes testamenti, qui interfuerunt tempore confecti testamenti, non probant sanam mentem, nec sunt testes idonei etiam cum alijs: quia interest suæ ne testamentum subuertatur ex defectu testantis: sed ego hanc doctrinam, nisi alia contra testes concurrant, suspectam puto, & contra notata per autores dictos, maxime Simonem de Pretis, qui etiam notario, nisi alia concurrant, aliquam fidem tribuit: & in proprijs terminis nunquam vidi practitari, nec mihi apparet, quòd probabile interesse testes præterdere possint, nec quòd sex, nisi sint consanguinei, famuli, aut pretio corrupti, debeant contra conscientiam deponere

maximè si alia indicia eis fauent: unde ab hac doctrina cauendum puto.

### Additio ad Decisionem

#### XC IX.

Vm. 1. & 2. & 3. De materia actionis hypothecariae, & quid debeat probare creditor agens hypothecariæ contra tertios possessores, & de materia excussionis, vide Hieronymum Magonium decis. Lucana. 53. in fine, & num. 2. & 8. & decis. 55. in fine, & decis. 64. num. 15. latius & melius decis. 66. per totam, & vide decisionem Genue de mercatu. 2. 13. num. 19. & decis. 78. & 90. Hippol. Marsal. in rubr. de fideiussoribus, a nu. 7. & num. 24. Iacob. de Arena in tractatu de excussione bonorum. Benedictu de Plumbino in eodem tract. per totum, & vide elegantissimum consilium Sfortia. 82. num. 18. & a num. 26. & a num. 46. lib. 1. Ioseph. Lud. decis. Perus. 45. & cu Geph. Paris. Rolan. Valle Anto. Gab. Becio & alijs, vide Ioan. Bottam conf. 61. per totum, & conf. 93. a num. 20. Bursat. conf. 48. a num. 10. & 32. nu. 46. lib. 1. Duenas regula. 335. a nu. 17. & Michaellem Crassum lib. 8. communium, tit. 8. a nu. 77. Roland. conf. 79. lib. 1. Socin. lun. conf. 17. lib. 2. Chirchouium d. tit. 8. a num. 62. late alios Communistas d. tit. 8. a num. 10. cum sequentibus & elegantissime Mascard. in tract. de probat. 1. parte, conclusionem. 456. per totam. Ofasci decis. Pedemont. noua. 40. & 52. 53. 175. & 215. Vide etiã latissime Ferraram, & ibi Massuerium & alios nouissimos ad dentes in sua praxi, in formalibelli in actione hypothecaria, verbo, exceptio nem excussionis, per totum, & vide quæ diximus, lib. 1. quæstionum præfatione. 11. Omnes concordant vera esse requisita Auctoris, licet in præf-

non

non seruentur semper hæc prærequisita, sed sufficiat, quod in processu constet, debitorem & fideiussorem soluen- do non esse: nec super excussione vt in plurimum pronuntiat, sed sufficit, si de ea in processu constet, citatis inter- cessatis per edictum: tum etiam, in praxi sufficit rem esse in potestate de- bitoris tempore obligationis, licet non probetur de suo dominio & titulo, nisi tertius dominium alterius aut titulum probet, & sic semper consului & obtinui.

Num. 4. ibi, Lapsi sunt. 10. anni. Quantum tempus sit necessarium ad præscribendam actioni hypothecariæ, ultra hic allegatos, vide Sfortiam vbi supra, a num. 46. Roland. & Communis supra citatos, & Parladorium lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 1. §. 16. & l. 27. tit. 29. part. 3. & Azeued. in l. 6. a nu. 43. tit. 1. lib. 4. recopil. Comuni- nis resolutio est, quod hypotheca- riæ præscribitur a debitore, vel ab alio causam ab eo habere. 40. annis, a tertio vero habere causam ab alio, decem vel viginti annis. Iure regio distinguat Aze- ued. & Parladorius, vt si hypotheca ap- ponatur pro debiti solutione, præscri- batur a debitore. 30. annis. Si pro asse- curatione alterius contractus, quadra- ginta, vt iure communi: a tertio vero præscribitur, vt antea erat dispositum. Hypothecaria tamen præscriptio inci- pit currere a die solutionis transacto, non a die excussione, contra Alex. vt per Sfortiam vbi supra, & sic est intelli- gendus Autor hic, & male iudicatum secundum opinionem Alexandri.

Additio ad Decisionem C.

DE modo probandi demeritiam & fu- rorem, & an ex præterito præsuma- tur in præsens, aut ad præsens, vide

Mascard. Menoch. Burgos de Paz, Sfor- tiam & alios per me citatos ad decisio- nem. 98.

Additio ad Decisionem CI.

Nota singularè decisionè, qd debitor debiti personalis, etiam si habeat regressum contra alium, nõ tenetur de- nuntiare litem sibi motam, ipsi tali, con- tra doctrinam Baldi hic citatam: quia lex regni, & alia iuris communis, lo- quuntur in emptore rei mobilis, aut im- mobilis. Sed hæc decisio licet singula- ris sit, & in puncto iuris defendi possit, non est tamen secuta, quia aut debitor exactus, exigitur iuste, & hoc apparet, & tunc verum dicitur decisio: aut exigitur iniuste, & tunc diligentias debet facere, & protestari, & denuntiare, si potest: argumento tex. in l. si procurator. em. §. si ignorantes. ff. mandati, & vide Afflic- tis decis. 151. Carol. Ruin. cons. 147. lib. 1. Menoch. late in tract. de arbitra- rijs lib. 2. cer. t. 2. cas. 137. nu. 14. & 18. decisionem Genuæ. 33. num. 6. Azeued. in l. 13. num. 18. tit. 9. lib. 3. recopil. Cu- manum cons. 185.

Additio ad Decisionem CII.

Vide quæ late diximus ad decis. 3. & ad decisionem. 23. & aduerte, qd in his regnis, ex l. partitæ ibi citata, nepos legitimus ex fratre naturali succedet suo patrui, deficientibus legitimis, aut alijs naturalibus ex parte matris, quem admodum succedebat pater suus, vt ibi etiam diximus.

Additio ad Decisionem CIII.

DE materia totius huius decisionis, quod tempus debeat considerari in dona-

in donatione simplici, causa mortis, do- te, & legitima, mortis, vel donationis facta, vide Baezam de non melioran- dis, cap. 31. Anton. Gomez in. l. 17. Tauri num. 11. Burgos de Paz consil. 14. num. 62. Pelaz de Mieres in tra- ctatu de maioribus. 1. parte. questio. 52. Matienço in. l. 7. titulo. 6. lib. 5. re- copilat. & Azeue. ibi. Angulo in l. 7. de meliorationibus per totum, Ayoram in tractatu de partitionib, capit. 3. a num. 7. & 3. partè cap. 26. 27. & 28. Do- ctorem Spino in speculo testamen- torum glo. 18. a num. 33. & glo. 17. a num. 54. & Michaelem Crassum in suo libro sententiarum. §. legitima, qua- stione. 11. Gutierrez lib. 2. practica- rum, questione. 60. iure communi & regio semper concluditur vt per Au- ctorem hic. in 27. ff. de her. l. 29. Tax. de her.

Additio ad Decisionem CIII.

Vide de materia huius decisionis Caualcum in tractatu de usufru- ctu mulieris, num. 157. Pinel. in l. 1. 2. parte, a num. 59. & 79. C. de bonis maternis. Roland. Valle consil. 49. a num. 13. lib. 2. & plures alios allegat Caualcum. vbi supra, & vide Tiraq. in tractatu de refractu, lib. 2. §. 3. glo. 1. a num. 22. Molin. in consuetudinib. Pa- ris. §. 1. glo. 1. a num. 31. Emanuelem Xuarez lib. 3. communium tit. 20. nu. 39 & Villalobos ibi num. 40. Conclu- ditur vt per Auctorem hic: vide melius per Ioan. Garciam in tractatu de expen- sis, cap. 11. a num. 31. cum sequentibus.

Additio ad Decisionem CV.

Nota hanc decisionem, quod mu- lier per transitum ad secundas nu- ptias, non amittit possessionem rerum

mariti, sibi datam ex aliqua lege & per consequens non amittet usufructum sibi a marito relictum, vel doharium, & ita in terminis tenet Chassanzus, quem Autor non allegat, in consuetud. Burg. rub. De arat, §. 6. verbo, Et serate- nue, num. 14. & vide de materia com- munitas lib. 5. communium, tit. 4. nu. 12. cum sequentibus, & Anto. Gabrielè lib. 3. comunium conclusionum, tituli de secundis nuptijs conclu. 1. num. 15. & num. 42. Caualcum in tract. de usufru- ctu mulieris, a nu. 113. Matien. in. l. 3. glo. 2. tit. 1. lib. 5. recopil. Fallit tamè, nisi ex verbis aut mente testantis aliud col- ligatur, de quo vide late Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vlti- marum voluntatum, lib. 4. a num. 80. 83. cum alijs sequentibus.

Additio ad Decisionem CVI.

Nota singularè decisionè, quod concubinae clerici non debetur sa- larium operarum, etiam si amasio ser- uierit: quia ipse non poterat ei donare, etiam remunerationis causa, de quo vltimo vide Spino in speculo testamen- torum, glo. rub. a num. 10. Meness. in rub. C. de fideicommissis, a nu. 18. Balazros in repet. rub. §. 37. num. 8. Gutierrez in tract. de iuramento confirmatorio, lib. 1. c. 6. Seraphinū in tract. de priuilegijs iuramenti, priuilegio. 71. a nu. 10. Bur- fat. cons. 205. nu. 23. lib. 2. Rolan. cons. 98. nu. 15. & 37. lib. 1. Afflic. decis. 102. Roland. vbi supra num. 53. Deci. cons. 132. & cum pluribus Anton. Tossaut- rum in suis nouis Pedemontanis de- cisionibus, decis. 111. per totam. De pri- mo nõ vidi Auctorem in specie proban- tem, & mihi videtur contra notatà per Rebuff. in secundo tomo ad ll. Gal- licas, tit. de famulorum salarijs, glo. 3. Gutierrez de iuramento confirma-

felixian. decernit. lib. 3. l. 1. n. 18. vnde in l. 2. m. lib. 3. n. 12. ut voluit.

xus tenet felix.

117

torio, parte. 1. cap. 64. num. 3. Alexan. conf. 109. lib. 6. Didacum Perez in. 1. 1. titulo. 2 glo. 1. col. 61. lib. 1. ord. Azeved. in. 1. 9. a nume. 4. titulo. 15. lib. 4. recopilat. Ioan. Bottam conf. 43. per totum, decisionem Genuæ. 115. Vera mihi resolutio videtur contra Autorem in presenti, quod si concubina amasio seruerit, vt famula, debetur sibi salarium, si aliter non sit satisfactum, & quod valet donatio remuneratoria ei facta, meritis probatis, & talibus, quod pro eis posset salarium petere, vsque ad eorum quantitatem, dummodo sit pauper, & non præsumatur libera operarum donatio, vt non solet præsumi: & hæc est opinio æquissima, & quæ deberet seruari iudicando, & consulendo: de qua vide per me dicta lib. 1. quæstionum, quæstione. 8. §. 2. vbi de filiis & alijs egimus: vide etiam Azue. in. 1. 6. num. 10. tit. 8. lib. 5. recopilat.

Additio ad Decisionem CVII.

**N**Ota, quod patronus post foundationem Ecclesiæ aut Monasterij, non potest onus apponere, nec alij committere perpetuam administrationem: de quo vide Lambertinum in tractatu iuris patronatus. 1. parte libro. 1. quæstione. 9. per totam, & a nume. 72. cum sequentibus. vbi infinita allegat: & vide quæ notantur in. 1. 9. titulo. 6. lib. 1. recopilat. & Communiter concluditur, quod post foundationem nulla pacta nec conditiones apponere potest, & tempore foundationis solum licita, & cum assensu ordinarij: & onus de quo hic, admodum graue & illicitum mihi videtur.

Additio ad Decisionem CVIII.

**D**E tota hac decisione, vide quæ late diximus ad decisionem secundam, & concludere vt ibi: & ibi dictis adde, quod etiam in casu quo prohibita est alienatio, possunt bona generaliter obligari pro securitate obligationis permixta, ex Abbate in c. 1. de pignoriibus: sed hoc intellige, quando contractus permissus est, & talis, qui possit obligare Ecclesiam, vel successorem, alias non possunt, nisi sola commoditas pro vita possessoris, vt diximus in dicta decisione.

Additio ad Decisionem CIX.

**N**Ota, quod testamentum imperfectum inter liberos reuocat primum perfectum. Hæc est communis resolutio, vt per plures citatos à Crasso in libro sententiarum. §. testamentum, quæst. 86. a num. 3. Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 4. interpret. 2. nu. 27. Couar. in rub. de testamentis, par. 2. nu. 19. Boer. decis. 240. nu. 2. Hoc tamē iure nostro regio, ex. 1. 2. tit. 4. lib. 5. recop. non procedit, secundum quam eadē solennitas requiritur in testamento inter liberos, quæ inter extraneos, ex Burg. de Paz in. 1. 3. Tauri, parte. 1. conclusionem. 4. num. 757. *per Azue. in. 1. 2. tit. 4. lib. 5. g. multa referat.*

Additio ad Decisionem CX.

**N**VM. 1. ibi, *Vsura*. De hoc disputant late Theologi, de quibus per Petrum Nauarra in tract. de restitut. 2. par. lib. 3. c. 2. a nu. 179. cum sequentibus. Soto de iustit. & iure, lib. 6. q. 1. art. 1. Nauar. in Manuali Latino. c. 17. a nu. 207.

Num. 2. Vide Arnaldum Albertinū in tract. de agnoscendis hæreticorum assertionibus, cap. 3. num. 9.

Nu. 3. Quando mercatori debeatur interesse

interesse lucri cessantis propter retardatam solutione, vltra elegantissimè, & admodum copioso stylo dicta per Autorem hic, vide Molin. in consuetu. Paris. parte. 1. §. 6. glo. 7. num. 18. Masfuerium post Ferraram in add. ad eundem Ferraram in praxi, in forma libelli in actione reali; verbo, *Et in florensis, & verbo, Petitio interesse*, Octavianum Osacum decis. Pedemont. 143. a num. 3. Rebuffian. vltima glo. fin. a num. 13. & 29. C. de eo quod interest. Gutierrez in quæstionib. canonicis, quæst. 39. nu. 24. Mexiam in pragmatica qua taxa panis, conclusio. 2. a nu. 74. Spino de testamentis glo. 13. a num. 39. Palacios de contractibus lib. 4. c. 4. Curiel de vsuris 3 par. quæst. 6. dub. 1. Alcja. conf. 57. num. 8. lib. 8. & 10. num. 1. lib. 6. & 78. num. 1. lib. 5. & 12. nu. 16. lib. 5. Nauar. in manuali, c. 17. a num. 22. Cordubam in summa de casus de conciecia, quæst. 105. Petrum Nauarram in suo tractatu de restitutione, cap. 2. a nume. 286. Mercado de contractibus, cap. 10. opusculo de prestidos. Plotum in tractatu de in litem iurando. §. 10. a num. 26. & §. 51. a num. 17. Baptistam Lupum in tractatu de vsuris, cõmentario. 1. §. 6. a num. 4. decisionem Genuæ. 1. num. 45, eleganter decis. Genuæ. 139. a num. 8. Riminal. Jun. consil. 52. a num. 40. lib. 1. Bursat. consil. 68. lib. 1. & consil. 72. nume. 9. decis. Genuæ. 99. nume. 3. Roland. consil. 35. num. 25. lib. 1. Ioan. Bottam conf. 67. a num. 6. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 119. num. 2. Anton. Gabriel. lib. 3. communium, titulo de solutio. conclusione 10. a nume. 3. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. parte. cap. 2. a nu. 8. Virginium Vocacium de Cingulo, in tractatu de remedijs possessorijs, §. 18. a num. 66. cum sequentibus, Phanicium in tractatu de in litem iurando, cap. 4 a num. 16. & vide. l. fin. titulo

1. parte. 5. & l. 10. titulo. 17. part. 7. & latissimè Mascard. in 2. parte de probatio. conclusione. 934. cum precedentibus. & sequentibus. latissimè Alfonso de Villagut. in tractatu de vsuris quæstione. 18. per totam. Communis resolutio, est quod mercatori, aut alij solito negotiari, mora existente, debetur interesse lucri cessantis, quod non debet esse vagum & incertum, & in potentia, sed certum, probabile, & quasi in actu, & debet moderari deductis expensis, & aliqua moderata quantitate pro dubijs & periculis. Nec in foro exteriori potest a principio taxari, licet possit in foro conscientie, nulla fraude existente, debetur non solum pro primo anno, sed pro sequentibus, in quibus interest, nec debet solum metiri ex modo aliorum negotiatorum, sed etiam ex modo ipsius mercatoris petentis, quodque ipse conserueretur, vel ex sua persona, aut aliorum, omnibus alienis deductis: & placeat mihi quod autor dicit, quod non debet excedere duplum fortis, exceptis casibus particularibus de virore & muliere, & similibus, administrato ribus. Hoc etiam interesse debetur non solito negotiari, si pecuniam destinatam, vel ad emptionem prædiorum, aut censuum habebat, vel ad aliud lucrum speratum, maxime minoribus, & alijs similibus: & in praxi semper parce, & moderate taxatur, & ad rationem quatuordecim pro vno, & in mercatoribus ad rationem septem aut octo pro centum: & vt in plurimum depegatur, nisi tam iusta causa sit.

Num. 4. Vide Mascard. d. conclusionem. 934. num. 14. qui Cuman. Desi Cagnol. & alios allegat, & concludit vt Autor hic.

Num. 5. Vide Al. xar. consil. 4. lib. 5. Anton. Gabriel. lib. 3. conclusionem. 4.

a num. 14. & conclus. 6. in principio, Alciat. in tract. præsumpti. reg. 3. præsumptio. 9. a num. 8. Bursatum d. cons. 68. a nu. 35. Menoch. de præsumptio. lib. 2. præsumpt. 67. a num. 22. cum sequentibus. Cõcluditur, quod præsumitur pro sententia transacta in rem iudicatam, quando iudex ritè processit, & non constat de notoria iniustitia. Quando non est transacta in rem iudicatam, sunt opiniones; sed meo iudicio vera resolutio est, quod elata tunc præsumatur pro sententia, licet præsumptio sit iuris, & non ita efficax.

Num. 6. Vide Azeued. in l. 4. & 5. tit. 17. lib. 4. recopilat. & latissime Robertum Lancelotum in tract. de attentatis. 2. par. c. 17. per totum. In his regnis, contra sententias latas in Cancellarijs in gradu reuisionis nulla nullitas, nec exceptio admittitur ex d. l. 4. & vide Auend. in tract. de secunda supplicatio ne, in principio.

Num. 7. Vide Franciscum de Caldas Pereira, qui allegat nostrum Autorem, & cum eo concordat, in l. si curato rem habes, verbo, *Imploandum*. nu. 34. C. de in integrum restitutione minoru: allegat. l. 6. tit. 19. par. 6. & ibi Greg. Allegat etiam Rebuff. Mauriciu, & alios; vide etiam Sfortiam in tract. de in integrum restitutione. 1. par. quæst. 16. per totam. Vera resolutio est, quod restitutio denegata non conceditur nisi ex nota causa, debet tamen minor appellare a denegatione, & si transactum est tempus appellandi, potest restitutionem petere.

Num. 8. & 9. Vide Sfortiam in d. tract. de restitutione, part. 2. quæst. 72. artic. 3. Menoch. cons. 110. nu. 290. Robertum Lancelotum in tract. de attentatis. 2. parte. c. 18. a num. 102. cum sequentibus.

Num. 10. Vide practicum Monteroso in tract. de las Chacillerias, tract.

5. c. 2. verbi. *Item no se puede suplicar de el auto.* & Auend. in tract. de. 2. supplicatio ne, num. 6. verbi. *De la declaracion que hazen,* & vide Marchesatum in tract. de speciebus, quæst. 32. & 33. & quæst. 26. & 27. & quæst. 3. & Deciu in c. tua, a num. 5. de appellatio. & Felin. in rub. de sententia & re iudicata, num. 10. & dictum Marchesat. quæst. 2. & vide Couar. in practicis. c. 25. nu. 5. Azeued. in l. 5. tit. 17. num. 4. & in l. 2. tit. 19. num. 6. lib. 4. recop. Et vera est autoris sententia, quod interlocutoria super desertione, aut denegatione reuisionis, non est tertia sententia conformis: & ideo licet tunc erit supplicare, aut appellare ab ea in casibus, in quibus locum habet appellatio, vel supplicatio. Vide eleganter ad propositum Tessaurum decis. Pedemonta. 122. num. 12. decis. Auinionensem. 3. Coua. in practicis. c. 25. nu. 5. & dictus Tessaurus tenet contra hanc dicta, sed male.

Nu. 11. Vide de materia late Ioan. Garciam in tract. de nobilitate glo. 6. §. 2. per totum. Sfortiam in tract. de restitutione parte. 2. quæst. 72. articulo 4. vbi latissime agunt, quando minori concedatur restitutio aduersus tres sententias conformes.

Nu. 12. Vide Dida. Perez in l. 8. tit. 4. col. 389. & 390. & 391. lib. 2. ord. Rebuff. Menoch. & alios quos allegat Azeued. in rub. tit. 19. lib. 4. recop.

Nu. 13. Vide latissime Sfortiam in d. tract. 2. par. quæst. 64. 65. & 66. & eundem Sfortiam, quæst. 65. articulo. 13. in fine, Marium Anguisolam cons. 266. num. 9. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu. 175. a num. 12.

Num. 14. Vide autores citatos in num. 3. maxime Mascard. nu. 10. & 11. & num. 20. & Alfonso de Villagut. vbi supra, num. 33. Cõcluditur, quod lucrũ debet esse moderatum, & quod alij verisimiliter facerent, & ipse sua industria conse-

consequeretur: in mercatore sufficit quod sit solitus negotiari, & quod alij eiusdem professionis, in eisdem mercimonijs & temporibus verisimiliter lucrarentur: & hanc opinionem dixit in praxi pluries obseruatam Bursat. vbi supra, quem Mascardus refert, & eũ in fronte vidi, & concordat Villagut. vbi supra.

Num. 15. De materia huius numeri diximus ad decisionem. 10.

Nu. 16. Vide Mascard. vbi sup. nu. 20. & per totam conclusionem. 34.

Num. 17. Vide late de pacto standi Iuramento & declarationi creditoris super damnis, expensis & interesse, Caualecan. decis. 2. num. 31. parte. 2. Plotum latissime in tract. de in litem iurãdo. §. 47. a principio cum numeris sequentibus, & de hoc pacto in censibus, vide Felicianum in tract. de censibus, lib. 1. c. 9. a num. 14. qui etiam de interesse lucri cessantis plures autores modernos allegat. Certè in contractibus suspectis hæc pactio non practicatur, nisi cum pariti iuramento alia concurrant: & in mercatoribus si valeat hoc pactum, vide decis. Genue. 78. a nu. 8. In societate etiam hoc pactum suspectum est, ac ideo de eo solo curandum non est, nisi alia concurrant, de quo vide etiam Parladorium lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. parte. 1. §. 12. num. 37.

Nu. 18. Vide DD. supra citatos, maxime Couar. ad l. curabit. Lupum, Mascard. Villagut. Bursatum, qui omnes concludunt, in foro exteriori illicitam esse taxationem interesis; in foro vero interiori veritas consideranda est. Idem ego iudicarem in foro exteriori, veritate probata, & comprobato ex probationibus legitimis interesse vero; quod secundum verisimiles probationes moderarem.

Num. 19. & 20. Vide Mascardum

vbi supra num. 4.

Nu. 21. Persona mercatoris & aliorum est consideranda, ex Mascard. Lupum, Villagut. & alijs vbi supra, & vide decis. Genue. 202. num. 4.

Num. 22. Vide Benuenutum Stracham in tract. de mercatura, parte. 1. a num. 65. cum sequentibus.

Num. 23. Vide Ioan. Garciam in tractatu de expensis & meliorationibus, cap. 23. num. 50.

Nu. 24. Vide omnes autores supra citatos, & Nauarum vbi supra: Villagut. num. 27.

Nu. 26. Vide Mexiam in pragmatice taxæ panis, conclus. 2. a num. 86. cum infinitis sequentibus.

Num. 27. Vide quæ diximus in nostro lib. 1. quæstionum, quæst. 8. §. 2. & vide Autores in l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis.

Num. 28. Vide Mercadum in tract. de contractibus & restitutione, c. 9. de las companias.

Num. 29. Vide decis. Genue. 68. num. 10. & 170. num. 3. & 158. num. 3. & 85. num. 2. & Mexiam vbi supra, & Ioan. Garciam in tract. de expensis, c. 19. num. 10.

Num. 30. Vide Villagut. vbi supra, a nu. 34. qui singulariter loquitur: cum omnino vide.

Num. 31. & 32. Vide Villaguttã, vbi supra, qui contra Autorem hic indistincte putat non fieri coacervationem summarum, & allegat Lupum, Cagnolum, & alios in l. vltima. C. de eo quod interest: & licet hæc opinio in rigore vera sit, in praxi tamen æquior est opinio Autoris, ac proinde semper video supremos iudices moderari interesse, ita vt non sit nimis excessiuum.

Num. 33. Vide Baczam de decima tutoris, cap. 2. Roland. de Valle cons. 49. lib. 1. Ioseph. Ludoui. decisio. Perus. 68. parte. 2. & Petrum Roizium decisio

## Prima pars Additionum

de Lituanica. 5. num. 447. & quod Autor hic dicit, semper ita practicatur: nator aut curator condénantur ad redditus pecunie otiosae omnium annorum, nulla facta consideratione, excedant, vel non, sortem principalem.

Num. 34. Vide Ioan. Igneum in authentica ex causa, a num. 206. C. de liberis præteritis, & vide Matien. in. l. 7. glo. 6. num. 5. tit. 10. lib. 5. recopil. Communiter concluditur, quod quando plures donationes fiunt vno eodemque tempore, coaceruantur, ne fiat fraus legi, secus si diuersis temporibus, & ita est intelligendus Autor hic.

Num. 35. Vide latissimè & de tota materia interesis Ferrarâ, & ibi additiones in praxi in forma libelli in actione reali, verbo, & in florenis, per totum, & ibi nouissimas additiones, quæ infinita allegant: & de iure de futuro, in iudicium deducendo, vltra autores hic citatos, vide Meneslin. l. 1. C. de fideicommissis.

Num. 36. Quando iudex possit suam sententiam interpretari, vide Ferrarâ in praxi in forma executionis, verbo, publico nuntio. nu. 11 & ad propositum vide latissimè & elegantissimè per Antonium Gabriel lib. 6. communium, tit. de reg. iuris, cõclusionem. 3. per totam.

Num. 38. Vide Sfortiam d. quæst. 72. artic. 3. & vide latè Azuec. in. l. 2. 3. & 4. tit. 14. lib. 4. recopilat. & Antoninû Tessaurum decis. Pedemon. noua. 15.

Num. 39. Vide Sfortiam in tract. de in integrum restitutione, 2. par. quæst. 86. arti. 1. & 2. & DD. in. l. Æmilium ff. de minoribus, & quæ diximus lib. 1. quæstionum, quæst. 5.

Num. 40. Vide quæ diximus dicta quæst. 8. §. 2. Bursat. conf. 85. lib. 1.

Num. 41. Vide latè Ferrarâ in sua praxi, tit. forma sententiæ diffinitiuæ, verbo, nos Bernardinus, num. 43. & ibi

addentes, latè Azuec. in. l. 2. tit. 17. a num. 30. lib. 4. recopil.

Num. 42. Vide de materia latissimè & elegantissimè Caldas Pereira Lusitanum ad. l. si curatorem habes, verbo, *Læsis*. a num. 164. cum sequentibus. C. de in integrum restitutione, & Sfortiâ in tract. de in integrum restitutione, part. 2. quæst. 72. artic. 1. nu. 2. & quæst. 77. artic. 5. Vera resolutio est, quod in minore nihil amplius specialitatis versatur in hoc casu, quam in maiore, & ideo mero iure valet sententia lata ex falsa causa, & aduersus ius eius, nisi error aut iniustitia notoria sit, aut ex actis & sententia constat: & seruanda sunt notata in. l. 1. ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindantur, & in cap. inter cæteras, de re iudicata, licet contrarium Autor hic teneat: & hæc de hac decisione.

### Additio ad Decisionem CXI.

Vide de hac decisione Molin. lib. 4. de primogenijs Hispanorum. c. 1. a num. 12. cum sequentibus, & Aureli. Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob alienationem, ampliacione. 29. & Caldas Pereira in tract. de renouatione contractus emphiteotici, quæst. 16 a num. 34. cum sequentibus. Viuium decisione. 18. a num. 16. & decis. 185. & decis. 264. Octavian. Osas cum decis. 49. num. 23. & 24. Grammaticum decis. 93. num. 2. Osas cum decis. 165. num. 5. Tessaurum decis. 99. num. 14. qui in feudis loquuntur Bonifacium Rugeri. conf. 38. a num. 40. lib. 1. Sfortiam conf. 48. nu. 27. & per totum lib. 1. Becium. conf. 97. nu. 7. & cû Menoch. Crass. §. fideicommissum, q. 56. nu. 5. Rui. latè in. l. filiusfamilias. §. diui a nu. 12. & a num. 123. Communiter concluditur,

vt

## Ad Decisio. Anton. Gamma.

53

vt per Autorem hic, scilicet, quod prohibita alienatione, & in casum alienationis alio vocato, sequuta alienatione acquirat ius irrevocabile, etiam si alienans redimat: quod tamen ex æquitate limitari posset, nisi redimeret ante quam alius possessionem acquireret; ex notabili cons. Menochij. 413. lib. 5. iuxta finem, & ex his quæ notat Molin. lib. 3. de primogenijs, cap. 10. circa finem. Cogita, quia singulare est. ¶

### Additio ad Decisionem CXII.

AN pater Episcopi gaudeat dignitate filij, vide omnino. l. 1. & ibi Autores. ff. de senatoribus, & omnino vide Tiraq. & quæ ipse allegat in tract. de nobilitate, quæst. 16. per totam. Ioan. Garciam, & quæ ipse allegat, in tract. nobilitatis, glo. 12. num. 47. Conclude cum Tiraq. vbi supra, quod pater non gaudet filij dignitate, quia dignitas non ascendit, sed descendit: habet tamen aliquem maiorem honorem propter filij dignitatem, quem alias non haberet, & sic licet non sit exemptus à tributis, debet tamen in alijs sicut nobilis honorari, & aliqua præ eminentia tribui vltra ignobiles sui status, in sessionibus, carcerationibus, & alijs: & cû in iure non diffinitur sic, debet iudicis arbitrio dimitti: & sic intelligitur quæ Autor hic notat, & leges à Tiraq. citatæ.

### Additio ad Decisionem CXIII.

DE hac decisione vide quæ diximus ad decisionem. 39.

### Additio ad Decisionem CXIII.

Vide quæ diximus ad decisionem. 29. & autores quos ibi citauimus.

### Additio ad Decisionem CXV.

HÆc decisio valde singularis est, & pro ea aperte facit text. in. l. statulberos. §. fin. hic citatus, de qua vide ibi Benedictum de Plumbino, & vide Socin. in. l. in testamento. 2. num. 6. ff. de cond. & demonstr. Philibertum Binsellium lib. 3. de conditionibus, tit. 4. nu. 2. eleganter Corne. cõf. 323. lib. 1. dub. 1. & communiter concluditur, quod conditio mixta seruiendi aut habitandi, vt ista de qua in præsentia, deficiens per factum eius, cum quo impleri debet, habetur pro impleta, dummodo factum directe tendat ad impediendum non in consequentiam: imò etiam casu deficiat, fauore libertatis habetur pro impleta. Sed in præsentia decisione magna mihi difficultatem facit, quod insinuat Autor in præsentia, scilicet quod hæc fuerunt duæ conditiones, siue implicitæ siue explicitæ: vna, si hæredis seruerit, & in hac si impeditur factio hæredis seruum alienantis, fateor quod sit vera decisio; quia in hoc casu loquitur text. in d. §. si altera, vt post mortem hæredis liber sit (dies enim incertus conditionem facit) & hæc merè casualis est, nec potest culpa hæredis non impleri, nec huic impedimentum aliquod in damnum libertatis hæres potest apponere; quod est necessarium, vt in. l. non omne. ff. de statuliberis. & sic intelligitur text. in d. §. fin. vnde non video quare ante implementum huius conditionis sit liber seruus, & venditio non operetur pendente conditione, contra. l. statulberos. ff. eo. tit. & l. statuliberis. C. de testamentaria manumissione. Nec curo de obiectione, quæ videatur libertas data ex die, quam facit hic autor, & soluit: hæc enim obiectio vana & inutilis est; vis enim argumenti consistit in

G 5

condi



conditione, & non in die: & quod conditio sit casualis, nec possit deficere per culpam hæredis, quidquid sit de conditione seruitij. Nec obstat, quod favore libertatis etiam conditio mixta deficiens per casum habetur pro impleta ex supra citatis, & Menochio de præsumptionibus, lib. 4. præsumptio. 183. a nu. 43. nam hæc nō est conditio mixta, sed mere casualis, vbi nullus fauor libertatis versatur, secundum glo. receptam in. l. 3. §. non solum. ff. de statuliberis. Quare, saluo iudicio melius sentientis, existimo sic distinguendum. Nā aut testator vnicō verborum cōstructu legauit seruo libertatem, si hæredi seruerit per tempus eius vitæ; & hæc erit vna conditio, & sic mixta: vnde siue deficiat per culpam hæredis eum vendentis, siue p. casum, habetur pro impleta, & seruo libertas competit, & habet locum præsens decisio. Si vero diuersis orationibus ita leget, scilicet relinquo seruo libertatem post mortem hæredis, illique præcipio, vt hæredi seruiat: tūc duæ conditiones formales sunt, & prima casualis, quæ non potest deficere, nisi per casum: secunda mixta: vnde & si. 2. habeatur pro impleta, prima nō habetur vsque ad mortem hæredis, & interim posset seruum abalienare, & si ante moriatur, deficiet relictum, & nō obtinebit decisio de qua hic. Cogita, quia singulare est. Nec obstat tex. in. l. fin. C. de necessarijs seruis hæredibus in sti. vbi conditio casualis non nocet libertati ex defectu: est enim ibi casus singularis & specialis, vt Alexan. Salic. Corne. & Aretin. ibi fatentur.

cedat ad traditionem, dum tamen apponat clausulam constituti, statim cadit in commissum. vide de materia Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 13. & Guillelmum Redoani. in tract. de alienatione rerum ecclesiasticarum, pag. 384. & pag. 515. nume. 6. Roland. Valle conf. 51. a num. 26. lib. 2. latissimè Aurelium Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob alienationem, ampliacione. 30. & limit. 38. num. 3. Matthæum Brunum conf. 160. lib. 2. Rimi. Iun. conf. 285. lib. 3. Opinio Autoris in præfenti de iuris rigore verior est, in praxi tamē ex æquitate, contraria seruaretur, & in iudicando seruata fuit, vt per Guid. Papā relatū a Corbulo vbi supra.

Num. 1. ibi, *Et prima nominatio.* Nota, quod nominatio ad emphiteosin cū clausula constituti, non valet sine domini consensu. Contrarium tenet Caldas in tract. de nominatione emphiteotica quæst. 10. num. 30. Seclusa lege Lusitanæ verior est opinio Caldensis.

Num. 1. ibi, *Nempe non transferri.* Nota, quod non transfertur possessio per constitutū in rebus emphiteoticis absque licentia domini venditis: quod cōfirmatur, quia quando contractus est nullus, non valet constitutum in eo positum, & nihil operatur, quia accessorium naturam sequitur sui principalis; de quo vide Menoch. Tiraq. Plotum, & alios allegantem conf. 443. a num. 16. lib. 5. & Marcum Anto. Eugenium Perusinum conf. 64. a num. 40. lib. 1. Hippoly. Rimi. Iun. conf. 7. num. 78. lib. 1. & hæc opinio vera est, licet aliqui citati per Tiraq. contrarium teneant. Nec obstat, quod venditio rei emphiteotica, saltim quo ad tertium, valida sit interim quod dominus non contradicit, vt per Roland. de Valle conf. 57. num. 8. lib. 3. Corbulum vbi supra ampliacione

tionem 3 i. num. 5. nam id procedit, quia nullitas hæc est in fauorē domini, qui potest ea vti, vel non vti: vnde interim quod ipse declarat, non ideo contractus desinit inualidus esse, quia rei prohibita alienari, & cum sit nullus, nulla erit clausula constituti accessoria. Nec obstat, quod ex inutili contractu transferatur possessio, quia id procedit per actus naturales, non per actus ciuiles; & ita procedunt quæ notantur in. l. 1. §. si vir uxori. ff. de acq. poss. vbi latè Bolognetus & alij infiniti citati à Fabio Turreto conf. 49. a num. 6. lib. 1. & ita procedunt quæ in contrarium citat Tiraq. vbi supra, & malè loquutus fuit Autor hic nu. 2. nam si contractus est nullus, impossibile est, quod per actus ciuiles ei annexos, vt est clausula constituti, transferatur poss. cum nulli sint; quem admodum & contractus actus verò naturales non sequuntur contractum ipsum, nisi quo ad firmitatem eorum & effectum, qui ab ipsis proueniunt, vnde emphiteota alienando nulliter, posset transferre possessionem, saltim naturalem, & per actus naturales: hæc tamen possessio nō haberet iuris fomentum, ac proinde reuocabilis esset: vide de etiam Beroi, conf. 69. lib. 3. Bursat. conf. 101. num. 24. lib. 1. Menoch. de recuper. remed. 2. num. 3.

Num. 1. ibi, *Præfertur secundus emptor.* Nota, quod emptor secundus cum licentia domini præfertur primo absq; eamenti, si primus nō haberet possessionem cum eadem licentia. Hæc conclusio vera est, & nullum patitur serupulū, etiam si secundus non nactus esset possessionem; quia primus nullum ius habet, secundus sic, firmum & irreuocabile, de quo vide latissimè Bursatum conf. 45. lib. 1. qui dicit ita iudicatum & conf. 44. quasi per totum lib. 1. & Ioā. Bottam cum Menoch. & alijs infinitis conf. 106. a num. 8. & ex Bursato colli-

ges, quod secundus creditor, qui habet domini assensum, præfertur priori non habenti: quod singulare est; & si casus ad cederet, sic practicaretur: & vide etiam Molinam lib. 4. de primogenijs Hispanorum, c. 2. a nu. 37. cum sequentibus.

Num. 2. ibi, *Intelligunt tamen prædicti.* Nota, quod tertius habens causam ab aliquo, potest vti iure eius, & ius eius deducere in iudicium: Vide Aretin. in l. cum seruū, vers. secundus casus. C. de seruis fugitiuis. Hippol. Rimi. Iun. conf. 16. num. 36. lib. 1.

Num. 3. ibi, *Decius dicto conf. 247.* De hoc conf. Decij vide Cell. conf. 53. num. 6. Bursat. conf. 245. num. 22. lib. 2. Magon. decis. Lucensi. 21. num. 13. Porti. conf. 171. num. 30. Fabium Turretū, qui alios plures allegat conf. 49. a nu. 5. & a num. 15. lib. 1. Menoch. conf. 443. a num. 12. & 465. a nu. 1. lib. 5. Communis est resolutio Decij, quod secundus contractus purus cum traditione, præfertur primò conditionali cum clausula constituti, etiam si postea purificetur conditio: nam non tollit ius medio tempore quæsitum, licet contrarium videatur tenere Turretus vbi supra, dicens cōtra Decium esse magis communem opinionem, sed non probat.

Num. 4. 5. & 6. *Emphiteota ab possit donare, & dotare sine domini licentia,* vide latissimè Iul. Clar. d. 9. emphiteosis, quæst. 15. & Corbul. vbi supra limit. 13. & limit. 20. & Bursat. conf. 32. num. 13. & 17. & 56. num. 1. lib. 1. latissimè Bonifacium Rugerium conf. 35. a num. 65. cum sequentibus; & de nominatione facta ex causa dotis, an possit reuocari, vel non, latissimè Aluarū Valascum consultatione. 102. per totā. Communiter cōcluditur, quod possit, licet possessionem tradere non possit absque licentia domini: quod apud nos non practicatur, quando donatio sit filio aut filiaz: & ita sentit autor in præfenti

Additio ad Decisionem

CXVI.

N Vm. 1. ibi, *Si fiat sine domini consensu.* Nota, quod emphiteota alienans sine domini consensu, etiam si non pro-

fenti: vide etiam Communistas lib. 4. communium, tit. 44. a nu. 312. & 357. cū sequentibus. Aliud collige ex Autore in præfenti, singulare ad limitationem prædictorum, quod si expresse prohibeatur alienatio in scriptura emphiteosis, non potest etiam fieri donatio, aut dotatio propter duplicem prohibitionem: quod etiam tenet Ruinus cōs. 161. num. 23. lib. 4. sed, cum Grato & Beroio, & alijs contrarium tenet Corbulus d. limit. 13. num. 4. cuius opinioni accedo, nisi expresse donatio prohibeatur. Nec obstat tex. in §. sanctissimas, hic citatus; loquitur enim quando alienatio prohibetur per verbum: *Nulla modo*, quod omnia comprehendit, & in alienatione onerosa, ad redimendum captiuos, non in donatione. Et sic ex his patet, quod male argumentatur Autor in præfenti, fundando nominationem esse prohibitam per viam dotis, ex dicta prohibitione absque domini licentia per viam contractus, & quo ad nominationem factam ex causa dotis: ego lib. 3. quaest. 100. quaest. penultima, conclusi nullatenus posse revocari, & quod hæc opinio est servanda iudicando & consulendo, quidquid Autor hic, & Valascus ubi supra dicunt, nisi aliud sua lex Lusitanæ, quam allegat, dicant, quæ nisi expresse de dote loquatur; effect in eo casu limitanda, ex Burfato in dictis consilijs. Certè attentè considerando non video, quare nominans ex causa dotis per actus translationis dominij & possessionis, personam, permissam ex contractu, debeat requirere consensum domini: si tamè persona non esset permissa, nec ex vocatis, tunc vera esset nostra decisio, quæ alias suspensissima mihi videtur, & in eius casu, si iudex essem, iudicarem, per primam nominationem cum clausula conditionis, vel alia ex causa onerosa, ex l. 17. Tauri, & ex l. quoties, C. de rei ven.

dicatione, & quæ ibi notantur, sed in suo regno tenenda est, propter auctoritatem suæ legis, quæ prohibet donationem ex causa dotis absque domini licentia, & limitanda esset, quando donatio fieret in filium, vel filiam in investitura comprehensam, vt Autor hic facti videtur: & hæc de hac decisione.

Additio ad Decisionem CXVII.

**D**vo dicit decisio. Primū, quod quādo emphiteosis est concessa penitus extraneo, descendens vltimi emphiteote potest petere renouationem, non solum intra annum, sed etiam intra triginta annos. Secundum, quod minor restituitur aduersus lapsum anni ad petendam renouationem: & de ambobus vide latissime Aurelium Corbulū in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob non petitam investituram, num. 5. & 6. Anto. Gabriel in lib. 3. communium conclusionum, tit. de iure emphiteotico, conclusionem 1. a num. 10. eundem Aurelium num. 30, & Sfortiam in tract. de restitutione in integrū, 2. part. quaest. 89. artic. 6. l. 1. Clarum lib. 4. sententiarum, §. feudum, quaest. 49. versic. *Sed quero*. Caldas de renouatione contractus, quaest. 7. a nu. 33. & 34. & quaest. 51. a nu. 20. cum sequentibus. Communiter concluditur, vt per autorem, etiā si res integra non sit, licet in hoc Caldas requirat aliquam diligentiam factam per signatum, intra annum, atque vt post annum contra extraneum investitum audiatur, nisi minor sit: quod vgram credo, in praxi tamen apud nos id necessarium est, cum non soleant fieri renouationes, sed emphiteosi, finita dominus, cui vult cōcedit, & in puncto iuris etiā hæc est verior resolutio, de qua late Cald. ubi sup. q. 8. 9. 4. & q. 19.

Additio

Additio ad Decisionem CXVIII.

**N**ota singularem decisionem, quod est donatio remittere fructus quærendos ex proprijs bonis, & vt talis confertur, in æqualitate existente inter filios, contra leges hic adductas per autorem, & contra late notata per Azeued. in l. 1. a num. 77. tit. 8. lib. 5. recopilat. & per Matien. in l. 9. tit. 9. glo. 1. lib. 5. recopilat. & per Gutierrez in repetitione cap. quauis pactum, in principio, a nu. 6. cum pluribus sequentibus; de pactis in 6. & per Baezam in tract. de non meliorandis, c. 24. Resolutio vera est, quæ remissio iuris quærendi, non est propria donatio, quid quid Autor hic dicat, & ideò prohibitus donare, potest dictam remissionem facere. Nec obstat tex. in l. magis puto, §. fundum ff. de rebus eorum, ibi enim loquitur in legato, cuius dominiū t. ansijt in pupillū a die aditæ hereditatis, vt in l. à Titio ff. de furtis, & fauore pupilli introductum est, vt in consulto prætoris, non possit alienare ea quæ efficiuntur sua, etiam si per momentum sint sua, vt sentit Iuriscons. in l. 1. §. fin. ff. de rebus eorum, nec de repudiatione pupilli ob dānum præsumptum, lex aliquam curam habet; igitur in pupillo repudiatio legati, effect alienatio, quia ipse non potest liberè repudiare; in maiore verò non: quia licet habeat dominium, hoc dominium perdet ab eius voluntate, vnde si repudiet, fingitur nunquam habuisse, ex l. si tibi homo, §. cum seruus, ff. de leg. 1. & sic respectu eius nunquam est res acquisita vsque ad acceptationem, sed acquirenda, dominiumque, quod sit sibi acquisitum, pendet ex eius acceptatione, vnde non acceptando, lex habuit, vt acquirendum, non vt acquisitum, quia esse acquisitum dependet a potestate legis, &

lex ipsa potuit facere, non acquisitum fingendo: tandem ad hoc vt res sit acquisita, debuit esse per actus naturales, vt puta per voluntatem & apprehensionem naturalem; & tunc eius remissio, donatio est; per actus verò civiles non inducitur ita propria acquisitio, vt sit donatio, eius remissio: & hic est verus sensus dictæ l. & l. qui autem, ff. quæ in fraudem creditorum, & l. si sponsus, §. si maritus, 2. ff. de donatio. inter virum & uxorem, & l. profectitia, §. si pater, ff. de iure dotium. Nec etiam obstat tex. in l. 3. §. fin. cum l. sequenti, ff. de donatio. inter virum. Nam ibi donatio facta mulieri ab eo qui volebat donare viro ob iussum eius, ideò iudicatur donatio viri, quia extraneus volebat donare mulieri, sed viro: nec vxor aliquam rationem habebat, vt sibi donaretur, nisi quia illi donans, voluit donare viro, & sic donatio breui manu censetur facta viro, & per virum mulieri, ex l. singularia, ff. si certū petatur. in casu verò tex. in d. §. si maritus, non iudicatur propria donatio viri, quia maritus nihil per se dedit; sed solum per accidens & occasionaliter, non acceptando, & repudiando, effect; vt res non auferretur ab vxore, quam ipsa vt hæres aut substituta habere debebat, ipso non acceptante, & sic non donauit, sed non abstulit; licet quæretur dum repudiando: & hic est verus horum iurium intellectus, licet Gamma eum non penetrauerit, & contra communes resolutiones loquutus fuerit; imò & contra iura expressa in casu tamen decisionis verum dixit, quia mater non dedit filio ius quærendum, sed ius quæsitum: cum enim in actu domina esset rei, erat etiam domina fructuum rei, & sicut in re habebat ius quæsitum; ita & in fructibus, saltem tamen redditus rei censentur donati, omisis fructibus industrialibus: quod verum puto, & magis praxi accommodum.

dum. In his tamen regnis hæc decisio inutilis est, ex l. 26. Tauri, & l. 10. tit. 6. lib. 5. recop. secundum quas filio donata à matre, vel à patre, nõ conferuntur, quia in eis censetur melioratus, de quo vide Angul. Matien. Velaz. & Azeued. ibi, & alios Regnicolas, quos ipsi referunt.

Additio ad Decisionem CXIX.

**N** Vme. 1. quando ex non solutione parvæ quantitatis, puta vnus nummi, res emphiteotica incidat in commissum, vide Iul. Clarum lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 8. num. 4. & Aurelium Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob non solum canonem, ampliatione. 5. num. 27. & ampliatione. 4. & Viuium lib. 4. communium opinionum, tit. 44. a num. 139. & Ficardum ibi num. 172. Resolutio vera est, quod propter parvam quantitatem non cadit quis in commissum: & licet in contrarium sit alia communis opinio, hæc tanquam æqua debet seruari iudicando & consulendo, nisi defectus solutionis processerit ex malitia, vel pensio tota sit parvæ quantitatis.

Num. 2. quando negligentia antecessoris noceat successori in emphiteosi, puta non soluendo canonem, vide Bellacombam d. tit. 44. num. 178. Iul. Clarum d. quæst. 8. num. 14. & latissime, & melius quam alibi dictum Aurelium Corbulum in d. tit. de causa priuationis ob non solum canonem, ampliatione. 7. per totam, eleganter Aluarum Valascum in tract. iuris emphiteotici, quæst. 49. num. 2. Mihi vera & communis resolutio est, quæ debet seruari iudicando & consulendo, & quam vt magis veram & communem pluribus relatis sequuntur Corbulus, Valascus, &

Clarus, est, quod siue emphiteosis sit hæreditaria, siue ex pacto & prouidentia, & pro se & filijs, vt filijs, si ex pacto cadit in commissum non soluendo, & reuertitur ad dominum non soluendo, debet seruari pactum in præiudicium successorum, & negligentia vnus, nocet alijs: quia cum hac conditione acquisuerunt ius ex inuestitura aut contractu, & quia hoc prouenit ex natura contractus, nisi antecessor fraudem commisisset in odium successoris, vt bene Clarus notauit: & quæ in contrarium Autor hic citat, ex notatis in decis. 17. procedunt, quando antecessor pro sui vita non fuit molestatus à domino, nec commissum declaratum; nam tunc hæres non potest molestari; non quia negligentia non obuiisset, sed quia fuit remissa caducitas: vt notauimus ad dictam decisionem: & hæc est veritas, quidquid Autor hic dicat.

Additio ad Decisionem CXX.

**N** Vm. 1. Andenatio ex causa dotis requirat inquisitionem, vide Dueñas reg. 234. limit. 5. 6. & 7. Matien. in l. 7. glo. 6. num. 13. tit. 10. lib. 5. recop. & Iosephum Ludouicum in suis communibus resolutionibus, tit. de conditionibus, conclusionibus. 2. limit. 7. versic. *Antem.* Simonem de Pretis conf. 10. num. 22. Iul. Clar. §. donatio. quæst. 27. & q. 16. Burfat. conf. 304. a num. 5. lib. 3. & cum Rim. Iun. & alijs, vide Fabiũ Turretum conf. 46. a num. 11. lib. 1. Dux sunt communes contrariæ in hoc casu, de quibus per Dueñas vbi supra, & per Anton. Gabrielem lib. 3. communium conclusionum, titulo de donatio. num. 27. & num. 32. & num. 59. & num. 62. Magis communis est, quod fauore dotis non requiritur inuatio.

Additio

Additio ad Decisionem CXXI.

**V** Ide ad materiam huius decisionis l. 3. tit. 12. part. 5. & ibi Greg. Lupiũ & Matien. in l. 9. glo. 2. num. 4. tit. 3. lib. 5. recop. & Azeued. in l. 9. tit. 3. a num. 17. cum sequentibus. Communis resolutio est, quod vxor recipiens aliquid pro fideiussione, non iuuatur Velleiano, & arbitrio iudicis relinquitur quantum illud debeat esse, ad hoc vt dicatur si utilis vel inutilis fuit ei contractus, pensatis omnibus circumstantijs: quod verum mihi videtur, & bene iudicatum in presenti decisione, scilicet vt pro parua quantitate, aut paruo dño, non amittatur dictum beneficium.

Additio ad Decisionem CXXII.

**D** Eeo, qui faciendo inuentarium bona occultat, & de materia huius decisionis, vide nouissime & latissime Iacobum Menoch. conf. 671. lib. 6. per totum, & Fabiũ Turretum conf. 47. lib. 1. & isti infinitos allegant. Tandem, duæ opinionões communes contrariæ sunt, an hæredi occultando suffragetur beneficium inuentarij. Ego consensendo sequutus sum opinionē Menochij, quod suffragetur, & solum teneatur in duplum, & sic iudicatum est. Sed nec hæc conclusio, nec textus in §. licentia, allegatus ab Autore hic, facit ad presentem decisionem, quæ in vxore loquitur, non in hærede; nõ quæ est parconditio hæredis & vxoris in conficiendo inuentarium, nam hæres tenetur facere, vxor vero etli non conficiat, non punitur pœna delationis iuramenti in litem; nec tenetur in solidum, vt hæres, vt colligitur ex Molina cū pluribus, quos ipse allegat lib.

1. de primogenijs, c. 28. a num. 7. cum sequentibus, & cum sit lex pœnalis, extendi nõ debet ad casum nõ in re & rariõne differentem. Verius igitur credo, quod vxor in casu huius decisionis non punitur in duplum, sed quod contra eam ob dolum male confecti inuentarij, deferatur iuramentum in litem, ex Rim. Iunioris latissime conf. 53. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cont. 3. cas. 108. num. 19. Valle conf. 49. lib. 1. Ploto de in litem iurando. §. 4. num. 85. & §. 18. per totum, & §. 14. num. 8. Chassan. in consuetud. Burgundia, rub. 4. §. 21. nu. 4. qui videtur concordare cum Autore hic. Sed intelligendus est secundum dicta; nam aliud nullo iure probatur, & cum ex ignorantia etiam iuris dolus ablit, cessat dicta pœna, & bene iudicatum est in presenti decisione.

Additio ad Decisionem

CXXIII.

**N** Vm. 1. & 2. de materia iocalium, & vestium quæ dantur ab sponso sponsæ, vide late Mascardum in tract. de p. obatioibus. 1. parte conclus. 563. per totam. Fed. ticu Scotum tom. 2. lib. 3. respons. 4. per totum, & Ioan. Garciam in tract. de coniugali acquæst. a num. 107. late Gutierrez in lib. 2. practiarum, quæst. 19. & Matien. in fin. tit. 2. lib. 5. recop. glo. 5. & per totas glossas, & glo. 6. num. 4. Azeued. late & eleganter in d. l. fin. a num. 26. & 27. cū sequentibus. Vera resolutio est, quod de iure communi non præsumebatur donatio, nisi aliud ex coniecturis appareret. Iure nostro Regio, ex d. l. fin. quæ est lex. 52. Tauri, semper præsumitur donatio, nisi dentur postvelationes, dum modo non excedant octauam partem dotis: quod & vlu, & praxi sœnsi comprobatum est. imò idem etiam erit, si dentur tempore velationis contra Gutierrez

tierrez, Azue. & alios ubi supra: idque maxime confirmant verba dictae legis finalis, ibi, *Antes de consumado el matrimonio*, confirmatque communis usus, secundum quem tales vestes, quas vulgo dicimus *Vistas*, dantur pro die velationum, vel parum ante, & alia iocalia dantur ante, non in magna quantitate, & sic semper consului, & vidi practitari: & vide Ayoram in tract. de partitionibus. 1. par. c. 7. nu. 37. vide etiam Communitas lib. 5. communium opinionum, tit. 7. a num. 8. 9.

Num. 3. ibi, An maritus teneatur de bonis datis in dotem aestimatis, & de modo restitutionis soluto matrimonio, & de fructibus eorum, vide Communistas d. lib. 5. tit. 7. a nu. 57. & a nu. 82. cum sequentibus. Ioan. Garciam in tract. de expensis, cap. 8. a nu. 29. & Franciscum Viuium decis. 261. per totam. Corne. conf. 137. a nu. 1. lib. 1. Ioan. Bottam cons. 35. a nu. 20. Federi. Scutum tomo. 2. lib. 7. respon. 17. Matien. in l. 3. glo. 2. a nu. 19. tit. 1. lib. 5. recop. Roland. de Valle cons. 92. lib. 2. Couar. in practiciis, quaest. 28. Corn. conf. 15. nu. 6. lib. 2. Ceph. conf. 351. lib. 3. Fabium Turretum conf. 37. lib. 1. Borgnum Caualcum decis. 16. Iosephum Ludouicum decis. Perusina. 89. Sed vna

est singulariter notandum in hac decisione, quod quando bona dantur in dotem aestimata, aestimatione quaerit emptionem, soluto matrimonio, siue ea, siue aestimatio, absque dilatione annali restitui debent, & cum fructibus: & est locus decisioni tex. in l. vltima. §. exactio. C. de rei uxoriae actione. quaerit loquitur in immobilibus: certe singulare est, si est verum: sed iudicio meo aperte falsum est, & nullo iure fundatur: nam quando res datur in dotem aestimata, aestimatione quaerit emptionem, remanet debitor pecuniae, & non rei, vt constat ex citatis autoribus, & ex pur-

*videtur. 71.*

purato, & alijs latissime in. l. si ex conventionone. C. de pactis. Igitur debet habere dilationem annalem, vt in alijs rebus mobilibus: quod manifeste visus est sentire Corneus ubi supra, & aperte probant glo. Cynus, Odofred. & Salic. in d. §. exactio, & Faber ibi, du dicunt, qd quando res datur aestimata, sed restitutio remanet ad electionem mariti, tunc ipse debet statim requisitus eligere, & si eligat rem restituere, non gaudet dilatione annali, sed minus, sic. Sed magis dubium est, quando nulla reseruata est electio, sed maritus moritur non soluendo, quo casu vxor in subsidium potest recurrere ad bona data aestimata, etiam si sint apud tertios possessores, an statim sint sibi soluenda, non spectata annua dilatione. Ex decisione praesenti videtur quod sic; quod verum credo, ex notatis per antiquos ubi supra, & ex l. in rebus. C. de iure dotium. Antelligo tamen, quod si sint apud haeredes mariti, ipsi tenentur restituere cum fructibus. Si vero apud tertios, qui possident cum titulo, tunc a die litis contestationis venient fructus: & hoc verum mihi videtur. Decisio vero praesens vera est, quia loquitur in annuis redditibus, qui vt immobiles iudicantur.

**Additio ad Decisionem CXXIII.**

**A**D duo dubia huius decisionis vide omnino Alciatum in rub. ff. soluto matrimonio, a nu. 40. cum sequentibus, & respons. 6. lib. 8. Paris. cons. 62. lib. 4. & de copula ante matrimonium. Couar. in 4. responsalibus. 1. parte. c. 4. §. 1. a nu. 14. & Bertachi in suo repertorio, lit. S. verbo. *Statutum*, fol. 127. versic. *Statutum quod vir lucretur*, el secundo, & verbo. *Sponsa et sponsus*, versic. *Sponsa appellatione*, & Arnaldum Ferronum in consuetudinibus Burdegalen-

galensibus, lib. 1. tit. 4. de dote. §. 6. fol. 122. versic. *Ducta quoque in domum*. & Iacobum Philippum Portium consil. 21. num. 94. lib. 1. & Azue. in l. 2. num. 4. tit. 9. lib. 5. recopil. & vide Aret. Ruben & alios citatos ab Ofasco decis. Pede. 21. num. 17. & vide Roland. de lucro dotis, quaest. 106. & quaest. 108. Menoch. de praesumptio. lib. 4. praesumptio. 142. **M**ihi vera & magis communis resolutio cum Saliceto citato ab Autore hic est, quod maritus lucratur dotem ex pacto vel statuto, vel medietatem lucratorum, existente consuetudine, vt in his regnis, si vxor fuit ducta ad domum, scilicet velata, etiam si matrimonium per momentum durauerit, & etiam si non sit carnaliter cognita, quia haec proprie est vxor, secundum communem usum loquendi, & in ea verificantur verba statuti aut pacti: & haec opinio seruatur in praxi contra Bartol. prout plures ex citatis dicunt, & practicus Ferrara cum allegatis per additionem ibi lit. B. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, num. 5. atque copula praecedens matrimonium, nihil facit, vt bene Ang. dixit, & eleganter Couar. ubi supra, quidquid dicat Autor hic, cum illa non fuerit copula matrimonialis. Nec Bald. citatus ab eo tale dixit, nisi quoad legitimitatem partus progeneriti ex tali copula: & haec de hac decisione.

**Additio ad Decisionem CXXV.**

**D**E materia huius decisionis vide Simonem de Pretis in tractatu de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 4. dubitatione. 12. a num. 44. cum sequentibus. Mantecam de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 11. titulo. 18. a nu. 16. allegat. l. si ita scriptum. §. si pater de legat. 2. & l. si ita legat.

tum esset, ff. de condit. & demonstrat. Sarmientum lib. 2. selectarum. c. 1. nu. 10. Spino de testamentis glof. 14. a nu. 152. & glof. 10. a nu. 18. cum sequentibus. Couarru. in c. officij. de testamentis, a nu. 16. Peraltam in l. Lucius, num. fin. deleg. 2. Crassum in suis sententijs. §. legatum, quaest. 48. & quaest. 510. & Baezam in tractatu de non meliorandis cap. 20. num. 24. **C**omunis resolutio est, quod quando legatur aut praemittitur pro dote, debetur etiam maritatae in augmentum dotis: si vero pro maritanda, & testator sciebat esse maritatum, non debetur pro illo matrimonio, sed pro alio. Si vero ignoret, debetur ex aequitate. Si tamen qui legit aut promittat, pater vel mater sit, siue sciat vel ignoret, debetur legatum, & reijcitur conditio, vt per Autorem hic, qui etiam idem diceret in alio extraneo: hoc tamen intelligitur, quando legatur pro matrimonio cum certa persona, & certae personae, sed verò si legatum fiat pro maritandis virginibus, tunc enim non debetur iam maritatis.

**Additio ad Decisionem CXXVI.**

**N**vm. 1. De materia, quando testis vel tabellio debeat asserere, quod testis subscripsit testamentum de marito dato testatoris, vide quae dixi ad decisio. 45. vbi contrarium Autor concludit.

**N**um. 2. *Forma non obseruata.* Nota, quod forma non obseruata, corrumpit actus, etiam si in minimo deficiat, maxime in testamentis: de quo dixi in dicta decisione. 45. & nunc vide Michaelem Crassum in suo tractatu sententiarum. §. testamentum, quaestio. 64. nu. 3. & vide Fabium Turretum conf. 91. nu. 20. & conf. 47. nu. 340. & conf. 98. nu. 68. & conf. 19. nu. 10. Boer. decis. 1. nu. 44. Roland. conf.

*Handwritten notes: 2. 28. p. 3.*

conf. 30. nu. 5. lib. 3. Burfat. conf. 55. nu. 12. lib. 1. & 340. num. 38. lib. 3. Cephal. conf. 770. num. 10. lib. 5. Rimi. Jun. cof. 336. num. 19. lib. 3. Tiber. Decian. conf. 46. num. 25. lib. 2. Menoch. conf. 388. nu. 2. lib. 4. Roland. conf. 60. nu. 28. lib. 4. Rim. Jun. conf. 467. nu. 13. lib. 4.

Ibi, *Tunc unim talis omisio*. Nota, quod forma potest per æquipollens impleri, vel ex causa erroris, vel si intellectus ex alijs colligatur, de quo vide Neuizan. conf. 70. num. 34. Burfat. conf. 74. num. 145. lib. 1. Turretum conf. 98. a nu. 49. lib. 1. DD. in l. 1. ff. de liber. & posthum. Mantic. de coniecturis lib. 7. tit. 12. nu. 2. & lib. 2. tit. 4. a num. 4. Matien. latissimè in l. 1. glo. 4. a num. 7. & 8. tit. 4. lib. 5. recopil. Communiter concluditur, formam substantialem, maxime in testamento, non posse per æquipollens impleri, nec suppleri ex coniecturis, & quod est in diuilibilis, nec in minimo deficere potest, nisi cum annullatione actus, & sic contra Autorem hic.

Num. 3. De clausula codicillari vide late Matienço in l. 2. glo. 10. a num. 4. tit. 4. lib. 5. recopil. Burg. de Paz in l. 3. Tauri, num. 1385. & Azeued. in l. 1. a num. 70. titu. 8. cod. lib. 5. & Spin in speculo testamentorum glo. 3. 2. a num. 34. Manticam de coniecturi lib. 1. titu. 9. & 10. & 8. & titu. 7. a num. 3. & Crasum. 9. institutio. a num. 20. cum sequentibus. Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsumptio. 3. Anton. Tessaum decis. Ped. noua. 141. a nu. 7. Simonem de Pretis in tract. de interpretatione ultimarum voluntatum, lib. 2. interpret. 2. dub. 1. sol. 10. a nu. 30. cum infinitis sequentibus, & solutio. 1. 2. a nu. 7. Tandem resolutio Autoris de clausula codicillari vera est.

Num. 4. Ibi, *Legata & nominationes*. Nota, quod nominatio facta in testamento nullo, valet iure. Contrarium defendit Aluarus Valaseus con-

sultatione 61. Caldas de nominatione, quæst. 10. a num. 29. Vera est Autoris decisio, quando testamentum potest sustineri, vt codicillus, vt quia habeat solennitates requisitas in codicillis, & clausulam codicillatam, vel licet facta testando, sit facta præsentis & accepti per viam donationis: aliàs falsa est, de quo vide quæ dixi lib. 3. quæstionum, quæstio. 22. per totam.

Additio ad Decisionem CXXVII.

Nume. 1. Vide quæ late dixi lib. 3. quæstionum, quæstio. 23. nume. 3. vide quæ diximus ad decisionem. 116. num. 4.

Additio ad Decisionem CXXVIII.

Ad decisionem præsentem vide aliquid per Puteum decisione. 315. & 226. lib. 2. & per Rebuff. in praxi beneficiari lib. 3. In regula de publicandis glo. 18. num. 7. & de fructibus pendentes tempore renuntiationis, vide Auend. responso. 5. Gutierrez quæstione canonica. 33. decis. Perusin. 33. Gigan. de pensionibus, quæstione. 39. & quæstione. 53. & Ioan. Garciam in tract. de expensis, quæst. 16. Caualean. decis. 44. à principio, parte. 1. & in indice decisionum, verbo, *Fructus*. Couar. lib. 1. variar. 15. nu. 12. Molin. de primogenijs lib. 3. c. 1. per totum. Communis resolutio est, quod renuntiatario solum debentur fructus à die admittæ renuntiationis, & quod fructus pendentes distribuuntur pro rata, licet Auendañus dicat, quod integri pertinent ad successorem: seruandæ tamen sunt constitutiones & consuetudines episcopatum. Vide etiam ad hanc decisionem omnino Autores allegatos à Caualeano decisio. 44. & notabiliter Hiero-

Hieronymum Gabriel qui in terminis huius decisionis loquitur, conf. 192. per totum. vide etiã Viuium decis. 8. nu. 11.

Additio ad Decisionem CXXIX.

Vide quæ diximus ad decisionem. 5.

Additio ad Decisionem CXXX.

Hæc decisio continet conclusionem satis practicam de locatione duobus facta, quod primus præferatur, et si si secundo res sit tradita, de qua vide Anton. Gabriel. lib. 3. communium conclusionum, tit. de emptione & venditione, conclusionem. 2. num. 5. & Bellacombam inter communes diuersorum lib. 4. tit. 26. num. 131. omnino Socin. qui singulariter loquitur conf. 29. nume. 7. lib. 4. Ego omisus superfluis, decisionem dominorum de Rota hic citatam, quæ hodie est. 2. tit. de locato. in antiquis, & eorundem distinctionem magis probat, scilicet, quod si secundus retineat rem, præferatur per viam exceptionis: quia saltem detentio quam habet, aliquod ius debet illi causare ultra contractum, & quia contra eum vt tertium detentato rem non habet actionem locator primus. Si vero non retineat, præferatur primus, non obstante prima traditione. Addo etiam, quod si primus habet hypothecam specialem vel generalem in re, semper præferatur, & potest auocare à secundo, & si secundus habeat, & non primus, semper etiam præferatur secundus: quod quadrat dictis in hac decisionem, & his quæ dicit Socin. d. conf. 29. qui singulariter loquitur, & sequitur distinctionem dominorum de Rota. Post hæc scripta vidi Couar. lib. 2. variarum, cap. 19. nume. 8. qui hanc tenet opinionem.

Additio ad Decisionem CXXXI.

DE materia, quando mulier obligas se cum marito, iuuetur Velleiano, vide Azeued. in l. 9. tit. 3. lib. 5. recopil. & ibi latissimè Matien. vbi ad saturitatem videre poteris: vide etiam Gutierrez de iuramento confirmatorio, parte 1. c. 3. Communiter concluditur, quod vxor obligans se cum marito, iuuetur Velleiano, nisi renuntiet & iuret; & ita practicatur.

Additio ad Decisionem CXXXII.

Vide quæ diximus ad decisionem. 68. & nota singularem decisionem, quod excusandum desertionem admittitur moræ purgatio intra paucos dies, de qua moræ purgatione vide Menoch. in tract. de arbit. lib. 2. cent. 1. cas. 7. Burfa. conf. 26. & conf. 84. lib. 1. & Laurentiū Siluanum conf. 85. lib. 2. vbi late de mora. Olascum decis. Pedemont. 71. num. 45. & a num. 50. cum sequentibus, & latissimè Antb. Tessaum decis. Pedemont. noua. 77. & 212. a nu. 5. & 260. a nu. 2.

Additio ad Decisionem CXXXIII.

DE materia huius decisionis vide latissimè Azeued. in l. 2. verbo, *Excomulgado*, a nu. 2. tit. 8. lib. 4. recopil. Viuium decis. 99. par. 1. Gutierrez in quæstionibus canonicis, c. 1. a num. 76. & de Auxilio Regio contra excommunicationem vide Nauar. in repet. c. cum contingat. 1. rem. contra censuras, de rescriptis. Spino. de testamentis, glo. rubricæ. 1. 1. parte, a num. 60. & de notorio excommunicato vide Siluest. in sūma verbo, *Excommunicatio*, 3. a nu. 22. & Ang. in sūma, verbo *Excommunicatio*, ultimo nu. 19.

& de procuratore, teste, iudice, notario, & alijs, Rebuffum ad concordatas Franciæ, tit. de excommunicatis non vitandis, versic. *Sexagesima*: fol. 738. in paruis. Socin. latissime & elegantissime in c. sacris, num. 406. cum præcedentibus & sequentibus, de sententia excommunicationis, & de teste, aduocato, iudice, procuratore & alijs, vide Communistas lib. 1. communium, tit. 12. a num. 21. & a num. 24. & a num. 25. & Bertachinum in suo repertorio, lit. E. verbo *Excommunicatus index*. cum sequentibus. Nauar. in Man. c. 27. a num. 20. Resolutio communis est, quod notarius excommunicatus non potest instrumenta conficere: an verò valeant confecta, grandis dissensio est. Mihi verò potius videtur, quod sint annullanda, quam nulla ipso iure, licet Socinus contrariū velit. Quidquid sit. malè hoc seruatur in praxi, licet certè deberet seruari. Et aduerte, quod Socinus dicit, qd est communis opinio, quod non valeant instrumenta.

Additio ad Decisionem CXXXIII.

Nota singularem decisionem, quod collatio cessat inter spurios legitimos ad id quod pater voluerit, innuens, quod si essent plenè legitimi, haberet locum collatio: de quo vide quæ dixi ad decisionem. 118. & Tauristas in l. 12. Tauri, & Matien. & Azue. in l. 10. tit. 8. lib. 5. recop. Gutierrez in repet. §. sui, a num. 160. instituta de hæredum qualitate & differ. & melius quam alibi. Marcum Anto. Eugenium Perusinum conf. 52. & 53. & 57. vbi latè de legitimo, & dispensato: & vide Cagnolum in l. si emancipati, a num. 112. & 126. cū sequentibus. C. de collatio. Rimi. in l. liberos. C. de collationib. & in l. filiam. num. 5. C. eo. tit. & vide Curt. Iun. in d. l. si emancipati, a num. 27. vide etiam Xuarez, &

ibi Valdes, in l. quoniam, limit. 12. de inofficioso testamento, & plura in fauorem legitimatorum & dispensatorum, vide per Communistas lib. 6. communium tit. 18. a num. 51. cū sequentibus, & tit. 4. per totum. Communiter concluditur, quod legitimatus habetur in totum pro legitimo, & cum ad collationem sufficiat, quod quis sit filius, qui habet ius succedendi, & querelandi, & contratabuladi, & succedat ex capite vnde liberi: & hoc habet legitimatus, ex Eugenio d. conf. 57. sequitur, quod cum cohabebit locum collatio; secus in dispensato.

Additio ad Decisionem CXXXV.

Nvm. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Autor tractat hęc materiam, quando fructus veniāt in restitutione fideicommissi vniuersalis, & quando eos lucretur hæres, quando fideicommissarius, & an ancillæ partus veniant appellatione fructuum, vel reddituū, & an eos lucretur hæres, vel veniant restituendi fideicommissario. De hoc ultimo, in quo consistit punctus huius decisionis, videndi sunt Autores hęc citati, & Baeza, qui latè tractat, quādo partus ancillarum veniant fructuū, vel reddituum appellatione, in tract. de decima tutoris. c. 23. per totum. Rebuffum in l. partus, de verborum significatione, & de primo vide Hierony. Magonium decis. Lucens. 33. a num. 33. Hierony. Gabrielem conf. 125. a num. 50. & 58. Bertachi. in suo repertorio, lit. F verbo, *Fructus hereditatis*. Paris. conf. 55. lib. 3. a num. 31. Marian. Socin. Iun. conf. 182. a num. 20. lib. 2. latissime Franciscum Manticam in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 7. tit. 10. per totum. Cephal. conf. 399. a num. 22. lib. 3. eundem conf. 49. lib. 1. & consil. 25. a num. 48. lib. 2. Marianum Angulolum consil. 267. libro. 1. Matien.

Matien. in l. 1. tit. 4. lib. 5. recopilat. glo. 14. a num. 20. cū sequentibus. Curt. Iun. conf. 346. a num. 1. lib. 3. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 188. a num. 25. & eundem Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu. 256. per totū, vbi latissime. Aretin. conf. 55. a num. 11. Michaelē Crallum in suo libro sententiarum. §. fideicommissum, quaestione 69. & de partu ancillarum vide Alban. ad Bar. num. 6. in l. lex diuerso, ff. de rei vendicatione. Ioan. Garcia in tractatu de acquiritibus a num. 197. & de 1. vide Aluarad de coniecturis, lib. 2. c. 2. §. 1. a num. 4. **Communis resolutio** est in legato & fideicommissio particulari, quod fructus debentur legatario à die aditæ hereditatis, siue sit in mora, siue non: siue hæres sit in mora, vel nō sit iure nostro regio debentur à die mortis testatoris, & si legatarius sit grauatius alteri restituere, debet restituere fructus pendentes tempore mortis testatoris: alias verò lucretur, si restitutio facta dilata in diem vel in euentum alicuius conditionis, nisi dilatio fuit expressa in fauorem fideicommissarii. Idē de hærede, respectu fideicommissarii particularis.

In fideicommissio verò vniuersali hæres lucretur fructus, quos percepit à die aditæ hereditatis, vsque ad tempus restitutionis, sine obligatione restituendi, & ex eis debet supptere, quæ consumpta fuerit, aut deteriorata; fructus verò pendentes tempore mortis defuncti, aut collectos ante aditam hereditatem, aut pendentes tempore aditæ hereditatis, restituit fideicommissario: die verò adueniente, restituit à tempore moræ, nisi ipse fideicommissarius sciens eum non interpellet: sed si sit ignorans, aut persona privilegiata, tunc restituit à tempore diei venientis. Post hæc scripta vidi Doctorem Spiritum de testamentis, glo. 3. a

num. e. 68. cum sequentibus, qui hanc questionem tractat, & allegat Auctorem in præsentia. In fructibus verò ancillæ, scilicet in partu ancillæ, variat Imola, vt vides per Auctorem, & videntur variare ipsi Iurisperiti: hanc in l. Paulus §. 1. ad l. Falcidiam, & in l. Paulus §. hæres ff. de vrsuris, & in l. vlt. rem. §. forori. ff. de legat. 3. partus percepti ante diem fideicommissi cedentem, non veniunt in restitutione fideicommissi; non quia fructus, sed quia percepti videntur ex iudicio, & voluntate testantis, qui dilationem in fauorem hæredis a posuit, vt insinuat in fructibus Iurisperitus in l. mulier §. hæres ff. ad Trebell. verò in d. mulier §. & ideò, & in l. deducta §. hæredicatem ff. de off. quæ partus ancillæ in fructu non continentur, contrarium videntur ipsi Iurisperiti sentire. Nec valet solutio Accursii, quod loquuntur in partu nato post diem fideicommissi cedentem, manifestè dicitur, vt Alex. & Imol. & alij in d. §. hæres, tenere videntur, & Fulgo. in l. Paulus §. 1. de vrsuris. Nec etiam valet alia solutio Accursii, quod loquuntur in fideicommissio particulari ferul alieni legati, in quo non veniunt partus, nisi post mortem hæredis, vt in l. equis ff. de vrsuris, quæ distinctionem & solutionem etiam tradidit Accursius in l. Herennius. ff. de vrsuris. hæc enim solutio diuipatosa est, vt de se patet. Nec etiam valet alia, quod in d. §. hereditatem, verbum exceptis redditibus, confirmat regulam in contrarium, nam cum tales partus non sint fructus, nec redditus, veniunt in restitutione hereditatis, qui enim redditus exceptit, omnia vltima in restitutione includisse videtur: hæc enim solutio præterquam, quod in contrarium citat textum in dicta d. Paulus §. in d. sine redditibus aut redditibus, de vrsuris, vbi in proprijs terminis, & citat eundem

exceptione contrariū concluditur, non conuenit dicto. §. & ideo, qui in diuersis terminis loquitur. His tamen non obstantibus, tenenda est sententia auctoris in præfenti, & amplectenda elegans decisio Lusitana, scilicet, quod partus percepti iudicio testatoris ante diem fidei commissi euenientem, sint hæredis, & non veniant fideicommissario restituendi, quia clare id decidunt Iuriscensul. in d. l. Paulus §. idem Paulus, & in l. Paulus §. 1. & in d. §. vxori. quam etiā semper tenuit Accursius in dictis iuribus, Alexan. Paulus, Fulgo. Ang. & alij citati ab Autore hinc, & ipse Imola in d. §. hæreditatem, & tandem est communis opinio. Non obstat tex. in d. §. & ideo, quia vt constat in d. §. hæres præcedenti, cuius materiam continuat, loquitur in fideicommissio puro, in quo ob solam negligentiam fideicommissarij, hæres fructus lucratur: & cum lex de fructibus loquatur, non venient dicti partus, quia fructus non sunt. Iura vero contraria loquuntur in fideicommissio conditionali, in quo hæres conditione pendente dominus est, & vt dominus, & ex iudicio testantis, qui in sui fauorem apposuit, lucratur commoda ex hæreditate prouenientia, vt sunt dicti partus, & non restituit, quia sibi mandatum non est. Nec obstat tex. in d. §. hæreditatem, quia ibi ex voluntate testantis, qui expresse & disponendo, excepit redditus, ac proinde alia omnia inclusit in dispositione restitutionis, restituantur dicti partus, & omnia alia quæ in redditu non sunt. Nec verbum, exceptis, aut alia dispositio exceptiua reperitur in d. l. Paulus §. hæres. sed solum verbum sine redditu: quod videtur enuntiatiuum, & per transennam dictum, & sic non alterat iuris dispositionem, & est ac si non esset dictum, vt videtur sensisse glo. ibi. Tandem quoad vim exceptiuam, saltem ambiguum est,

ac ex eo non colligitur voluntas testantis: & hæc verior solutio est, quam nota: & ad id quod Autor in fine dicit de iure de futuro, vide quæ dixi ad decisionē. 6. nu. 6. & hæc de hac decisione.

Additio ad Decisionem CXXXVI.

AD hanc decisionem vide quæ diximus decision. 3. & decisione. 23. & vide. l. 9. Taeri, & ibi Ceruantes a num. 60. & 73. & l. 6. 7. & 8. & ibi Martien. & Azeued. titulo. 8. lib. 5. recopil. maximè Azeued. in d. l. 7. num. 50. Spino de testamentis, glo. 16. in principio, num. 94. & 95. & Rojas de successione ab intestato, cap. 27. a num. 1. & Velazquez de Auendaño in d. l. 9. glo. 10. a num. 5. Gutierrez lib. 2. practicarum, quæstione. 102. Communis resolutio Hispanorum est, quod filius clerici, etiam si non sit ex concubinato, sed ex fornicatione simplici, non succedit matri, contra Grego. Auenda. & alios, qui contrariam opinionem sequuntur: & ita probat dicta. l. 9. & ita practicitur.

Additio ad Decisionem CXXXVII.

VIDE de materia huius decisionis Menoch. in tractatu de recuperanda, remedio. 15. num. 557. Alexan. Raudensem de contractibus emphiteoticis, tit. de contractibus emphiteoticis rerum ecclesiasticarum, a num. 156 & 157. Ioan. Garciam de expensis, cap. 24. a nu. 23. & 4. cum sequentibus, qui infinitos allegat. Aluarū Valascum in tractatu de iure emphiteotico, 1. parte, quæst. 23. a nu. 28. Bursat. conf. 71. num. 22. lib. 1. Roland. Valle conf. 28. a nu. 14. & conf. 30. a nu. 6. lib. 1. Mascari. de probat. 2. par. conclus. 1033. a num. 19.

& vide

& vide Lancelot. Iosep. Ludo. Marzari. Vincent. Franchum, & infinitos citatos à Fabio Turreto conf. 33. num. 24. lib. 1. Sfortiam conf. 41. a num. 90. lib. 1. & in tractu de integritate restitutione. 2. parte. quæst. 47. artic. 7. Vincent. Franchum decis. 109. a num. 2. lib. 1. Guttierrez lib. 3. practicarum, quæst. 68. a nu. 6. Communis resolutio est, quod possidēs cū titulo valido, & vt dominus, saltem vtiles, deducit valorē melioramentorū secundū tempus præfens: possidēs vero propossessore, & cum titulo inualido, solum deducit, quod expensum est, nisi expensa sit maior, quam præfens melioramentorū valor, & sic dicit practitari. Aluar. Valas. vbi supra, & iuxta eius dicta intelligēda est præfens decisio, alias cōtra cōmūnem opinionē loqueretur.

Additio ad Decisionem CXXXVIII.

DE pacto de retro vendendo cū modicitate pretij, vide quæ dixi ad decisionē. 83. vide etiā latissime & melius quam alibi Felicianum in tract. de censibus, lib. 1. c. 6. a num. 12. cum sequentibus, & c. 7. a nu. 7. cū sequentibus eadē libro, vbi de hac decisione me minit. Nu. 3. Nota, quod ex datione in solutum cum dicto pacto non arguitur contractus vsurarius: vide elegantissimè Menoch. qui Fulgo. Paris. Imolam, Lupum, Couar. Bursat. Barbat. Decium & alios allegat, lib. 3. præsumptionum, præsumptione. 122. a num. 42. cum sequentibus, qui licet concludat, quod difficiliter præsumitur contractus vsurarius in datione in solutum, tamen vt in emptione coniecturis, & iudicis arbitrio dimittit, & hæc vera resolutio est.

Additio ad Decisionem CXXXIX.

TRIA dicta continet hæc decisio. Primum, quod infamis non potest esse iudex. Secundum, quod condemnatus ex delicto famoso, est infamis. Tertium, quod damnatus actione iniuriarum, etiam propter leuem iniuriā, est infamis. De primo vide Anales in. acil. prætorum. c. 3. glo. Procuradores, nu. 24. & nu. 7. Seguram in suo directorio iudicū Ecclesiasticorū, c. 1. & c. 7. Azeue. ad curiā Pisanam lib. 1. c. 12. a nu. 16. & 17. qui plura allegat. De secundo vide notabiliter Baptist. Plotū conf. criminali. 131. nu. 4. 1. tomō collectorū à Zileto, Bursat. conf. 20. num. 54. lib. 1. Curt. de testib. conclus. 6. Campeñū de testib. reg. 29. Nouellum de testib. nu. 21. Crotumco. tract. nu. 4. & nu. 152. Plazā lib. 1. de lictorum. c. 3. num. 3. & de libello famoso vide Bursat. conf. 94. lib. 1. Ceph. cōsa. 341. lib. 3. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 3. cas. 263. a nu. 34. De tertio vide Auēd. in suo repertorio legū regni. lit. A. verbo atroc. Saized. in add. ad praxim Bernardi Diaz. c. 66. lit. C. Olanū in antynomais ad Villalobos lit. I. nu. 9. Iul. Clar. lib. 5. sententiarum §. iniuria, nu. 8. ex quibus tria dicta vera apparent, sed tertium raro practicitur, nisi iniuria sit grauis, & proueniens ex actu infami: & credo id prouenit, quia semper ex causa diminuūt iudices pœnas legales, & vt Autor hic bene notat, & sic dicit decisum, quando pœna minuitur ex causa, dispensatur super infamia: quod bene probat iura hic adducta.

Additio ad Decisionem CXL.

DE materia huius decisionis vide Communistas lib. 6. cōmuniū, tit. 10. num. 24. latissimè Ioan. Garciam in tract. de expensis & meliorationibus, c. 2. & 3. a num. 1. cum sequentibus, & l. 3. tit. 4. partit. 5. & l. 5. titulo. 15. pars 6. & ibi Grego. verbo, Las expensas, &

Anton. Gomet. in l. 29. Tauri num. 16. & dictum Ioan. Garciam vbi supra, nu. 7. & num. 14. & Anton. Gomet. vbi supra a num. 22. & l. fin. ff. de pet. hered. Velazquez de Auend. in l. 29. glo. 3. nu. 5. & 6. & in l. 46. glo. 4. num. 4. Telleum Fernádez in l. 29. Tauri num. 14. & 15. & in l. 17. num. 82. Matien. in l. 3. glo. 2. a num. 12. tit. 8. lib. 5. recop. Auend. responso. 17. Couar. lib. 3. variarum. c. 19. num. 6. Michaelém Crassum in suo libro sententiarum. §. legitima, quæst. 27. cum sequentibus, & quæst. 30. Aliquid per Doctorem Spino in tract. de testamentis, glo. 18. a nu. 77. & Ayoram de partitio. 2. par. q. 14. nu. 28. & quæst. 18. per totam. Communis resolutio est, quod data filio ad militiam, aut dignitatem, quæ non solet vendi, adipiscendam, non conferuntur, nec imputantur in legitimam, nec data filio ad militandum eunti ad bellum, nisi pater habeat bona filij, quia tunc ex eis videtur dare, siue consistant in pecunia, siue non, contra Autorem hinc, ex d. l. fin. de pet. hered. Fallit, nisi in contrarium pater esset protestatus: imputaretur tamen in tertium & quintum, ex mente Autorum vbi supra.

Num. 3. ibi. Quod verò attinet Hoc intellige, quando redditus annui, quos pater filio tradit, essent necessarij ad alimenta filij, quæ pater illi dare teneretur, alias male diceret decisio, quia imputandi essent dati ob causam matrimonij; dati verò simpliciter per viam donationis, imputandi essent in tertium & quintum: ad quod faciunt tradita à Caldas de nominatione, quæst. 18. a nu. 9. & a num. 24. & 26. & à Baeza de dotibus, quæst. 26. num. 9. vbi etiam in fructibus & redditibus pater non potest filij præiudicare, & etiam fructus traditi filijs imputantur in legitimam, quia sunt ex bonis patris.

Additio ad Decisionem CXL I.

DE materia huius decisionis quæ quotidie versatur in praxi, vide Remigium de Gonni in tract. de immunitate Ecclesiarum, fall. 30. Iul. Claium in praxi, quæst. 30. nu. 22. & quæst. 98. nu. 1. & 2. Salazarem in tract. de vsu & consuetudine, c. 6. a nu. 19. Doctorem Xua rez de Pace in sua praxi to. 1. par. 5. c. 3. §. 3. num. 45. Couar. lib. 2. variarum. c. 20. num. 13. Azeued. optimè distinguentem in l. 2. nu. 11. tit. 2. lib. 1. recop. eleganter Tiberium Decianum in suo criminum tract. lib. 6. c. 28. a num. 30. tomo. 1. Boeri. decis. 178. num. 13. & 10. num. 8. Gigantem in tract. de crimine læsæ maiestatis, lib. 1. quæst. 10. nume. 30. Franciscum Marcum decis. 987. tomo. 1. Mantuam conf. 60. num. 17. lib. 1. Igneum in l. 1. num. 5. ff. ad Silianum. Ioan. de Visquis in tract. de immunitate Ecclesiarum, nume. 52. Vide etiam Anton. Gometium tomo. 3. de delictis. c. 10. num. 2. Palatios Rubios in repet. rub. de donatio. inter virum §. 38. a nume. 9. ex quibus omnibus videbis, quam sicco pede transferit Autor in hac decisione: nec meminit, quod auctores inter se, antiqui & moderni, valde discordes sunt; alij tenentes opinionem Autoris, alij verò tenentes, quod immunitas suffragetur ducto per Ecclesiam, & ambæ iam communes opiniones videntur: licet secunda magis communis videatur, & secundum primam non solum in Senatu Lusitanæ iudicatum est, vt Autor testatur, sed etiam in alijs tribunalibus, vt affirmat Tiberius Decianus: sed mihi certè vera videtur distinctio, quam refert Azeued. vbi supra, scilicet, quod si ductus per Ecclesiam, semper teneatur captus ab officialibus, et si protestetur, nihil illi suffragetur immu-

immunitas, cum liber ab eis, & ex proposito non accesserit ad Ecclesiam, sed per transitum, & ideo non dicitur ad Ecclesiam confugisse, sed casualiter accessisse: argumento text. in l. si quis post hanc. C. de ædificijs priuatis, & in his terminis loquuntur Oldradus, & qui eum sequuntur si verò ab eis euaserit, & se in Ecclesiam intrömisit, vel in locum sacrum, qui est casus huius decisionis, tunc cum extra manus officialium se posuerit, & ad auxilium Ecclesie confugerit, eiusque immunitatem protestatus sit, Ecclesiaque ipsa in illo statu & libertate eum conferuare debeat, debet illi immunitas suffragari, ex iuribus à Remigio allegatis, & quia hic casus exceptus non est: vnde nescio qua ratione Senatus Lusitanus contrarium iudicauit, nisi ex eo quod mobilia reus furatus esset, & ex atrocitate criminis motus fuerit: alias male iudicasset, & contra magis communem opinionem: & hæc de hac decisione.

Additio ad Decisionem CXL II.

DE materia huius decisionis, quando matrimonium teneat inter liberum & seruam, & an leges civiles sint correctæ, vide Abb. Butri. Præpos. & alios in c. 1. 2. & fin. de coniugio seruorum. Alfonso à Veracrucce in speculo coniugiorum. 1. parte. articulo. 30. Matien. in rub. 1. tit. 1. a num. 156. lib. 5. recopila t. vbi Couar. & alios allegat, & quod maritus hodiè possit accusare vxorem seruam de adulterio, tenet Cynus in l. serui, hic allegata, & sentiunt ibi Odoffredus, & Ioan. Faber: & hæc est veritas.

Additio ad Decisionem CXL III.

V Ie quæ habes ad decis. 23. & decis. 3. de spurijs, vbi late de nato ex conjugato & soluta, & vide ad propositum huius decisionis Cagnol. in l. 1. num. 14. C. de inofficioso testameto, Crassum in suo libro sententiarum. §. testamentum, quæst. 46. in fine, & singulariter Sfortiam Oddonem conf. 1. lib. 1. num. 114. Alex. conf. 25. nume. 4. lib. 1. & conf. 2. num. 5. eo. libro. Paleotum de nothis & spurijs. c. 55. a num. 6. & 7. Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 3. interpretatio. 1. dub. 3. fol. 2. num. 11. Roland. Valle conf. 87. lib. 3. Afflictis decis. 125. & 204. Aluarum Valascum consult. 17. latissimè & melius quàm alibi Anton. Tessaum decis. Pedemont. noua. 127. per totam, Franciscum Viuium decis. 162 a nume. 9. lib. 1. Magis communis opinio est, quod omnis spurius, seu bastardus, censetur turpis persona, & non possit institui à fratre, & si instituat, detur aduersus testamentum quærela inofficiosi testamenti, pro qua iudicauit contra Rolandum Senatus Pedemontanus Fallit tamen, nisi talis bastardus esset notabilis, aut valde honorata persona, ex proprijs meritis & persona: & ita dicit iudicatum Aluarus Valascus vbi supra: & licet aliqui dicant dictam magis communem obtinere etiam locum in filio naturali nato ex soluto & soluta, mihi tamen hæc opinio falsa est, & nullo iure probatur, & contrarium praxi admittit, cum & hi in nobilitate patris succedant, ex l. 10. & 11. Tauri, licet contrarium, scilicet, quod sint infames, videatur probare l. 2. tit. 6. par. 7. & alia iura quæ citat Ioan. Garc. de nobilitate, glo. 21. nu. 19. Sed intellige, in spurijs, vt intelligit Azeued. in l. 10. tit. 8. num. 50. lib. 5. recopilat. aut melius, quod in naturalibus infamia sit leuis, & de facto, & quæ non cadit in considerationem, &



sic practicatur, vt dictum est: vide etiā Azeued. cum Didaco Perezio, quem allegat in l. 1. tit. 4. nu. 111. lib. 5. recop.

Additio ad Decisionem CXLIII.

**N**ota, quod consensus præsumptus ex lapsu longi temporis, æquipollet expresso, & sufficit, vbi lex requirit consentum, aut licentiam pro solemnitate alicuius contractus: cuius contrarium tenuit Auend. in tract. ad l. 4. & 5. tit. De las excepciones, a num. 41. Sed tu vide Azeued. latissimè in l. 2. a num. 18. cum sequentibus, tit. 3. lib. 5. recop. & Martiè. in l. 3. eiusdem tituli, glo. 1. Mascard. in tract. de probat. parte. 1. conclu. 417. per totam, & quæ ego latè dixi lib. 3. quæstion. quæst. 23. de titulo & solemnitate præsumenda, vbi plura adduxi: & vera est Auctoris sententia contra Auendansum.

Additio ad Decisionem CXLV.

**D**E materia huius decisionis, quæ quotidiana est, vltra Couar. & alios hîc citatos, vide latissimè Ioan. Garciam in tract. de expensis, c. 4. a num. 30. cum sequentibus, & Gutierrez lib. 2. practicarum, quæst. 177. & in repeti. l. nemo potest, a num. 38. ff. de leg. 1. Sa Lazar de vsu & consuetudine, c. 11. a num. 60. Doctore X Suarez de Paz in sua praxi, to. 1. par. 4. c. 1. a num. 49. Azeued. in l. 1. tit. 1. §. glo. Sobre su heredad, lib. 5. recop. eundem Gutierrez d. lib. 2. quæst. 167. num. 4. latissimè Felicianum, qui plures ex his refert, in tract. de censibus lib. 3. cap. 4. per totum. Communis & vera resolutio est, quam tradit autor in presenti, quod pro censibus decursis potest conueniri, & exequitari absque vlla excussione tertius possessor

rei censui affectæ, & eam quotidie praticamus.

Additio ad Decisionem CXLVI.

**D**E materia, quando diuisio præsumatur ex temporis diurnitate, dixi latissimè dicto lib. 3. quæstionum, quæst. 23. vbi vide: interim vide Gutierrez in d. repet. l. nemo potest, de leg. 1. a num. 209. Meness. in l. 2. a num. 34. C. de seruitutibus & aqua, latissimè Mascard. in suo tract. de probatio. parte. 1. conclusio. 526. per totam. Communis resolutio est, quam tenet hîc Autor, scilicet, quod diuisio præsumatur ex cursu decenali possidentibus hæredibus pro partibus æqualibus, nisi existant coniecturæ in contrarium: si tamen partes sint inæquales, magis communis est cõtra Autorem hîc, quod diuisio non præsumatur, quam ego sequutus fuit, in dicta quæstione, quæ vera est, quando in æqualitas esset notabilis, & non paræ quantitatis, aut nisi aliqua indicia existerent de recompensa data, aut de diuisione facta: & sic est intelligendus Autor hîc, aliàs malè diceret, & cõtra magis communem resolutionem: & dicta præsumptio obtinet etiam iure nostro regio, vt per Gutierrez, & Meness. vbi supra, nam leges Regiæ, quæ in contrarium facere videntur, vt est, l. 5. titu. 1. 5. lib. 4. recop. loquuntur, quando constat nullam esse factam diuisionem, quia tunc debet fieri, nõ obstante temporis lapsu: secus in dubio, de quo vide ibi Azeuedum.

Additio ad Decisionem CXLVII.

**N**um. 2. ibi, Nunquã consideratur persona primi emphiteota, sed domini directi. Hæc resolutio vera & communis est,

est, de qua vide Menoch. conf. 226. a num. 157. & a nu. 185. lib. 3. Aurel. Corbul. in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob alienationem, ampliacione. 24. & vide quæ habes ad decis. 26.

Num. 3. ibi, Debemus in hoc casu. Quando emphiteota possit purgare moram, quam adhibuit in solutione canonis, & vsque ad quod tempus, vide latissimè per Aurel. Corbul. in d. tract. tit. de causa priuationis ob non solum canonem, limit. 41. Menoch. in tract. de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu. 7. num. 8. Iosephum Ludouicum de cõsione Lucana. 8. a num. 6. Guillelmum Redoan. in tract. de rebus Ecclesiæ non alienandis, quæst. 20. tit. de purgatione moræ ob cessatam solutionem canonis. Iul. Clarum lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 8. latè cum pluribus Bursatum conf. 25. a num. 44. lib. 1. Franciscum Sarmientum Episcopum lib. 3. Selectarum, c. 5. Ola. in antynomijs ad Villalobos, lit. E. nu. 8. & l. 28. tit. 8. part. 5. Communis resolutio est, quod iure cõmuni ex æquitate canonica emphiteota potest purgare moram incontinenti, & intra tempus iudici arbitrarium. Iure Regio ex d. l. Partitæ intra decem dies, & quod Autor hîc dicit de litis contestatione, est secundum legem sui regni: & de vera & propria litis contestatione, de qua Autor hîc mentionem facit, vide Ola. vbi supra, lit. L. a num. 35. & Azeued. in l. 1. verbo, Conociendo, num. 22. tit. 4. lib. 4. recop. & Baptistam Asiniam in sua praxi ciuili, §. 17. c. 2. & 3. cum sequentibus, & communiter cõcluditur, quod vera & propria litis contestatio inducitur per negationem ipsius rei.

Num. 4. ibi, Si domino placuerit. Nota, quod venditio sub conditione, si domino placuerit, & non aliter nec alio modo, excusat à caducitate, etiam si processum sit ad traditionem: de quo vide

Corbul. in d. tract. tit. de causa priuationis ob alienationem, limit. 37. Bursat. conf. 26. a num. 1. lib. 1. Iul. Clar. in d. §. emphiteosis, quæst. 13. Grammaticum decis. 49. nu. 5. Rolan. a Valle conf. 31. a num. 38. lib. 2. Menoc. conf. 38. a num. 21. lib. 1. Resolutio magis communis est secundum sententiam Auctoris, licet secuta traditione plures contrarium teneant, quorum opinionem intelligere veram, si contrahentes nimium distulissent licentiam à domino petere post factam traditionem: nam tunc vel protestatio fuit apposta in fraudem domini, vel tacite videntur ab illa recessisse, vnde vt protestatio excuset, deberent intra modicum tempus domino denuntiare, aliàs in commissam caderent: & protestatio tanquam fraudulenta non iuuaret, & sic in praxi obtineretur: aliàs esset aperta via fraudibus: quod nota.

Num. 5. ibi, Non obstat. De deterioratione vide latè eundem Corbulum in d. tract. titu. de causa priuationis ob deteriorationem, a num. 28. & 31. cum sequentibus. Ioan. Garciam in tract. de expensis, c. 33. & vera est sententia auctoris in presenti, ex aduictis à supra citatis.

Additio ad Decisionem CXLVIII.

**V**ide latissimè de omittente reponere in inuentario, Fabium Turretum Perusinum conf. 47. lib. 1. per totum, & ibi de protestatione num. 85. & Paris. conf. 12. num. 28. lib. 2. Guidon. Papæ conf. 42. a nu. 1. Corp. conf. 246. a num. 17. lib. 2. subscriptio ad consiliu. Portij Imolenis, 50. in fine. Alexan. de Næuo conf. 34. num. 19. Menoch. conf. 471. lib. 5. per totum. Doctorem Spino de testamentis glo. 35. num. 40. & concludo ex his, quod hæres protestans excusatur à præsumpto dolo & peenis, si

lib. 2. 290. et 291.

lib. 2. 290. et 291. n. 16. ubi Auctorem peris merito laudat.

peris 122.

peris 122. n. 13. ubi dicitur quod Felicianus dicit.

alias res denuo occurrētes manifestet, & faciat apponi in inuentario, nisi ex alijs coniecturis vrgentioribus conuincatur de dolo.

**Additio ad Decisionem CXLIX.**

**V**ide de hac decisione additiones quas feci ad decisionem secundam, vbi totam materiam huius decisionis apostillauī.

Num. 4. quando præsūmatur emphiteosis, & consensus domini ex diuturnitate temporis, dixi late lib. 3. quæstionum, quæst. 23. vbi infinita allegaui.

Num. 7. quando clericus possit dotare filiam spuriam ex redditibus sui beneficij, & an ad id teneatur, vide Spinno in d. tract. glo. rub. 14. num. 9. Communiter cōcluditur, quod sic. Vide Tauristas omnes in l. 9. Tauri, & ibi Velaz. qui Couar. Matien. & alios citat, & Laram de alimentis. §. idem rescriptis, a num. 23.

**Additio ad Decisionem CL.**

**Q**vando emphiteotæ fiat remissio propter sterilitatem, videndus est omnino Aluarus Valascus hic citatus, & vltra cum Aurelius Corbulus in d. tract. tit. de causa priuationis ob non solum canonem, limit. 30. & Bursarus consi. 11. a nu. 22. cum sequentibus. Hippoly. Rimi. Jun. cons. 40. & cons. 49. lib. 1. Communiter cōcluditur, quod si pensio fructibus correspondeat, fit remissio emphiteotæ, quemadmodum conductori, aliàs non: quod ego intellexerem, quando pensio esset æqualis illi quæ daretur a conductore ad tempus, vel parum minor, aliàs nunquā in praxi obtineret dicta decisio, nec vnquā vidi practicari; & ad id quod dicit de-

cisione de decima, vide Baezam de decima. c. 29. & omnes summissas verbo, Decima, Azeued. in l. 2. nume. 15. titulo. 5. lib. 1. recopila. & vide Ferraram & adentes in forma libelli ad ficti præstationem, verbo, Recusans. & Tellaorum decis. 20. per totam.

**Additio ad Decisionem CLI.**

**V**ide de materia, quæ dixi ad decisionem. 5. & 8. & Aluarum Valascum de iure emphiteotico, quæst. 49. Fabi. Turret. cons. 61. & Caldas de nominatione, quæst. 15. per totam / & de transactione in bonis maioratus, & in bonis feudilibus; & in bonis prohibitis alienari, vide Molit. lib. 4. de primogenijs. c. 9. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum, §. feudum, quæst. 39. Pinel. in l. 1. 3. parte, a num. 44. C. de bonis maternis. Menoch. cons. 599. a num. 3. cum sequentibus lib. 6. eundem cons. 442. a nu. 28. lib. 5. Nattam. cons. 501. num. 61. lib. 3. Traq. in l. si vnquam, in præfatione nu. 31. C. de reuocandis donationibus. Roland. cons. vltimo, nu. 110. lib. 4. Curt. Jun. cons. 192. num. 24. lib. 3. Communis resolutio est, quod pater non potest transigere de re emphiteotica, feudali, aut maioratus, vel fideicommissi, in præiudicium filiorum, nisi rem ipsam retinendo, quam alienare non potest: & ita practicatur.

**Additio ad Decisionem CLII.**

**D**E filiatione probata, & praxi eius, vide Petrum Surdum cons. 1. num. 38. lib. 1. Hippoly. Rimi. Jun. cons. 383. nume. 15. lib. 4. & 340. nume. 56. lib. 3. Ceph. cons. 540. num. 102. lib. 4. Simonem de Pretis cons. 134. nume. 11. & 136. num. 14. lib. 1. Viulum decis. 212. elegan-

elegantissimè Menoch. in tract. de arbit. iudicum, lib. 2. cent. 2. cas. 89. & eundem, vbi tractat materiam de probatione ad alimenta, cons. 491. a num. 22. cum sequentibus, allegat Couar. in practicis c. 6. num. 6. Cordubam de Lara in tract. de alimentis. §. si vel parens, a num. 42. Molinam de primogenijs lib. 2. cap. 6. a num. 36. & Menoch. cons. 521. a num. 10. lib. 6. & vide Anto. Gomez. Velaz. Tellum, Ceruantes & alios Tauristas in l. 12. Tauri, Couar. in 4. parte. 2. c. 8. §. 4. a num. 7. latissimè Mascardum in tract. de probatio. 2. parte, conclus. 787. 788. 789. 790. 791. 792. vbi latissimè & melius quam alibi de tota materia, Matien. & Azeued. in l. 10. tit. 8. lib. 5. recop. Communis resolutio est, quod filiatio probatur per coniecturas, & quod filius præsūmitur mariti, quando natus est in domo sua, etiā si vxor sit adultera, nisi aliæ vrgentiores coniecturæ demonstrant contrarium: & quod etiam præsūmitur filius illius, qui concubinam in domo habebat, & etiam si haberet extra, si probaretur, quod nullus ad eam accedebat præter amicum; licet contradicit Decius hic relatus, contra quæ est magis cōmunis opinio, prout refert Mascardus d. conclus. 788. a num. 29. & iure nostro regio ex d. l. 2. ad probandū, quod filius sit naturalis ex soluto & soluta, vltra alia indicia, necessarium erit probare tacitam vel expressam patris recognitionem: quod in spurijs non est necessarium: vt per Azeued. vbi supra, & ad præstanda alimenta lite pendente, sola quali possessio, aut vnus testis, aut alia indicia non multum vrgentia sufficiunt, si filius habeat primam sententiam in suum fauorem, sine qua sunt necessaria dicta indicia: sin vero vrgentiora, vt per Menoch. cum Couara & Molina vbi supra: sed in praxi adhibita summaria cognitione absque pri-

ma sententia per viā prouisionis præstantur alimentā filio litiganti, vt per Autorem, Rebuffi & alios allegatos a supra citatis.

**Additio ad Decisionem CLIII.**

**D**ecisio hæc loquitur in terminis legis Lusitaniæ, quæ loquitur de filijs, & decidit Autor, quod fauore testamenti cōtinetur posthumis: & habetur pro instituto: & quando contineatur posthumus filij appellatione, vide Manticā in tract. de coniecturis lib. 1. tit. 2. nu. 16. Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum volūtatum, lib. 2. fol. r. nu. 15. Resolutio est, quod in fauorabilibus filij appellatione continetur posthumus, secus in non sibi fauorabilibus; & ideo bene iudicauit Senatus in casu huius decisionis, ommissa opinione Autoris.

Nu. 3. ibi, Testatoris voluntatem. Nota, quod ex testamento imperfecto, nullo, & reuocato, declaratur voluntas testantis, de quo vide Aluarum Valascum in consultatione, 61. num. 15. 16. 17. Simonem in d. tract. lib. 1. interpretat. 1. dub. 3. solu. 5. a num. 54. cum sequentibus, qui singulariter loquitur. Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsumptione 167. nu. 12. Resolutio est, quod actus, aut scriptura nulla, quo ad vim disponendi, nec inducendi per se nihil facit, declarat tamen voluntatem dubiam in dispositione & testamento valido, nisi sit nulla ex imperfectione volūtatis; nam tunc, cum ibi sit etiam voluntas incerta, non potest in alia dispositione certificari: quod limitarem, nisi dispositio de qua in actu nullo, probaretur perfecta, quia quo ad eam nihil amplius voluit testator disponere, ex notatis in l. 1. qui testamentum. ff. de testamentis, & ex his quæ dixi lib. 1. quæstio. 91.

Additio.

## Prima pars Additionum

### Additio ad Decisionem CLIII.

**A**D hanc decisionem vide Petrum Santerna Lusitanum in tract. de afsecuratione & sponsonibus mercatorum, parte. 3. num. 47. & 48. qui concordat cum Autore hic, & vide aliquid per Valasum consultatione: 75.

### Additio ad Decisionem CLV.

**D**E materia huius decisionis, quæ quotidiana est, vide Baezam in tractatu de non meliorandis. c. 11. a num. 131. cum pluribus sequentibus. Communistas lib. 5. communium tit. 6. num. 17. & nu. 11. in fine, latissimè Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 15. per totam, & conf. 370. a num. 30. lib. 4. Hieronym. Gabriel. conf. 156. a num. 20. lib. 1. Alciatum de præsumptio. regula. 1. præsumptio. 26. DD. maximè ambos Socin Rip. Paris. & alios in l. 1. ff. soluto matrimonio. latissimè Mascard de probat. parte. 3. conclusi. 1550. Resolutio magis communis est, quod in dubio pater censetur promittere de tem de suis bonis, & non de bonis filiar, etiam si simpliciter dicat, quod promittit ex bonis utriusque, nisi adijciat certam quantitatem de bonis filiar, vel expresse promittat ex bonis filiar, vel adijciat, solutionem faciendam etiam de bonis filiar, contra Baldum Nouellum: cuius opinio vera erit, si dos sit exigua, non excedens legitimam filiar, & filia non consentiat protestationi: si tamen pater esset inops, & non sufficiens ad tantam dotem, in dubio dotando de bonis suis & filiar, censetur promississe partem dimidiam de eius bonis, & secundum hæc vera est decisio Senatus in præfenti.

### Additio ad Decisionem CLVI.

**N**Vme. 1. De interesse lucri cessantis dixi latè in additionibus ad decisionem. 110.

Nu. 2. ibi, Quo ad primum triennium. De materia ultra Couar. hic citatum, vide latè & eleganter Molinã, qui Iul. Clarum & alios allegat, in tract. de primogenijs lib. 1. c. 21. a num. 28. cum sequentibus, & cum præcedentibus, Viuium decis. 106. a num. 1. Plotum conf. 19. a num. 60. Mari. Anguifol. conf. 99. Beci. conf. 92. a nu. 15. lib. 1. Rimi Iun. conf. 234. a nu. 73. lib. 3. Guillelm. Redoan. in tract. de rebus Ecclesiar non alienandis, quæ sit 6. §. item ex præmissis. Benintend. Rota Bononiensi decis. 13. a num. 14. Auend. in. 1. parte mandatorum, c. 4. circa finem, Caualecanum latissimè decis. 43. a num. 1. cum sequentibus. 1. parte, & Mascard. de probatio. 2. parte. conclus. 603 a num. 28. & vide proprios motus Pauli. III. fol. 367. Pij. III. fol. 415. & Sixti. V. fol. 847. & ibi additiones in libro collectionis motuum, ex quibus omnibus vera colligitur resolutio, quod locatio rerum Ecclesiasticarum, secundum dictas extrauagantes non valet ultra triennium, licet plures dubitent de vsu earum, qui esset semper probandus & articulandus, & quod solū vitiatur in parte prohibita, quando ex forma contractus, vel ex intentione contrahentium diuisionem recipiunt: secus si ex forma contractus diuidi non possunt, nisi sublata forma, & præiudicando intentioni contrahentium, contra Molinam: imò secundum rigorem dictarum extrauagantium, quæ punte volunt tales contractus facientes, in totum vitiatur: quod in puncto iuris verius credo, licet magis communis opinio sit in cōtrarium, quæ

## Ad Decisio. Anton. Gamma.

64

quæ in praxi seruanda est, locatio verò fructuum beneficij facta à beneficiato, valet ultra triennium in sui præiudicium, & ita practicatur, licet in iure cōtrouersum sit: quod nunc non dispuo. Nauar. tamen contrariū tenet: quod de rigore verum existimo, licet in praxi non seruetur: vide etiam repertorium Raudésis lit. L. verbo locatio ad nouennium, cum versiculis sequentibus, tract. de contractibus emphiteoticis, qui allegat Nauarrum, & Bossium, & Calcaeneum conf. 125. & vide Nauarrum cōf. 11. lib. 3. tit. de rebus Ecclesiar, & tit. de præbendis conf. 57. & vide Autorem in decisione finali.

### Additio ad Decisionem CLVII.

**V**ide de materia Autores citatos in decisione 69. num. 2. in additione quam feci, vide etiam Burg. de Paz cōf. 7. num. 16. Iul. Cla. lib. 5. sententiarum, §. falsum, a num. 34. Mihi vera resolutio est, quod in testamento nuncupatio per testes comprobato, qui de verbis & voluntate testatoris deponunt, cesset poena falsi, & valeat in totum testamentum: secus si non sit comprobatum, ut per Dynum: in testamento verò in scriptis censendum est totum contrarium. Nec Bart. hic citatus contradicit, cum semper loquatur in testamento nuncupatio, & quando nõ probatur per scripturam scribentis.

Ibi *Vt rationes, &c.* Quando testator possit aliquem liberare a ratione reddenda, & quid operetur hæc liberatio, vide Anto. Gomet. lib. 2. variarum. c. 18. a num. 82. Couar. lib. 2. variarum. c. 14. a num. 1. cum sequentibus. Crassum in tract. sententiarum. §. legatum. quæstione. 40. *Præterea & de iure. c. 2. ad l. 60.*

### Additio ad Decisionem CLVIII.

quæ

**A**utor hic tractat materiam de legato & fideicommissio conditionali, & quando transmittatur pendente conditione, & per quæ verba inducatur conditio, & de modo, & quomodo debet prius impleri, quam emolumentum sequatur i de quo vide Simonè de Pretis lib. 5. de interp. vltimarum voluntatum, interpre. 2. dub. 2. a num. 109. cum sequentibus, & dubio. 1. a principio cum sequentibus. Sfortiam conf. 69. & conf. 37. Anton. Tessauro decis. 270. a num. 2. Molin. lib. 2. de primog. c. 14. Decian. conf. 1. a num. 163. lib. 1. Franciscum Viuium decis. 300. & decis. 398. Zachum; Tornellum & alios post antiquiores in l. hæredes mei. §. cum ita, ad Trebel. Anton. Gabriellin. communibus, tit. de hæred. int. conclus. 4. lib. 4. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. casu. 165. Bursi. conf. 71. a num. 7. lib. 1. Ioseph. Lud. decis. Perus. 102. Rimi Iun. conf. 18. lib. 1. Hieron. Gabri. conf. 121. nu. 29. lib. 1. Mantican. de coniecturis lib. 1. d. titu. 20. Ceph. conf. 116. lib. 2. & 383. a num. 24. lib. 3. & Hieron. Gabri. conf. 91. lib. 2. Sfortiam de subst. par. 4. artic. 2. limi. 9. Nattam. conf. 551. a nu. 19. & 688. lib. 4. Et de modo, conditione & differentijs, Paris. conf. 19. a num. 250. lib. 2. melius Menoch. lib. 4. præsump. præsump. 175. & præsump. 146. & conf. 131. lib. 2. & de transmissione Rimi Iun. conf. 244. num. 61. lib. 3. & Sforti. ubi supra, par. 6. artic. 2. limi. 3. Fabi. Turret. conf. 2. a num. 30. Menoch. conf. 95. a nu. 61. lib. 1. & 106. a num. 44. lib. 2. & 303. num. 32. lib. 4. Ceph. conf. 670. nu. 29. lib. 5. Bursi. conf. 300. num. 26. lib. 3. Decian. conf. 28. num. 10. lib. 1. & de conditione, cum infinitis Turret. d. conf. 2. a num. 12. & de transmissione cum d. conf. 10. a num. 19. cum Menoch. conf. 21. a num. 11. lib. 3. Rimi. ablat. conf. 476. num. 52. lib. 4. Michael. Crassum in suo libro sententiarum. §. fideicommissum

commissum, quæst. 67. & 68. & de conditione eundem in §. legatum, quæst. 47. & 48. cum alijs sequentibus, & de modo, quæst. 58. Ioan. Botram conf. 44. a num. 24. & 70. a num. 15. & 85. a num. 25. & 106. a num. 12. & de iure deliberandi Anto. Gomez tomo. I. variarum cap. 9. & c. 12. num. 71. ex quibus collige sequentes resolutiones vtilis ad præsentem decisionem.

Prima, quod conditio inducitur per verba, si cum, & ea conditione, & alia similia; & si verba sint dubia, colligitur ex coniecturis, vel ex voluntate testantis, qui voluit prius impleri aliquid, quàm emolumentum sequatur.

Secunda, Legatarius sub conditione non consequitur aliquid, vsque dum sit impleta conditio: vel si est potestativa, non steterit per eum, & si mixta, si non deficiat per casum, sed per alium etiam implere debentem.

Tertia, Legatarius decedens nõ impleta conditione, nihil transmittit ad suos hæredes, nisi constet de contraria testantis voluntate ex coniecturis, ex quibus vel datur transmissio, vel impeditur, etiam si aliàs de iure daretur, vt per Turret. vbi supra, & Autorem hinc.

Quarta, In modo non impeditur transmissio, & in dubio præsumitur modus, vt dispositio sit pura.

Quinta, In legatis & fideicommissis particularibus non datur transmissio, etiam ex potentia suitatis, vel iuris deliberandi, sed ex potentia sanguinis, vt per Anton. Gomez. vbi supra, & Autorem hinc.

Vltima conclusio, Legatarius nõ tenetur expectare quod requiratur, vel interpelletur ad implendam conditionem, sed ipse debet implere quam primum poterit, ex supra adductis, & sic bene dixit Autor in præsentem decisionem.

Additio ad Decisionem CLIX.

DE materia huius decisionis vide Marchesanum in tract. de speciebus, cap. 37. & cap. 43. Auendañ in tractatu de secunda supplicatione in principio, num. 1. Menoch. in tract. de adipiscenda, remedio. 4. a num. 822. Azeued. per tex. ibi in l. 3. tit. 18. nume. 10. lib. 4. recopil. Concluditur, quod iure communi, & iure nostro Regio, potest appellari à sententia, qua quis se pronuntiat iudicem competentem, vel in competentem, nisi in superioribus iudicibus ita pronuntiantibus, à quibus non licet supplicare.

Additio ad Decisionem CLX.

DE materia huius decisionis, quando fideicommissum conditionale transmittatur, & quando nepos repræsentet filium primogenitum ad excludendum patrum, & quando filij appellatione nepos contineatur, diximus latè ad decis. 59. & ad decis. 92. & ad decis. 158.

Num. 4. ibi, *Quod conditio.* Nota, quod conditio si sine liberis, remanet impleta eo tempore, quo possessor est in statu, in quo naturaliter non potest filios habere, & tunc cedit dies fideicommissi, licet non dies petitionis vsque ad mortem, Hoc tamen dictum licet singularissimum sit, verum non est, quia conditio, si sine liberis decedat, implicat duas condiciones, vnam de liberis, alteram de tempore mortis, qui dies incertus est, & pro conditione habetur, & ideo licet prima sit impleta ex dicta naturali impotentia, nõ tamen secunda, quia potest substitui ante mori, vt Autor hinc considerat. ita cum

cum Ruino & Alexan. considerat & tenet Mantica in tracta. de coniecturis lib. 1. tit. 7. num. 23. Facit Menoch. cū Fulgos. & alijs lib. 4. de præsumptionibus præsumptione. 169. a num. 12.

Additio ad Decisionem CLXI.

IDE quæ dixi ad decis. 24. vbi cum Galas & alijs tenui contra Autorem prædicti.

Additio ad Decisionem CLXII.

DECISIO hæc continet vnam singularem conclusionem Antonij de Gamma, licet contra eam fuerit iudicatum, scribitur quod vxor minor restituitur contra fideiussionem à marito factam pro sua medietate bonorum communium; quia vxor ex hac decisione non tenetur soluere medietatem debiti contracti ex fideiussione; vt videbis per Marienz. in l. 7. titulo. 3. libro. 5. recopilario. glo. 1. nume. 1. & 2. in l. 3. glo. 7. nume. 3. titulo. 9. lib. 5. recopilat. & ibi Azeued. Ayora de partitio. 1. parte, cap. 8. nume. 12. Ioan. Garcia de acquiribus nume. 149. Gutierrez lib. 2. practicarum, quæstione. 124. & de restitutione aduersus fideiussionem, de qua hic, latè Sfortia de restitutio. 2. parte, quæstione. 54. per totam, & de restitutione aduersus factum tertij eum quæstione. 69. & quæstione. 61. Sed si maritus ex suis bonis soluere potest, non videtur vera talis decisio, nec rationem habet, cum nihil cum minore gestum sit, nec per se ex contractu læsa sit. Si vero nõ potest, potest ipsa se opponere pro suo interesse, & ipso iure tuta erit. Vnde nunquam vidi talem conclusionem practicari, & merito contra eam iudicatum est.

Additio ad Decisionem CLXIII.

DECISIO hæc tractat de iohatione ob causam dapis, an reuocetur prætextu ingratiitudinis; & an collata post mortem cum clausula non reuocanda, sit donatio inter vivos. De primo vide Tiraquel. & infinitos alios. Autorem allegatos à Ioanne Garcia regulam. num. 31. & de secundo allegatos ab eo regula. 96. in fine, & de secundo vide Viuis. decis. 257. & de primo Azuod. in l. 3. glo. 1. & a nume. 23. & in l. 6. titulo. 10. lib. 5. recopilatio. Matienz. in l. 15. glo. 2. & 6. de glo. 1. & l. 7. glo. 5. d. tit. & de secundo vide Viuis. Matienz. 7. glo. 1. per totam in dicto titulo; qui late dicitur, & in dicto tractat. Menoch. conf. 60. num. 38. lib. 1. & infinitos allegat Ioan. Botram conf. 13. nu. 22. & 23. & 4. & de primo finali ad propositum vide infrascriptos allegatos à Turreto conf. 46. a nume. 90. lib. 4. conf. 97. Eugen. Perus. conf. 7. nume. 4. de secundo Menoch. de præsumptio. 6. præsumpt. 10. & de primo Menoch. conf. 493. num. 93. lib. 5. & 496. in l. 117. eodem lib. & 155. nume. 6. lib. 2. Cephal. consil. 466. lib. 4. & de primo in terminis ingratiitudinis vide Pinol. in l. 3. num. 62. illatio. 12. 14. & 16. O. de bonis maternis, & cum Palacios, Ferteto, Xuarez, Viuis & alijs, vide Burfatum conf. 31 a num. 4. lib. 1. & de Tauristas in l. 17. Tauri. Communiter concluditur, quod talis est inter vivos, & non potest reuocari ob ingratiitudinem.

Additio ad Decisionem CLXIII.

NOTA hanc decisionem, quæ concordat cum decisione. 140. nume. 3. & melius

melius hinc quam ibi Autor declarat suam mentem: vide quae ibi addidi, quia conueniunt his quae hic Autor late declarat.

Additio ad Decisionem CLXV.

**D**E confessione facta in testamento, & in articulo mortis, & in absentia partis, quam hinc faciat, vide latissime per Mascard. de probatio. 1. parte, conclusionem. 349. & 350. & 359. ubi late de confessione facta in testamento, & iurata & acceptata, & Hippol. Rimi. Jun. conf. 31. a num. 34. & 4. & 23. a num. 302. & 78. a num. 44. & 45. a nume. 19. lib. 1. & eund. conf. 103. a nu. 28. lib. 1. Fabium Turretum conf. 32. num. 18. & 23. num. 26. & 86. num. 47. & 67. num. 27. & 85. a num. 2. & 59. nume. 3. lib. 1. Burfat. conf. 32. a num. 30. & 119. a nu. 18. & 32. a nume. 43. & 34. nume. 23. & 118. nume. 3. & 88. nume. 12. lib. 1. Menoch. conf. 459. a num. 25. & 476. num. 10. & 409. num. 65. & 476. num. 5. lib. 5. Anton. Tessauro decif. Pedem. 109. Viuium decif. 191. a num. 1. & 296. nu. 5. & 23. a num. 2. & 384. a num. 1. Eugeni. Perusin. conf. 97. a num. 10. lib. 1. ex quibus videbis, quam vim habeat confessio facta per instrumentum a parte acceptata, & facta in absentia partis, & iurata & simulata, & quando vna reuocetur per aliam in prauiudicium tertij, & reperies bene iudicatum in praesenti decisione.

Additio ad Decisionem CLXVI.

**A**Dde notabilem decisionem, quod donatio omnium bonorum inter viuos cum reservatione solius ususfructus valida est, & quod non requirit insinuationem: vide Gagnol. post alios scribentes in. l. fin. nume. 246. C. de pa-

ctis. Hiero. Gabr. conf. 139. num. 5. lib. 1. Anto. Tessauro decif. 97. & decif. 199. per tota. Ducas reg. 2. 6. Jul. Cla. lib. 4. sententiarum. 2. donatio. quaestio. 19. Couar. 2. par. 1. ubi de testamentis, a num. 4. Villalobos in antynomijs, & ibi Olan. lit. D. a num. 4. Molin. de primo genijs, lib. 2. c. 10. a nume. 20. Mencha. de success. creatione, tomo. 1. §. 1. a nu. 32. Matien. & Azeued. in. l. 8. tit. 10. lib. 5. recop. Couar. lib. 3. variarum. c. 12. Ceph. conf. 485. a nu. 133. lib. 4. & conf. 44. num. 24. lib. 1. Rol. conf. 39. a nu. 1. lib. 1. Graue. conf. 222. lib. 2. Viui. opinione. 73. lib. 1. suarum communium, Xarez in suis communibus, verbo donatio, a num. 177. Ioan. Bottana conf. 58. a nume. 36. Anton. Gab. conf. 141. a num. 1. Bursa. conf. 136. nume. 11. lib. 2. Neuz. conf. 25. num. 23. Roland. conf. 65. a num. 7. lib. 1. Menoc. conf. 496. a num. 115. lib. 5. Socio. Jun. conf. 145. nu. 20. lib. 1. & 127. nu. 22. lib. 3. Sfortiam conf. 93. a num. 37. lib. 1. Communis resolutio est, quod donatio omnium bonorum, reseruato vsufructu, valet iure communi, iure vero nostro regio non non valet, nisi ultra reservationem vsufructus reseruetur aliqua quantitas, de qua donans testari possit: & haec donatio simplex donatio est, & ideo requirit insinuationem, quia donatio est inter viuos: quidquid Autor hic dicit: nam Alexan. & quos ipse allegat, loquuntur in donatione remuneratoria, aut in donatione ob causam, quando causa non excedit donationem, vel in modico excedit, vt declarat cum Tiraque. & alijs, Hipp. Rimi. Jun. conf. 9. a nume. 57. lib. 1. Secus vero si excedat, vt per eundem Tiraque. in. l. si vquam, verbo donatione largitus, a nume. 149. & ita Autor bene iudicauit secundum ius commune, non autem secundum ius nostrum regium, quod ipse seruare non tenebatur.

Additio

Additio ad Decisionem CLXVII.

**D**E materia huius decisionis, quando filius naturalis excludat substitutum sub conditione, si sine liberis; diximus late lib. 1. quaestionum, quaest. 16. & in additionibus ad decisionem secundam Lusitaniae, & tractat late, subtiliter & elegantissime Menoch. de praesumptio. lib. 4. praesumptio. 78. Galdas de nominatione, quaestione. 20. & quaestione. 21. & in materia legis Regiae, de qua hic per Autorem, idem Galdas quaestione. 12. a nume. 57. melius Aluarez Valasco consultatione. 794. per totam: & quis dicatur filius naturalis, ponunt Anton. Gomez, Velazquez, & Taurista omnes in. l. 10. & 11. Taurinae melius per Matien. in. l. 9. glo. 2. titulo. 8. lib. 5. recopilatio. vbi de nato ex ancilla. & homine libero, & Cardin. Paleotus de nothis & spurij cap. 13. & cap. 26. & 27. vbi, & in pluribus capitulis praecedentibus & sequentibus plura ad rem accommodata apponit. Tandem conclusi in locis supradictis, quod filij naturales ab intestato succedentes excludunt substitutum, quia habentur vt legitimi, & quod naturalis est natus ex serua & libero soluto, & sic concluditur in hac decisione, & bene.

Additio ad Decisionem CLXVIII.

**D**E materia huius decisionis dixi in additione ad decisionem. 144. & citauit plures Autores, & locum vbi abunde de materia egi.

Additio ad Decisionem CLXIX.

**A**N adulterium excusetur ob ignorantiam, vide Canonem in quaestione

tionibus criminalibus. cap. 4. titulo de adulterio, num. 28. & num. 50. fol. 495. & Anabolam in c. nonnullis, de Iudicis. & in cap. 1. de adulterijs, & Bernard. Diaz in praxi, cap. 85. Viui. decif. 122. in fine. Resolutio est, quod si ignorantia est probabilis, & quasi inuincibilis, & adulterium committatur in figura matrimonij palam, & in facie Ecclesiae contracti, nulla poena ignorans puniatur. Si tamen extra matrimonium, non punitur poena ordinaria adulterij, sed alia mitiori arbitraria, & sic est intelligenda praesens decisio.

Additio ad Decisionem CLXX.

**D**E casu huius decisionis vide in terminis elegans consilium Fabij Turretij Perusini. 57. & vide quae allegat de delicto attentato, in quo dicit procedi non posse ex officio: de quo vide Iulium Clarum in praxi, quaestione 92. & quaestione 17. & vide de emittente sagittam, eundem quaestione. 38. num. 9. & vide ad propositum elegans consilium Cephal. de faciente insultum cum archabulio, consil. 204. lib. 2. In his regnis etiam habemus leges, quae ponunt casus, in quibus potest ex officio procedi, non practicaretur haec decisio: nam generali consuetudine iudices in omnibus delictis procedunt ex officio, non existente accusatore, nisi in iniurijs verbalibus.

Additio ad Decisionem CLXXI.

**D**E materia, quando sur gaudeat immunitate Ecclesiae, & de doctrina Barto. in. l. si dominium, vide Couar. lib. 2. variarum, cap. 20. a num. 13. Guierrez lib. 1. practicarum, quaestio. 1. a nume. 22. Doctorem Xarez de Paz

in sua praxi tomo. 1. cap. 3. §. 3. a num. 88. Iulium Clarum in sua praxi criminali, quaestione. 3. versiculo, *Quero an fures*. Quesada in libro diuersarum quaestionum iuris lib. 1. cap. 1. fol. 5. Azeued. in. l. fin. titulo. 2. lib. 1. recopila. eleganter cum Mantua Tiberium Decianum in suis tractatibus criminalibus lib. 6. cap. 28. a nume. 4. Communiter concluditur, quod furi simplici, de iuris rigore suffragatur immunitas Ecclesiae, licet in Hispania consuetudo contraria id non admittat: quam dicit rigurosam & impiam Tiberius Decianus ubi supra sed cum hoc vitium admodum frequens sit, & in maximum Reipublicae damnum, non est ita impia dicta consuetudo, vt putat Decianus, & ideo seruanda,

Additio ad Decisionem CLXXII.

**H**æc additio est utilis ad nostras huius regni pragmaticas, quæ loquuntur de vestibus prohibitis, in quibus semper dubitatur, an requiratur apprehensio, & an possint domi portari, & an vestes prohibitae existentes in domo, vel prope domum, ob viciniam presumantur domini domus, ad hoc vt puniatur: de quo ultimo vide Autorem hic, & in confirmationem eorum quæ dicit, vide Carrerium Reginum in sua praxi criminali, versiculo, *Tertiumdecimum*. fol. 60. in paruis. Iacobum Nouellum in sua praxi criminali ad offensam. §. furtum, a num. 7. & §. visum, a nume. 41. & ad defensam a nume. 145. Mascard. in tract. de probatio. 2. parte, conclusionem. 831. a num. 13. & conclusionem. 834 & 830. Menoch. de presumption. lib. 1. quaest. 89 a num. 90. cum sequentibus, & de alijs dubijs vide Dida. Perez in l. 1. tit. 1. col. 131. lib. 4. ord. veteris. Rebuffum in. 2. tomo ad. II. Galli-

cas. tit. de pannis deauratis a nu. 20. Matienz. in l. 2. glo. 5. tit. 5. lib. 5. recopilationis. Azeued. in l. 1. & 2. tit. 12. lib. 7. recopila. Mexiam in pragmatica taxæ panis, conclusio. 1. a num. 31. cum pluribus sequentibus. Communis resolutio est, quod requiritur apprehensio, & quod nec etiam domi portari possunt: & in his regnis non incurritur aliqua poena ex eo quod quis domi tales vestes prohibitas habeat, & bene dicit auctor, quod non est sufficiens probatio ex eo quod tales vestes prohibitae reperiantur iuxta domum, licet indicium sit.

Additio ad Decisionem CLXXIII.

**V**ide de materia huius decisionis Franciscum de Caldas Perira Senatorem Lusitanum in suo tract. de nominatione emphiteotica, quaest. 5. a nu. 35. & quaest. 10. a nu. 29. & q. 1. a nu. 24. Aluarum Valas. etiam Lusitanum, qui totam materiam huius decisionis disputat, & declarat legem Regiam Lusitaniae, de qua hic, consultatione. 61. per totam, & consultatione. 102. vbi tractat, an nominatio ad emphiteosim, sit contractus, aut vltima voluntas, & an facta in testamento, sit reuocabilis, vel reuocetur reuocato testamento, & an corruat annullato testamento ex defectu solennitatis, vel agnatione posthumi, vel alias, & an contractus in testamento fieri possit: omnia hæc late declarauit lib. 3. quaest. 22. Resolutio est, quod nominatio est quidam actus extra iudicialis, quæ facta per viam contractus cum tertio, est contractus; facta in testamento, est vltima voluntas, & ad modum legati, & reuocato testamento, vel alias annullato ex defectu solennitatis, etiam corruit: annullato vero ob præteritionem posthumi, conseruatur ex nostra lege Regia recopilationis

pilationis prima, titulo, *De los testamentos*, & ex authentica ex causa. C. de liberis præteritis. Secus tamen ex lege Regia Lusitaniae, vt per Autores dictos. Si tamen tempore nominationis quis non haberet filios, & postea nascantur, reuocatur ex remedio. l. si vnquam. C. de reuocandis donationibus, & hoc magis ex æquitate illius legis, quam de iuris rigore, & ex præsumpta voluntate testantis, de qua in l. fin. ff. de hæredibus institu. Si tamen constasset, quod in testamento esset facta per viam contractus, vel cum tertio, vel ex traditione possessionis, vel ex verbis sonantibus donationem inter viuos, tunc regularetur vt contractus.

Additio ad Decisionem CLXXIII.

**H**æc decisio tractat eleganter quaestionem illam celebrem inter patruum & nepotem filium primogeniti super representatione & transmissione iuris primogeniturae, & an dictus nepos præferatur patrio in successione maioratus, quæ in his regnis decisio est per. l. 40. Tauri. Tractat etiam, an dicta decisio habeat locum in bonis Regiae coronæ donatis à Regibus cum conditione succedendi per viam maioratus, vt in nostro regno sunt bona dicta vulgariter *Los bienes Enriqueños*, & an excludatur representatio, quando vocatur maior aetate, vel superstes, & non solum primogenitus, & an in primogenijs succedatur iure hæreditario, & non per viam sanguinis: de quibus omnibus vide dominum Ludouicum de Molina hic citatum, maxime libro. 3. de primogenijs, cap. 6. 7. & 8. & libro. 1. cap. 8. vbi an succedatur iure hæreditario: de quo etiam Velazquez in d. l. 40. glo. 1. Matienço in l. 6. titulo. 7. lib. 5. recopila. glo. 3. & de

tota materia Tauritas omnes in d. l. 40. maxime dictum Velazquez glo. 2. 3. 4. & 5. vbi de bonis Regiae coronæ, & feudo, a num. 74. & 82. Gutierrez libro. 2. practicarum, quaest. 80. & lib. 3. quaest. 66. & 67. Peraltam in rubrica de hæred. instit. a num. 120. Aluarad. de coniecturis lib. 2. cap. 3. §. 3. a num. 23. Humadam in l. 2. tit. 15. part. 2. glo. 17. Burgos de Paz Iun. quaestio. civil. 1. & 2. Matienz. & Azeued. in l. 5. titulo. 7. lib. 5. recopilatio. Aluarum Valas. cum in tractatu de iure emphiteotico, quaestione. 50. Acostam in tractatu de patris & nepotis successione: & de bonis Regiae Coronæ Caldas in tractatu de nominatione, quaestione. 17. Spino de testamentis glo. 15. a nume. 128. & Menchacam in tractatu de successione creatione libro. 3. §. 26. a num. 9. Couar. in practicis, quaestione 38. qui vtiliter & doctissime materiam tractat: & ego plura dixi in Additionibus ad decisiones. 59. & 92. & 158. & ex exteris modernis in materia huius prælationis & representationis, vide Rolandum cons. 38. lib. 4. Cephal. cons. 16. a num. 37. lib. 1. & cons. 283. num. 32. lib. 2. & 215. nume. 112. eodem lib. & 489. nume. 66. lib. 4. & 457. nume. 14. eod. lib. Menoch. cons. 124. a num. 90. lib. 2. & 200. a num. 42. eod. lib. & 269. a nu. 63. lib. 3. & 442. lib. 5. & de præsumpt. lib. 4. c. 94. & 95. Mantica in tract. de coniecturis. lib. 8. tit. 9. Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum. lib. 3. dub. 3. interp. 3. sol. vltima, a nume. 26. cum sequentibus. Rotam Auenionensem decis. 37. Burfat. cons. 71. lib. 1. & 41. eod. lib. Crassum in suo libro sententiarum. §. fideicommissum, quaest. 11. Anton. Tessauro decis. Pedem. 65. Osalcum cons. 72. Anton. Petra. de fideicommissis, quaest. 11. Burfat. cons. 17. lib. 2. Menoch. cons. 357. a nume. 22. lib. 4.

## Prima pars Additionum

Ioseph. Ludouicum decisi. Peruana. 11. Rojas de successiōibus, c. 3. 2. num. 22. Anton. Gabr. lib. 4. communium resolutionum, tit. de fideicommissis, conclus. 3. & 4. Bellonum conf. 50. Marzarium de fideicommissis, quæst. 18. Tobiam Nonium conf. 33. num. 28. Tiraq. de primogenijs, quæst. 40. Rogeri. conf. 43. & conf. 4. lib. 1. Sfortiam conf. 38. Alex. Raudensem conf. 142. a num. 35. & 141. a num. 61. 2. tomo consiliorum Zileti de vltimis voluntatibus, & hi infinitos antiquiores allegant. Tandem iam in his regnis absque controuersia seruatur, dicta. l. 40. etiam in bonis Regiæ coronæ, aut Henriqueños: sed circa eius intellectum, & extensiones Hispanorum, tradidimus plures resolutiones in dictis Additionibus, & de transmissione latè egimus d. decif. 158.

Ad hanc decisionem num. 6. 7. & 8. vide latissimè Simonem de Pretis in dicto tract. lib. 3. interpreta. 3. dub. 3. fol. 2. a num. 5. Manticam in d. tract. lib. 8. tit. 18. a num. 68.

Num. 8. ibi, *Spes*. Vide Velazq. vbi supra glo. 7. a num. 8. & quæ dixi in dictis decisionibus.

Nu. 18. vide Autores supra citatos.

### Additio ad Decisionem CLXXV.

Vide quæ dixi ad decisio. 17.

### Additio ad Decisionem CLXXVI.

Vide quæ dixi ad decif. 89.

### Additio ad Decisionem CLXXVII.

Vide Ayoram de materia, qui concordat cū Autore hîc, in suo tract. de partitio. 1. parte, c. 7. a num. 1. & 2.

### Additio ad Decisionem CLXXVIII.

Vide quæ dixi ad decif. 182. & quando maritus possit præiudicare vxori, apponendo pactum de retro veniendo, vide eleganter Gozad. conf. 15. & 16. & de iure acquisito tertio ex contractu, quando possit sibi auferri, vide quæ dixi ad decif. 8. & quando pro decreto præsumatur, vide quæ dixi ad decif. 37. & de pacto posito in datione insolutum, vide Mascard. de probat. lib. 3. conclusio. 1142. a num. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptio. 122. & vide quæ dixi ad decif. 5. in fine, & de valore, quomodo probetur, vide Mascard. dicto lib. 3. conclusio. 1398. Ex quibus omnibus locis colliges verâ esse resolutionem Autoris in præsentî decisione.

### Additio ad Decisionem CLXXIX.

Vide de materia huius decisionis Nauar. in suo Manuali Latino, cap. 25. nu. 19. Doctore Xuarem de Paz in sua praxi; tomo. 1. c. 3. §. 3. a num. 145. Tibbe. Decian. in suis tractatibus criminalibus, lib. 6. c. 26. nu. 8. & inter hos Autores dissensio est in materia huius decisionis: nihilominus etsi condemnatus ad torturam propter delictum exceptatum, non gaudet immunitate Ecclesiæ, tamen condemnatus ad exilium, gaudet d. immunitate, vt per Nauar. vbi supra: licet iste talis existens in Ecclesiâ, non censeatur ex dicta existentia implere exilium, licet aliter videatur distinguere Decianus vbi supra: & quoad id quod dicit Autor de condemnato ad torturam, notanda est eius decisio, quia singularis est, & seruanda iudicando & consulendo, propter auctoritatem huius Senatus:

tum

tum etiam in tribunalibus supremis huius Regni multoties seruata est, licet Decianus d. cap. 28. a num. 3. aliter videatur sentire.

### Additio ad Decisionem CLXXX.

DE materia huius decisionis vide Boerium decif. 264. a num. 27. qui

refert, quod incestuosi, etiam impetrata dispensatione, condemnati sunt pœna arbitraria, & non parua: & licet in his Regnis raro soleant puniri, & dissimuletur cum eis, attamen non obstante dispensatione, debent arbitraria pœna puniri: quod mihi verissimum videtur, quidquid Autor in præsentî teneat, & quidquid Senatus Lusitanus deciderit.

Finis primæ partis Additionum.

VALLISOLETI

Excudebant Ioannes de Millis, &  
Andreas Bolan.

ADDITIONVM AD DECISIONES  
LVSITANAS AB ANTONIO  
DE GAMMA SENATORE COM.  
PILATAS.

*Secunda Pars.*

Additio ad Decisionem CLXXXI.



**ADMODVM** singularis est hęc decisio, & continet tres conclusiones. Prima, qd asscuratio mercium eo tempore facta, quò iam ob naufragiũ amissa sunt, si asscuratus ignoret, valet. Secũda, qd asscuratio nõ valet, nisi merces sint impositæ, vel pro rata impositarũ, licet pretiũ asscuratiõis amplius contineat. Tertiã, qd asscurator mercium comuniũ nõ tenetur nisi pro parte asscuranti, nec tenetur pro mercibus alienis, licet si de dominio alieno incontinenti non cõstet, id obijcere nõ possit: de quibus omnibus vltra Petrũ Santerna ab Autore citatũ, vide Aluar. Valaf. Lusitanũ, qui fuit causæ aduocatus, & al legat nostrã decisionẽ, cõsultatione. 64. per totã, & de primis duobus vide decisio. Genuz de mercatura, 36. & 42. per totas, & decis. 102. nu. 4. & decis. 5. n. 11. Vide etiam aliqua per Sfortiã conf. 31. nu. 11. & 24. lib. 1. Ex quibus videbis veras & quas esse dictas conclusio. Ad dit tamẽ ad tertiã Aluar. Valaf. qd quãdo asscuratio est utilis socio, videtur socius nõ solũ suam partẽ, sed etiã partẽ socij includere in cõtractu asscuratiõis; & idẽ ego iudico de rebus alienis, quando vel ex mète cõtrahentiũ cõstat, vel cedebat periculo cõtrahentis vt suz.

Additio ad Decisionem  
CLXXXII.

V de aliquid ad propositum huius decisionis per Chassanzũ in consuetu

dinibus Burgundiæ, tit. de droictz, rub. 4. §. 5. a nu. 9. & vide Alex. in l. sape, nu. 97. ff. de re iudicata. In his regnis, quã maritus potest alienare lucra quanta constante matrimonio, ex adductis a Ioan. Gar. in tract. de cõiugali acquæstu, nu. 5. & ex l. 5. tit. 9. & ibi Azeuedo & Matie. lib. 5. recopil. potest sustineri, qd vota facta a marito, & cũ solo marito super bonis lucratis cõstare matrimonio, præiudicet vxori, etiã si ipsa nõ cite tur, qd fecus erit in bonis dotalibus, & paraphernalibus, & Alex. vbi supra: & ideo cautela est, vt vxor cite tur cũ marito, & sic video semper practicari.

Additio ad Decisionem  
CLXXXIII.

**H**ęc constitutio Lusitanæ, si sic vt iacet intelligatur, casum præbet delinquentibus, & cõtra nũs communẽ est, & consuetudinem generalem, quæ non solũ permittit, sed etiã iubet in delictis grauibz procedi ex officio, vt Respublica purgetur malis hominibus, vt videbis per Socinũ & Aretinũ, & alios in c. qualiter & quando, de accusatio. & per DD. in l. congruit, de officio præsidis, & per Doctõrẽ Xuarẽz de Paz, qui plures allegat in sua præxi, tomo. 1. par. 4. a nu. 1. Vnde si pars accusans se absentet, & nõ compareat factis diligentijs, iuxta notata in l. Titia ff. de accusatio. si non reperiat, aut non



## Secunda pars Additionum

cōpareat, vt dixi, iudex secundū dictā consuetudinem procedit ex officio, vt eleganter notat praxis criminalis Mil- lei, verbo publicandus, fol. 175. in par- uis, & Follerius in sua praxi criminali, verbo *Audiantur exceptiones*, a num. 8. Quare, vt credo, intelligēda est, quādo accusator, vt informatio nem sufficien- tem ad inquirendum, vel proceden- dum & transmittēdum inquisitionem non dedit, vel quando, et si dedisset, de- lectum est leue, vel priuatum, interesse que priuatum concernit, & causa non erat instructa tēpore absentia; & si hoc modo non intelligatur, suspecta mihi videtur talis lex de dicta occasione dan- da, non tamen de eius iustitia vel in iu- stitia disputo.

Ibi, *De probatione valida loqui*. Nota, q̄ appellatione probationis continetur valida, & quæ facit fidem, & non nulla, & facta parte non citata: de quo vide Mascard. in tract. de probat. parte. 1. q. 5. proccimiali. nu. 36. & quæst. 2. nu. 14. cum præcedentibus & sequentibus.

### Additio ad Decisionem CLXXXIII.

**H**Æc decisio clara est: non tamen in ueni cum ea concordantes. Sufficit, quod in pluribus locis practicitur, vbi tabellio de concessio non est perpetuus, sed eligitur quotannis ab officia- libus, q̄ electio fit absq; tabellione, & vnus ex Rectoribus scribat electiones, & alij subscribant: in alijs solet electio fieri coram notario, quem Decuriones nominant; in alijs vero, vbi tabellio est perpetuus, corā eo sūt electiones. Quādo tamen electio debeat fieri per scri- pturā, & debeat adhiberi notarius, vi- de Autores Canonists in cap. quia pro- pter, de electione, & Franciscum Mar- cum decisione. 1. 215. par. 1. Boerium de cis. 1. a num. 50. & per totam, Petru Via-

gium in suo directorio electionū cap. 28. part. 3. Cōmunis resolutio est, quæ ferè semper practicitur, quod quando electio fit per vota secreta, quilibet de- bet tradere suū votum signatum Dipu- tatis, aut Iuratis de cōcilio, vel notario, qđ postea corā notario debet publica- ri: at si aliter fiat, debet fieri corā nota- rio, & semper debet seruari cōsuetudo.

### Additio ad Decisionem CLXXXV.

**H**Æc decisio singularis est, & conti- net, quod reseruans sibi facultatem disponēdi de bonis suis pro ani- ma in donatione omnium bonorum ex causa dotis facta, non potest ad li- bitum disponere, sed arbitrio boni vi- ri, & sic secundum vires patrimonij, & qualitatem suæ personæ, & consuetu- dinem aliorum, nec potest contume- re totam bonorum tertiam, de qua po- terat testari ex lege Regni. Ex quo et- iam inferemus ad leg. s nostri regni, quæ permittunt testari de quinto pro anima, etiam si testator filios habeat, & si testator committat testamenti fa- ctionem tertio, non aliud designando, permittunt, quod talis possit testari de dicto quinto pro anima, vt constat ex l. 10. tit. 4. lib. 5. recopilat. & ibi Ma- tienço glo. 5. & Velazquez de Auenda- ño in l. 3. 2. Tauri, vbi quod si aliquis do- nando bona sua, reseruet sibi, quod de his testari possit pro anima ad suam dis- positionem, & quintum sit admodum copiosum, non possit id totum consu- mere, sed solum id, quod sibi arbitrio boni viri sufficiat: de quo vide quā in terminis Aluarad. in tract. de coniectu- ris vltimarum voluntatum lib. 2. cap. 1. §. 2. a num. 28. & de legato incerto Me- noch. in tract. de arbitrarijs iudicium, lib. 2. centuria. 2. cas. 188. & lib. 1. quæ- stione. 68. a num. 42. & de verbis im- por-

## Ad Decisio Anton. Gamma.

2

portatibus boni viri arbitrium, de qui- bus agit hic Autor, vide eundem Me- noch. in d. tract. lib. 1. quæst. 7. per to- tum, & Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatū, lib. 1. interpretatio. 2. dub. 2. solut. 10. Mantiam in tract. de coniecturis, tit. 1. lib. 3. a num. 17.

Num. 2. De donatione omnium bo- norum fauere dotis, aut piæ causæ fa- cta, vide Matien. in l. 8. glo. 1. num. 9. ti- tulo. 10. lib. 5. recopilat. & ibi Azeued. num. 6. qui plures allegant, & conclu- dunt, quod valet talis donatio, etiam si non reseruetur vsusfructus.

Num. 3. De testamento facto a ma- rito & vxore in eadem charta, vide Ro- dericum Xarez in repetitione. l. quo- niam in prioribus, de inofficioso testa- mento, limit. 5. ad legem Regiam, & ibi Valdesium in additione, lit. H. qui Pelaez de Mieres, Molinam, Petrum Pechium, Matien. Gutierrez, Burgos de Paz, Tiraquel. & alios allegat: vide etiam Michaellem Crassum ab eo non allegatum in suo tract. sentētiarum. §. testamentum, quæst. 90. & autores om- nes in l. licet inter priuatos. C. de pactis. Et cōmuniter concluditur, quod valet tale testamentum, & iudicatur, vt duo testamēta, & quilibet suum potest re- uocare, nisi per viam contractus inter- viuos vnus alteri testanti cōsenserit, & non testando, & sic iam olim consulu, & obtinui, & sic practicitur.

### Additio ad Decisionem CLXXXVI.

**D**ecisio hæc attingit illam celebrē quæstionem Bar. in l. his solis ff. de conditione indebiti, scilicet quando non sunt bona lucrata, nec maritus bo- na propria habet, an vxor vel filij ex bo- nis dotalibus, vel ex alijs suis proprijs teneantur solvere debita contracta a

marito vel patre ad eos alendos vel su- stentandos, & an præsumatur debita ver- sa in eo. vtilitate: de qua quæst. vide la- tissime disputatē Cordubam à Lara in tract. de alimentis, ad §. si quis ex his, a num. 88. cum pluribus sequentibus, vbi contra Bart. Decium adducit in l. si eum seruum. vbi etiam additio, & Al- ciatus. ff. si certum petatur. Socin. Jun. cōf. 28. a nu. 9. lib. 2. Molinam in tract. de primogenijs Hispanorum. lib. 4. c. 4. a nu. 2. Castellū in l. 6. 1. Tauri, a nu. 22. Matien. in l. 9. glo. 4. a nu. 2. & ibi latius Azeue. cum pluribus, tit. 3. lib. 5. recopi- & eundem Matiençum in l. 3. glo. 7. nu. 4. tit. 9. lib. 5. recop. & de probanda ver- sione vide Menoch. in tract. præsumpt. lib. 3. præsumpt. 22. Ronchegallum in l. eandem, a num. 62. ff. de duobus reis, Boer. quæst. 33. num. 6. Rolan. conf. 64. num. 4. lib. 1. Matien. in l. 9. glo. 3. nu. 3. d. tit. 3. lib. 5. Certè licet cū Bartolo sic magis cōmunis opinio, quod vxor ex dote soluere debeat, vel filij ex bonis proprijs, & Azeued. dicat secundum eā fuisse iudicatum; si vera esset, ferè sem- per sine sua voluntate vxores indotatæ remanent, quia frequenter mariti ad sustentationem suæ domus debita con- trahunt, & alimenta debita recipiēdo, nonque contrahendo cum tertio, & absque sua voluntate non se obligādo, obligatæ remanent; quod mihi ab- surdum, & contra ius naturale appa- ret: vnde existimo veriore esse De- cij opinionem contrarium tenentis, quem ibi sua additio, & Alciatus se- quuntur, & quæ frequentius in praxi seruat. Nec eam offendunt funda- menta, quæ Lara in eius confirmatio- nem adducit, quæ solum loquuntur, quando tertius sine causa rem alienā re- cepit, vel causa erronea, vel iniusta, vel quando nō vt irrepibile, sed vt repeti- bile ab alio accepit, & quando ex causa lucratiua, & res extat, vel pretium eius.

non verò ex causa onerosa, & res non extat: vxor verò & filij in quæstione præsentia alimenta debita recipiunt, & vt debita: & quamuis pater, si inops sit, se poterat à debito liberare, protestando ex defectu bonorum, tamè semper debitor est; & obligatio ex iure naturali in sua persona residet, quæ suspenditur eo impotente factò: si tamen de facto potens efficiatur, & soluat quod debet, nescio quare reddere debeant. hi qui iuste receperunt, si solum consumptum sit, vt alimenta; & ita in creditoribus conclusi lib. 1. quæstionum, quæstione. 6. Tunc tamen vera esset dicta opinio, si pater expressè ad dicta alimenta mutuam petisset, & bona matris, aut filiorum obligasset: tunc quia protestatus est, & rem filiorum, aut vxoris egit, ad quam & ipsi tenebantur patri in casu impotentia; & quia creditor quodammodo cum eis contraxisse videtur, iustum esset, vt vxor aut filij expensum patri facerent, & non contradicerent, & tunc practicaretur. Bart. opinio: vt paucis verbis Alciatus existimat: aliàs falsa foret: quæ omnia notanda sunt. De alia verò parte quæstionis vera resolutio est, quod non præsumitur versum, nisi ab actore probetur: & sic vera & singularis est præsens decisio.

Additio ad Decisionem CLXXXVII.

**N**Ota duo ex hac decisione. Primò, quòd quando ex verbis legis vel statuti requiritur consummatio matrimonij per copulam, ad aliquod lucrum ex matrimonio consequendum, non sufficit velatio, nec traductio ad domum, sed necessaria est copulæ probatio, quæ præsumitur ex dicta traductioe & potentia viri, contrario non probato ab allegante: in quo non

tanda & singularis est. Secùdum, quòd tunc non sufficit nixus ad copulam, de quo vide Ioan. Garciam in tract. de ac- quæstibus, à num. 56. Azeved. in. l. 2. tit. 9. a num. 2 & 4. lib. 5. recopil. Bald. conf. 290. lib. 1. Corne. conf. 248. lib. 2. quos allegat Alciatus, qui quali in terminis fecit elegans consilium, & est omnino videndus responso. 6. lib. 8. & vide plures allegationes per Massuerù in additionibus ad Ferraram in sua praxi, in forma libelli, qua vxor agit ad dotem; verbo, *Vxor quondam*, lit. D. Tirraquel. ad. ll. conubiales. l. 10. glo. 2. per totam, & de copula præsumenda ex traductione, vide Alciatum in tractatu præsumptio. regula. 3. præsumptione. 38. Mascari. in tractatu de probationibus. parte. 2. cõclusionone, 103 2. De secundo vide eundem Mascardum vbi supra cõclusionone. 103 1. Couar. in 4. cap. 4. parte. 1. §. 1. nume. 19. ex quibus videbis, vera esse dicta per Autorem in præsentia.

Ibi, *Martha vxor Gasparis aegrotasset.* Nota, quòd quando maritus negligens aut dolosus est in vxore curanda, amittit lucrum sibi à lege delatum ex bonis vxoris: de quo vide Laram in tractatu de alimentis ad. §. si quis ex his, a num. 28. Aliquid per Ioan. Garciam in tractatu de expensis cap. 3. a nu. 44 Boeri. decis. 244. à nume. 11. Rolandum de Valle in tract. de lucro dotis, quæst. 64. Caldas Pereira ad. l. si curatorem habens, verbo, *Sua facilitate*, a nume. 21. C. de in integrum restitutione minorum. Viuium in eleganti decisione 197. a nume. 14. Menoch. consil. 256 lib. 3.

Additio ad Decisionem CLXXXVIII.

**N**Ota decisionem hanc, quæ mihi vera videtur, in quantò concludit: exequu-

exequutionem non posse fieri in bonis dotalibus vxoris propter debitum mariti vel commune: & idem erit è contra, licet decisio non dicat, pro debito ipsius vxoris, contracto post matrimonium contractum; licet hoc in his regnis practitari non possit, quia mulier constante matrimonio non potest se obligare absque cõsensu mariti: de qua decisione, & de eius ampliacione, vltra Salic. & Imol. hic citatos, vide Bald. in l. 2. C. ne vxor pro marito, & Bald. Nouellum in tract. de dotibus, septima parte, priuilegio. 18. Bertrandum conf. 9. a num. 1. & 2. lib. 1. Capicium decis. 128. per totam, & ex modernioribus Añiniù in sua praxi ciuili, cap. 2. §. 3. limit. 43. Bellacombam lib. 7. communium, titu. 15. num. 56. qui allegat Guid. Pape decis. 447. Celsum consil. 7. a num. 5. Causalcan. qui Beroium & alios consulentes post Bal. allegat, decis. 31. a nume. 43. Aliquid per Parladorium lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. parte. 5. §. 3. a num. 42. Tandem communis resolutio est, quam in principio decisionis expressimus, & quæ semper practicitur, non solum in bonis dotalibus vxoris, sed etiam in paraphernalibus, vt colligitur ex d. l. ob maritorum, & ex. l. 1. C. ad. l. Iuliam de vi publica. Nec obstat. l. 1. de fundo dotali, hic allegata, nam ad eam benè respondet Autor in præsentia, & Baldus Nouellus vbi supra. Aduerte tamen, quòd Autor in præsentia videtur sentire, quòd in cõmoditate bonorum dotalium pro vita mariti potest fieri exequutio, & hoc videtur sentire, dum creditorem, siue maui possessorem bonorum dotaliù condemnauit solum in fructibus à die mortis mariti, quòd videtur esse cõforme decisioni tex. in. l. Statius Florus: §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci, quæ permittit pro vita possessoris cõfiscari bona prohibita alienari, de qua vide

latissimè Marcum Antonium Pegri num in tractatu de iure fisci, lib. 5. a nu. 69. hoc tamen argumentum nihil valet, quia in dote contrarium dicit iudicatum Iulius Clarus post Ægidium Bossium, quem citat, in praxi criminali, quæstio. 771. a num. 15. & contrariò tenet Palatios Rubios in repetitione rubricæ. §. 59. num. 2. Nihilominus vera resolutio est; quòd si bona mariti vendantur per creditores, & vxor non se opponat, quia creditores quibus ad iudicata sunt bona dotalia, possident bona fide, non condemnabuntur in fructibus perceptis, nisi à tempore mortis: vel melius à tempore litis contestationis. Si verò vxor se opponat, præfertur omnibus creditoribus, & nõ potest fieri exequutio in fructibus, ex praxi ordinaria, de qua mentionem facit cum Bernardo Diaz Olanus in antyhomyjs ad Villalobos, lit. D. a num. 83. Ad primam partem distinctionis faciunt quæ de possessore bonæ fidei cù titulo inuali da notat Menoch. de recuper. em. 15. nu. 579. & nu. 593. Vide etiam de materia huius decisio. & supra dictæ ampliatio. tex. & ibi Bal. & Salic. in. l. 1. C. de priuilegio fisci, & ad id quòd decisio dicit de fide iussione, vide quæ dixi ad decis. 131. Ex quibus apparet, iustissimè iudicatum in hac decisione, & sic iudicaretur in nostro regno, si vxor lucra nõ acceptasset. Postquam prædicta scripsera, inueni, quòd Sfortia conf. 41. a nu. 92. prædicat cù Autore hic, quòd fructus debentur vxori rei alienatæ per maritum à tempore mortis eius. Sed nihilominus teneo quòd dixi, quando emptor emit a viro bona fide, ex notatis p Bar. & Imol. in. l. cù lex. ff. de fideius. & p Cyn. Bald. & Salic. in. l. si prædium. C. de iure dotiù, qui cõcludunt, quòd vir in sui præiudicium potest vendere bona vxoris, & titulus non est reprobatu. & sic emptor emit bona fidei cù titulo secus de ipsa vxore, quæ

vendere non potest, & titulus quem ipsa dat, est reprobatus, & ius resilit ei; unde nil mirum si condēnetur etiā cum fructibus perceptis semper & ante litis contestationem: argumento. l. quemadmodum, in fine. C. de agricolis & censitis, libr. 11. & adde elegantem decisionem Pedemontanam Ofas ei. 160. per totam, & his omnibus adde elegans consilium Sfortiæ distinguētis 91. a nu. 14. lib. 1. Rolan. a Valle confi. 67. lib. 4. per totum, & de fructibus generaliter Couat. libr. 1. variarum cap. 3. a num. 6. cum sequentibus & Ioan. Garciam de expensis c. 1. & 2.

Additio ad Decisionem CLXXXIX.

AD hanc decisionem vide plures allegationes per Andream Tiraq. in tract. de retractu libr. 2. §. 4. glo. f. 6 a num. 34. qui Bart. Bald. Paul. & alios in finitos allegat: & pro communi resolutione cum Bart. & Bald. in l. acceptam. C. de vsuris, tradit, quod res depositata perit periculo eius, qui depositum iniuste petijt, & sic iuste perit periculo debitoris, & sic bene iudicatum est in præfenti decisione depositario decocto. Cui adde, quod si Antonius creditor, (qui impediunt restitutionem depositi fieri suo debitori, qui (supple debitor) consensit, vt debitum sibi solueretur, fuit in mora recipiendi, quia debitor iusserat depositario vt sibi solueret, tunc periret ipsi creditori, & non iudicasset bene Præses, de quo hic. Ponderanda ergo est culpa aut negligentia creditoris in recuperando depositum.

Additio ad Decisionem CXC.

DECISIO hæc probat, quod contrahens nomine alieno vt nuntius, te-

netur proprio nomine. Parcat mihi dominus Gamma, quia licet admodum doctus sit, nimis brevis fuit in hac decisione, substantiales allegationes omitendo. Adde ergo illi tex. & ibi Barto. & Ang. in l. seruum Titij. ff. mandati, tex. glo. Bart. & omnes ibi in l. procurator qui pro cuiusione. ff. de procuratoribus. tex. etiam in l. prior. §. in eū, & ibi glo. ff. de administ. rerum ad civitatem pertinentium, tex. & ibi Bald. in l. post mortem. ff. quando ex facto tutoris. Bartol. Ias. & Alciatum in l. ciuitas. ff. si certum petatur, & Canonistas omnes, maxime Abb. in cap. constitutus, de fideiuf. & in cap. 2. de solutionibus, & vide Ioseph. Ludouij. decis. Lucana. 44 a nu. 1. Boe. decis. 273. Soci. conf. 154. lib. 2. Paris. conf. 93. 94. nu. 35. lib. 1. Nattam conf. 641 num. 9. Socin. Jun. conf. 27. num. 6. lib. 2. Gomecium de Leon cent. 76. decisionem Genæ de mercatura. 14 num. 64 quæ refert & allegat tex. in l. fin. ff. de institt. action & Alexan. conf. 44 lib. 2. num. 9. Deci. conf. 510. Paris. conf. 94. num. 35. & 93. lib. 1. & decisionem dictam num. 97. & decis. 76 nu. 5. Ex quibus concludere, quod quando aliquis se obligat nomine alterius, aut aliquid facit nomine alterius, solum tenetur ostendere se talem nuntium, aut procuratorem esse, & hoc ostenso, non remanet obligatus proprio nomine, quando contraxit apposito nomine officij, vt talis, nec potest conueniri a creditore, & finito officio liberatur. Si vero non ostendat mandatum, etiam si contrahat nomine alterius, tenetur proprio nomine. Si autem et si habeat mandatum, simpliciter contrahit, non ostenso creditori, vel non significando illi quomodo contrahit, isque solum eius fidem sequutus est, tunc proprio nomine tenetur. Tandem si, etsi contrahat nomine alieno, vel excedat commissionem, vel fidem

fidem suam etiam astringat, proprio nomine tenetur, alias non dicit aperte male fuit iudicatum in hac decisione, cum Antonius nomine absentis, & ostensa epistola sua, contraxerit, & creditor que absentis fidem sequutus est, & sic mihi videtur, salua melius sententis censura.

Additio ad Decisionem CXC.

AD hæc decisionem. Restum a Bellapertica, Bar. Paul. Fulg. Odofred. & Ias. Costalium, & alios in l. in ornam. ff. de eo quod certo locat. Curt. Iunior. in l. vinum, num. 7. & ibi Dec. nu. 2. ff. si certum petatur. Augustinum Beroyū conf. 200. lib. 1. per totum, & adde etiam elegans consilium Baldi. 474 lib. 3. Corp. conf. 145. col. pen. lib. 2. Soci. Jun. conf. 95. num. 12. lib. 4. & plura referendo Hippo. Riminaldum furdre, qui ponit regulam cum ampliationibus, conf. 67. a num. 26. lib. 1. Vera distinctio est, quod quando interest debitoris officio iudicis, cõsetur remissum forte sola petita, & lata super ea sententia, nisi sit protestatum, hæc de hoc ego consulendo dubitauerim: secus si iure actionis.

Additio ad Decisionem CXCII.

VIDE quæ dixi ad decis. 16. & ad decis. 70. & ad decisionem 156. vbi tractauit de materia glo. vulgaris, de qua in dictis decisionibus, & de extrauaganti ambitiose de qua hic, & vide Valacū consultatione. 95. per totam.

Additio ad Decisionem CXCIII.

VIDE de hac decisione, & de intellectione l. qui solidum §. præsumptio.

### Additio ad Decisionem CCLIII.

**N**vm. 1. & 3. De fide exempli traducti à tabellione, qui conscripfit originale, vide Couar. in practicis, cap. 21. a nu. 1. Menoch. in tract. de adipiscenda possessione, remedi. 4. quæst. 74. nu. 651. latissimè Mascard. in tract. de probatio. 2. parte, conclusione 711. per totam. latè etiam Doctorem Azevedo in l. 3. tit. 5. lib. 4. per totam.

Num. 2. Quando instrumentum sit nullum factum contra legem prohibitiuam, aliam pœnam imponentem contra facienti, diximus latè ad decisionem 40. num. 3. & 4. quibus adde nunc Bursatum conf. 133. num. 64. lib. 2. & quia decisio est clara, nihil amplius illi addendum existimamus: & ad id quod dicit de originali perduto, vide Couar. vbi supra.

### Additio ad Decisionem CCLIII.

**H**æc est decisio singularis, quæ continet, quòd inter socios mercaturæ non solum est partiendum lucrum factum ex capitalibus sociorum, sed etiam lucrum ex lucro factum, etiam si faciens fecisset suo nomine & aliorum, & non totius societatis: imò & aliud

vult etiam dicere decisio, quòd societas cogitur agnoscere illud lucrum solutis expensis. Certè singularis est, & pauca autoritates in terminis inuenies. Sed adde in terminis Crauettam conf. 433. in dubio. 5. lib. 3. & Bonificiū Rugerium conf. 57. per totum. Et confirmata, quia socius, vsque dum renuntiet expressè societati, & reddat rationes socijs, si negotiatur de pecunia communi, semper censetur negotiari nomine societatis, & lucrum diuidi debet, imò tacitè censetur continuata ex dicta negotiatione, non reddendo rationes, & centeretur esse in dolo socius, si non cõmunicalet, ex Bart. in l. Titium & Mæuium. §. altero. ff. de administr. tutorum. Bart. & Bald. in l. si patruus. C. communia vtriusque iudicij, & in tract. de duobus fratribus. Bal. in l. si vt proponis. C. de rei vend. & his adde Alex. cõf. 49. lib. 1. Deci. conf. 255. Ruin. conf. 216. nu. 9. lib. 1. Hierony. Gab. conf. 78. lib. 1. Bursatum conf. 321. nu. 61. lib. 3. Ceph. cõf. 375. lib. 4. Menoch. conf. 121. a nu. 70. lib. 2. elegans cõsiliū Sfortiæ. 94. per totum, lib. 1. & aliud eiusdem Rugerij conf. 55. lib. 1. per totum, latissimè cum Parisio & infinitis autoribus Matiençum in l. 2. glo. 1. a nu. 20. tit. 9. lib. 5. recopil. Nec obstat. l. si vnus. §. si vnus. ff. pro socio. nam responde, vt per Matie. vbi supra nu. 34. vt procedat, quando societas fuit coita solum ad vnã rem, & tunc etiam datur actio socijs contra socium ad interesse, si extra causam societatis lucrètur suo nomine cum pecunia communi: quod idem est in substantia, & coincidit cum hac decisione, & consilij, Sfortiæ, Rugerij, Crauettæ, & aliorum citatorum. Adde etiam his Socin. conf. 254. lib. 2. Benuentum Stracham in tract. de mercatura. parte. 1. nume. 97. ad finem primæ partis, & in titulo de contractibus mercatorum, nu. 16. Allegat Corsetū singulari verbo,

## Ad Decisio. Anton. Gamma.

19

verbo, *lucrum*: quare existimo notandã & veram esse hanc decisionem, & bene per eam iudicatum.

Num. 3. Adde Tiraquel. ad §. hoc sermone, hîc citatum, num. 15. & 54.

### Additio ad Decisionem CCLV.

**A**dde huic decisione de bona fide ex titulo præsumenda, Bal. Barto. Abb. Cyn. Alex. Socin. Iun. Alban. Currium & alios, quos allegat Mascardus in tract. de probatio. 1. parte, conclusione. 228. cum præcedentibus, & sequentibus, & de mala fide antecessoris, quando noceat successoribus, vide Beroium conf. 82. num. 5. lib. 3. & in cap. grauis. num. 38. de resti. spoliatorum, & in cap. de quarta, num. 5. de præscriptio. Tiraq. in tract. de præscriptio. §. 1. glo. 7. Petrum Surdum conf. 73. nu. 14. lib. 1. Iacobum Nouellum regu. 38. Crauet. conf. 434. nu. 25. lib. 3. & 871. nu. 23. lib. 5. Prosperum Pasethum conf. 103. nu. 8. Cur. Iun. conf. 181. & 187. in fine lib. 2. Rim Iun. conf. 248. nu. 36. lib. 3. Anton. Gab. lib. 5. tit. de præscript. conclu. 3. Socin. Iun. conf. 144. a nu. 46. lib. 1. Ruin. conf. 170. nu. 32. lib. 2. Franciscū Viuiū decis. 195. Tandè si hæres vult continuare præscriptionem defuncti, nocet ei sua mala fides: si verò velit incipere à sua propria persona, & proprio titulo, non nocet: vt per Beroium vbi supra, & per præsentem decisionem, in qua bene iudicatum est.

### Additio ad Decisionem CCLVI.

**A**dde huic decisione, quæ diximus decisione. 166. & 185. & Couar. & autores, quos ibi citauimus.

### Additio ad Decisionem CCLVII.

**N**Ota ex hac decisione, quòd valor rei minuitur ex pactis adiectis in fauorẽ venditoris, & augetur ex pactis adiectis in fauorẽ emptoris, & ex dilata-tione data ad soluendum, & ex alijs qua-litatibus & circumstantijs & oneribus rei annexis; de quo vide Rip. in l. 1. §. si hæres, nu. 28. & 29. ff. ad Trebel. Socin. conf. 85. nu. 8. lib. 1. Cagnol. in l. 2. de re scind. vend. nu. 243. & ibi Panthaleon de Crema a nu. 275. cum sequentibus: Mascard. in tract. de probatio. 1. parte, conclus. 650. a nu. 7. cum sequentibus: Pinel in d. l. 2. parte. 3. c. fin. nume. 19. Matiençum latissimè in l. 1. glo. 2. a num. 24. titu. 11. lib. 5. recopil. qui Bal. in pluribus consilij, Didac. Perez & alios infinitos modernos & antiquos refert, & num. 32. concordat cum Autore hîc, in quãtum dicit, quòd res propter dilatam solutionem valet minus: allegat Bart. in l. 1. prope fin. ff. de cõdi. indebiti, & in l. lecta. nu. 23. ff. si certum petatur. Bald. conf. 48. lib. 1. Marian. Socin. Deci. Tiraquel. & alios, & duo iura quæ bene ad propositum faciunt. Artède tamen, quòd secundum doctrinam Theologorum, & Canonistarum, licet dilatio solutionis, pretium rei minuat, non potest tamen creditor ob dilatam solutionem pacisci, vltra pretium rigorosum, quod res valet, ex Couar. lib. 3. variarum, c. 2. & 3. & DD. in c. in ciuitate, de vsuris, intra illud verò res æstimatur magis vel minus ob dilatam, vel non dilatam solutionem: quod est notandum ad præsentem decisionem.

### Additio ad Decisionem CCLVIII.

**N**Ota duo ex hac decisione. Primum, quod in contractu emphiteotico læso vltra dimidiam iusti pretij competit remedium legis. 2. de rescind. venditio. & si læsio enormissima est, lōgo spatio vltra dimidiam iusti pretij, etiam si

contractus sit iuratus, & transferit quadriennium, competit dictum remediū. Secundum, quod quando ad contrahendum requiritur consensus vxoris vel mariti, vel alicuius tertij, suppletur eius defectus, si contractus contrahenti utilis sit. Primo dicto adde Speculatorem in tit. de locato, §. nunc verò aliqua, nu. 14. Meness. in d.l. 2. a nu. 28. & Pinel. ibidem. 1. parte c. 3. num. finali. Anton. Gomez in. 168. Tauri nume. 4. Petrum Rebuffum in. 2. tomo ad. ll. Gallix, tit. de rescissione contractus, artic. unico glo. 15. nume. 112. Matiençum in. l. 1. glo. 8 a nume. 7. tit. 11. lib. 4. recopilat. & de iuramento ibi a nu. 45. & de quadriennio glo. 10. per totam; vbi agit de lege Lusitanix, de qua in hac decisione. Meness. de hoc in d.l. 2. a nu. 45. Anto. Gomez lib. 2. variarum c. 2. a nu. 22. & c. 14. a nu. 20. Gomez de Leō centuria. 96. Couar. lib. 2. variarum cap. 4. a num. 5. Azeued. in d.l. 1. a num. 3. 2. & de materia emphiteosis late & eleganter Aluarus Valascus in tract. de iure emphiteotico, quæstione. 11. a nume. 19. Et communiter concluditur, vt per Autorem hinc. Adde etiam, quod in consideranda deceptione in emphiteosi, debet considerari pensio solita in similibus contractibus, & pro similibus rebus: & si consuetudo non adsit, pensio iusta debet esse sexta parte, aut alia arbitrio iudicis, minor quam daretur in locatione temporali, aliàs non esset propria emphiteosis. Secundo verò dicto adde Autores in. l. cum hi. §. eam transactionem. ff. de transactio. Rip. in l. is cui bonis, num. 47. ff. de verborum obligatio. Alciat. lib. 1. de verborum signifi. fol. 4. Tiraq. de. ll. connub. glo. 8. num. 56. Imol. in. l. cum lex. de fideiuss. Socin. l. un. conf. 28. num. 11. lib. 2. Corsetum sing. verbo, pupillus. Socin. in. l. in cōditionibus pupillus, nu. 1. ff. de cond. & demonstr. Ias. in. l. contra iuris, nu. 8.

ff. de pactis Pinel. in. l. 1. parte. 3. nu. 30. C. de bonis maternis. X Suarez in. l. 13. tit. de las dendas, lib. 3. fori, limit. 4. Ioan. Lup. in rub. de donationibus inter virū §. 68. nu. 7. Gomez Arias in. l. 55. Tauri, nu. 12. cū sequentibus, & ibi Anto. Gomez nu. 2. citans Bald. conf. 488. nu. 2. lib. 1. & omnino videndus est Matienço, qui hæc omnia & plura alia adducit in. l. 2. glo. 1. a nu. 13. tit. 3. lib. 5. recopil. Tandē magis cōmunis cōclusio est cū Autore hinc: quod intellige tamē volente muliere aut marito cōtractui stare: qđ ipsi declarare tenentur requisiti, aliàs nō.

Additio ad Decisionem CCLIX.

EX hac decisione deducuntur sequētes conclusiones:

Prima, quod proximitas in successore maioratus, respectu vltimi decedentis debet prouenire ex parte fundatorum maioratus, & nō ex alia linea, aliàs capax non erit succedendi.

Secūda, qđ donatio causa mortis, vel testamentū facta, aut factū per duos in vna charta, vsq; ad mortē potest reuocari per vnum illorum, etiam si iurauerit non reuocare.

Tertia, quod donatio causa mortis colligitur ex verbis donatoris, & ex effectibus donationis, etiam si notarius eam appeller donationem inter viuos.

Quarta, quod donatio causa mortis censetur reuocata, si donatarius moriatur in vita donantis.

Quinta, quod talis donatio non tenet, non acceptata per notariū, aut per ipsum donatarium.

De prima conclusione vide Bald. & Martin. Laudētem in c. 1. de eo qui sibi & hæred. suis, in feudis. Calder. cōf. 13. tit. de feudis. Ang. conf. 110. Card cōf. 124. Rub. conf. 85. ad finē, & in. l. Gallus §. quidam rectē, num. 86. ff. de liber. & posth. Paris. cōf. 65. nu. 21. lib. 2. Tiraq. in

in tract. de retract. lib. 1. §. 11. glo. 1. a num. 19. Menoch. conf. 507. a num. 11. lib. 6. Coua. in practicus, q. 38. Moli. lib. 3. de primogenijs, c. 9. nu. 1. in fine, & facit, quia omnes qui tenent opinionē Socin. in. l. si cognatis, de rebus dubijs, qđ attendatur proximitas respectu vltimi admissi, semper tenuerunt istā conclusionē, vt videre est per Decian. conf. 25. lib. 3. Ceph. conf. 600 lib. 5. Iul. Cla. lib. 4. sententiarū. §. testamentū, q. 76. & per Menoch. conf. 124. lib. 2. & secundū istā conclusionem, quæ dubium non habet, semper consului, & iudicatum est.

De secūda adde allegatos decis. 247. & vltra ipsos de donatione causa mortis iurata adde Anto. Gab. lib. 2. cōmuniū conclusionum, tit. de iure iurando, conclus. 9. a nu. 11. Did. Couar. in rubrica de testamen. 2. par. a nu. 10. Deci. conf. 305. Corn. conf. 126. col. 2. lib. 1. Ias. conf. 6. col. 7. lib. 3. Paris. cōf. 16. nu. 17. lib. 2. Seguram in repet. l. vnum ex familia. §. sed si fundū, a num. 140. ff. de leg. 2. & cum pluribus Matien. in. l. 7. glo. 1. a num. 21. tit. 10. lib. 5. recopil. & faciunt quæ ipse dicit de clausula de non cōtraueniendo, appōsitā in donatione causa mortis, a nu. 20. Adde etiā Michaelē Crassum in suo libro sententiarū. §. donatio causa mortis, quæst. 1. nume. 4. & quæst. 21. nume. 4. & de testamento reuocando, etiam si iuramentum interuenerit, adde Peral. Soci. Iun. & alios in. l. si quis in principio. ff. de leg. 3. & vltra illos adde Couar. in d. rubrica. 2. par. a nu. 15. & Iul. Cla. in d. §. testamentū, q. 94. Anto. Gab. lib. 2. cōmuniū, tit. de iurē iurando, conclus. 1. a nu. 8. Crassum in d. lib. §. testamentū, q. 87. Communiter concluditur, quod si clausulæ de non reuocando & non cōtraueniendo, ponatur simpliciter in fine contractus, & in clausulis executiuis, solitis apponi ex stylo tabellionum, & illis adijciatur iuramentū, nō efficiunt

donationem irreuocabilem. Si verò apponantur in principio & medio contractus, in dispositione & obligatione contrahentium, tunc transmutantur in donationem inter viuos: & addo ego, quod etiam si apponantur in clausulis executiuis, si apponantur per verba præcisa, enixa & geminata, operantur irreuocabilitatem, ex præsumpta contrahentium intentione. Adde etiam, illas dici appōsitā ex stylo, quas tabelliones in suis domibus post recessum partium apponunt: & licet hodiē ex. l. 13. tit. 25. lib. 4. recopil. id fieri non possit, tamen sæpe fit, & idē clausulæ solite apponi ex stylo, si apponatur in fine scripturæ, & in clausulis executiuis, parum operantur, si contra eas stet dispositio partium expressa, de qua in verbis dispositiuis contractus: quod nota.

De tertia adde Matien. in d. l. 7. glo. 1. tit. 10. lib. 5. melius adde X Suarez allegacione. 20. Deci. in. l. fin. nume. 2. C. de pactis, Bart. & DD. in. l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio, & in. l. cū maritus §. fin. ff. de pactis dotalibus. Boer. decis. 353. a num. 12. Couar. vbi supra, nume. 25. Roland. conf. 8. nu. 21. lib. 1. Crassi vbi supra, quæst. 1. in fine.

De quarta adde l. vltimā, tit. 4. parte. 5. & ibi Greg. & alias leges citando, Matien. vbi supra, glo. 3. num. 3.

De quinta adde Couar. in d. rubr. 3. parte. num. 14. & Matiençum vbi supra, glo. 2. num. 22. Anton. Gomez lib. 2. variarum, c. 4. num. 16. Crassum vbi supra, quæst. 9. & quæ diximus ad decisionem octauam: quidquid tamen sit de iure communi, hodiē concludendum est, vt per Autorem hinc. Ex quibus omnibus conclusionibus apparet, bene iudicasse Senatum in præsentī decisione.

Additio ad Decisionem CCLX.

Velle quæ de remedio. l. si quis conditionis, de quo hic, dixi decisione. 12.

Additio ad Decisionem

CCLXI.

Ex hac decisione deducuntur notabiles conclusiones sequentes:

Prima, quod iure communi, quando emphiteosis conceditur marito & vxori, & filio, quem nominauerit, non possunt filia, nec nepotes nominari.

Secunda, quod quando conceditur pro filio & filia, quem testator nominauerit, non potest nominari filia, existente filio, nisi aliud lege caueatur.

Tertia, quod lex noua comprehendit negotium antiquius illa lege, si eius executio & complementum accidant post illam legem, dummodo, ante non sit alijs irrevocabiliter ius quaesitum.

De prima adde Riminal. Seniore conf. 121. nu. 4. lib. 1. Couar. lib. 2. resolutio. c. 18. a nu. 1. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. 9. emphiteosis, quaest. 32. Caldas de nominatione, quaest. 17. a nu. 30. latissime Aurelium Corbulum in tract. de causis, ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis, ob lineam finitam, a nu. 2. & 3. cum sequentibus.

Communis resolutio est, quod iure communi filia non succedunt, in emphiteosi pro filijs concessa, nec possunt nominari. Fallit, ex l. regia Lusitania, vt p. Caldas, vbi supra, & ex consuetudine huius regni, in qua contrarium seruatur: & de nepotibus: vide eundem Caldas in d. tract. quaest. 19. a nu. 13.

De secunda, adde Paul. de Castro in l. si de verborum significatione, & in l. cuncta in fideicomisso, deleg. 2. Corn. conf. 37. nu. 2. lib. 3. Ruin. conf. 151. nu. 8. lib. 2. Socin. conf. 131. nu. 4. & 86. nu. 1. lib. 3. Deci. conf. 299. nu. 15. Caldas in d. tract. quaest. 14. a nu. 38. Resolutio est, quod iure communi, quando em-

phiteosis conceditur pro masculis & foeminis, vel de consuetudine succedunt foeminae, non praefertur masculus foeminae: secus si extet statutum, quod ita tibus masculis, foeminae non succedant: aut aliud lege caueatur, vt per Caldas vbi supra, qui declarat & confirmat praesentem decisionem, licet eam non citet: & ita practicitur in his regnis, nisi nullus esset nominatus; nam tunc masculus praefertur, ex l. fin. ff. de fide instrum. late Tiraq. de primogenijs, quaest. 40. late Caldas quaest. 12. 24. 7. & 23. & ita vidi iudicatum in quadam causa.

De tertia vide late Autores, maxime Bar. in l. omnes populi, de iustitia & iure. Imol. in. c. fin. de constit. Andream ab Exea de constit. num. 266. & 268. & sequentibus, & resolutio Autoris est vera, & secundum eam iam consului, & iudicatum est: ex quibus apparet, bene iudicasse Senatum in praesenti decisione.

Additio ad Decisionem

CCLXII.

Devo ponit hac decisio notanda. Primum, quod creditor non tenetur alimentare debitorem inopem ad sui petitionem in carceratum, si ex elemosinis possit alimentari, aut aliqua confratritia, puta Misericordiae, cum alimentat.

Secundum, quod carcerato ob delictum non tenetur accusator alimenta subministrare.

Primo, adde Aluarum Valascu, qui omnia, quæ Autor hic tradit, refert, & etiam nostram decisionem, consultatio. 1. a nu. 8. Gordubam de Lara in repetitione. l. si quis, a liberis. 9. si vel parens, a nu. 60. cum sequentibus, in tractatu de alimentis, Auiles in c. 18. praetorum, verbo, qual conuenza, nume. 5. Montalium in l. 2. verbo, de pany, a qua, tit.

titu. 8. lib. 2. fori, & l. 4. & ibi Matie. glo. 1. & Azeued. a nu. 1. & 2. titu. 16. lib. 5. recop. qua disponitur, quod per nouem dies solum tenetur creditor alere debitorem inopem: quod male & raro practicitur. Valascus vero discrepat ab Autore hic, in 2. parte conclusionis. Mihi vero, si alimenta quæ dantur, carceratis ab aliqua confratritate, non sint ordinaria, & necessaria, & elemosynæ non sint sufficientes & ordinariae, in dubio verior videtur Valasci opinio.

Secundo dicto adde Auiles, vbi supra num. 4. qui idem tenet: & ita practicitur.

Additio ad Decisionem

CCLXIII.

Tria aut quatuor dubia continet hac decisio. Primo adde quæ diximus decis. 250. alias. 251. Secundo adde quæ diximus & allegauimus decis. 46. & Menoch. conf. 45. lib. 1. Xuares alleg. 1. Ale. & Menoch. Boer. Gratum, Simone de Pretis, Marantam, Matieam, Rolandum, Viui, Capram, Soci. Deci. Clar. & alijs allegatos a Doctore Valdesio ibi num. 2. lit. A. Tertio adde Molin. lib. 1. de Hispanorum primog. cap. 8. a nu. 35. Binel. etiam ab eo citatum. Ceph. conf. 306. num. 122. lib. 3. & 312. num. 25. eod. lib. latissime Psgueram in tract. de feudis, versicul. 6. ad repetitionem capituli, item super laudemio, a nu. 109. cum sequentibus: & huic dubio quo ad secundam partem eius, vbi dicit, quod donatio iudicatur causa mortis, & potest reuocari: etiam si adijciatur clausula de non reuocando, adde quæ diximus supra decis. 259. & notabiliter & bene ad propositum huius decisionis in hoc dubio Menoch. in tract. praesumptio. lib. 6. praesumptione. 4. nu. 22. allegat Corn. don. 159. lib. 4. col. 3. Socin. Deci. Ripa & aliorum eundem Menoch. d. lib. 6. pra-

sumptione. 10. nu. 3. & quo ad tertiam partem dubij, in quantum dicit, quod testator potuit adijcere onera maioratui pluribus vicibus, ex eo quia reseruauit sibi facultatem faciendi, & non consumitur facultas faciendi prima vice, adde in terminis Pelaez de Mieres in tract. de maioratibus. 1. part. quaest. 26. a nu. 12. cum sequentibus, & quaest. 38. Vide etiam Velazquez de Auendaño in l. 44. Tauri, glo. 19. a nu. 2. & glo. 26. Tertio dubio, in quantum dicit Autor, quod inferens metum, vel dolum, non potest ipsum allegare, quia allegaret turpitudinem suam, adde elegans consiliu Hippolyti Riminaldi Iunioris. 62. lib. 1. per totum, & Crauettam consil. 491. nume. 1. & consil. 815. nume. 2. lib. 5. & 570. num. 9. & 436. num. 12. & Viui decis. 339. nu. 36. Matthæum Brunum consil. 87. num. 5. lib. 1. Tandem his visis, decisio praesens Senatus vera est, nam absq. dubio possessor maioratus potuit adijcere nouas vocationes & grauamina maioratui antiquo, si addidit bona propria, & licet Pinelus dicat, quod non, cuius opinionem probabilem Molina dicit, si sint contrariae vocationibus adiectis in primo maioratu, simpliciter tamen tenendum est, quod quomodocumq. velit adijcere, potest, licet postea sequatur diuisio horum maioratum, nisi aliquid repugnans & incompatible resultet, ex quo alter eorum supprimatur, vel supprimi poterat, vel posset in futurum, tunc enim etiam quo ad bona addita, seruanda essent disposita in primo maioratu.

Additio ad Decisionem

CCLXIII.

Adde quæ late allegauimus ad decisionem, 66. vbi infinitas auctoritates modernorum, & antiquorum citauimus, maxime vltimum consilium Stor-

tia, quod omnia complectitur: & interim vide eundem, qui omnia hinc dicta, & plura alia complectitur, in tract. de integro restitutione, quæst. 64. 2. part. per decem articulos illius quæstionis.

Num. 3. Nota, quod allegans aliquam qualitatem ad fundamentum suæ intentionis, tenetur eam probare. Adde Rol. Vallè conf. 68. nu. 3. lib. 1. Burl. conf. 131. nu. 8. lib. 2. Tiberi. Decia. conf. 17. nu. 7. lib. 1. Ceph. conf. 256. nu. 65. lib. 2. Fab. Turretum conf. 2. a num. 12. lib. 1. Hæc decisio clara est, & ideo nulla alia indiget additione: & ad id quod dicit de seniore nu. 3, adde Molin. de primog. lib. 1. cap. 11. nu. 9. & lib. 2. cap. 4. num. 42.

Additio ad Decisionem CCLXV.

**N**Vm. 1. An cedi, donari, & vendi possit ius succedendi in aliquo primogenio, diximus supra decis. 174. & adde nunc Pelæz de Mieres in tract. de maioratibus. 3. par. quæst. 18. per totam. Molin. lib. 1. de primog. c. 6. a num. 45. & lib. 3. c. 2. a num. 21. Tiraq. de primogenijs, quæst. 26. & 27. Velazquez in l. 45. Tauri glo. 2. a num. 3. 4. & 5.

Num. 2. Adde Aluar. Valas. in tract. de iure emphiteotico. q. 7. a num. 8. Armon. conf. 112. nu. 8. lib. 1. & eleganter Crauet. cont. 548. nu. 6. lib. 4. & de contractu in scriptis celebrando, & quando fit conventio, ut de contractu fiat scriptura, vide de quæ diximus decis. 207. num. 7.

Nu. 3. de confessione facta in contractu nullo, quod valeat, adde Paul. qui dicit notatu dignum, & in l. si ita stipulatus. §. Chryfogonus nu. 4. ff. de verborum oblig. & ibi Alex. Ange. & Imol. & cum Ruin. Alexan. Bart. Decio, & alijs adde latissime Mascari. in tract. de probatio. par. 1. concl. 358. per totam, ubi communem dicit sententiam huius decisionis, & respondet ad contraria.

Num. 4. De ratihabitione tacita & expressa adde latissime Mascari. in tract. de probatio. par. 3. conclus. 1256. a num. 59. & per totum.

Nu. 5. Ultra Bald. & Salic. hic allegatos adde in puncto las. in l. 2. num. 134. C. de iure emphiteotico, & Campegiu in tract. de testibus, reg. 371. Mascari. d. 3. part. conclus. 1319. num. 14. ubi, quod quando scriptura requiritur ex conventionione partium, distractus potest probari testibus: & adde Aluar. Valas. ubi supra. Ex quibus omnibus reperies, bene iudicatum in hac decisione, nam per secundam scripturam nullam non debet derogari primæ validæ, etiam si illa prima revocabilis esset ad voluntatem partium: de quo vide Autores, maxime Purpurat. Rimin. & Monterum in l. pacta nouissima. C. de pactis. Adde tamen, quod non videtur bona differentia Autoris, scilicet, quod quando scriptura requiritur de necessitate ad contractum, distractus possit fieri sine scriptura, & quod non colligitur voluntas partium, ut sine scriptura distractus non valeat; secus quando requiritur ex voluntate partium, quia tunc videtur colligi voluntas, scilicet ut distractus non valeat sine scriptura: nam hæc differentia non videtur probari iure. Quidquid enim sit de voluntate partium, de iure, quando contractus de necessitate exigit scripturam, distractus etiam exigit: secus si requiratur ex partium conventionione, ut dicunt citati Autores: nec aliud dicunt citati ab Autore in præsentia. Nihilominus tamen Senatus bene decedit, ut dictum est.

Additio ad Decisionem CCLXVI.

**N**Ota duo ex hac decisione. Primum, quod usufructuarius conventus potest

potest nominare dominum in iudicio, ad effectum, non ut ipse liberetur a iudicio, sed ut illi acta parent præiudicium. Secundum, quod a sententia in qua dominus iubetur citari, potest appellari, quia habet vim definitivæ, & iudices appellationis tenentur declarare, an sententia fuerit, vel non, iusta. De primovi de Ferraram, & ibi additiones novas in sua praxi civili, in forma libelli in actione reali, verbo, *tenet & possidet*. Deci. conf. 62. nu. 3. Mingierum centuria. 2. observatione. 58. & cetera. 3. observatione. 24. Afflictis decis. 217. latè Marianum Socin. in cap. quoniam frequenter. §. in alijs, a num. 100. extra, ut lite non contestata. Vide etiam Legittas omnes in l. 2. C. ubi in rem actio. Barba. in cap. quoniam frequenter. §. in alijs, nu. 50. ut lite non contestata. Argid. Bellamer. & Barri. & Abb. in §. quod si super illius cap. & Socin. nu. 112. cum sequentibus. Adde etiam Marcum decis. 832. parte. 1. Pinel. in l. 1. 2. part. num. 62. C. de bonis maternis. Caualep. in tract. de usufructu. a num. 7. & concludit, quod ad quæstionem tangentem proprietatem, potest emphiteota nominare dominum ad utrumque effectum, ut ubi sententia noceat, & ut liberetur a iudicio proprietatis, quidquid Autor hic dicat, tenetur tamè pro interesse usufructus, saltem usque ad primam sententiam, causam prosequi: & hoc est quod decisio nostra adducit. Intellige, quando hæc quæstio non tangit ius emphiteotæ, alias non potest nominare ad effectum liberandi se a iudicio; contra Barba. ubi supra, & hæc est communis opinio: & adde Ficardum lib. 3. communium, tit. 15. num. 12.

De secundo vide Felinum in Rubrica de sententia & reiudicata, num. 11. & 12. melius de sententia interloquutoria super legitimatione personæ, Ferraram in praxi, in forma sententiæ super

legitimatione personarum, verbo, nos Bernardinus, & vide plures allegatos per Azeu. in l. 6. tit. 18. lib. 4. recop. Couar. in practicijs quæst. 23. Dueñas reg. 45. Lancelor. in tract. de attentatis. 2. part. cap. 12. lim. 25. a num. 1. Tandem plures citat Azeued a quo non est opus transcribere: & notanda est decisio præsens, quia singularis & vera.

Additio ad Decisionem CCLXVII.

**A**Dde quæ diximus decis. 40. & decision. 234.

Additio ad Decisionem CCLXVIII.

**A**Dde quæ latè diximus ad decisionem. 254. & aduertè, quod si num. ex quibus institutor & socius, de quo hic, lucrati sunt, erant communes, & alij socij vellenti illorum luctorum partem, etiam si mandatum esset limitatum, ut decisio sonat, non procederet ex dictis in dicta decisione: & ad præsentem adde decisionem Geniæ. 67. & 64. & 8. a nu. 9. & 9. nu. 14. & 174. & 180. a nu. 3.

Additio ad Decisionem CCLXIX.

**E**X hac decisione inferuntur sequentes notabiles conclusiones.

Prima, quod collegium, vniuersitas, aut monasterium, non amittit ius commissi ex receptione pensionis, nisi sollegaliter recipiant, & quod restituatur contra receptionem.

Secunda, quod consuetudo non excusata eaducitate ob dissolutionem, quando contrarium in pactis contractus inuenitur: quæ est conclusio singularis. Et adde Rimi. Seni. conf. 369. libro. 3. Adde etiam Bursat. conf. 243. lib. 2.

Et

Et adde huic decisioni, in quantum dicit quod quælibet causa excusat a commissio. Bursat. conf. 26 a nu. 39 lib. 1.

Tertia, quod delictum unius ex socijs emphiteosis, non soluendo, vel alienando contra pacta, nocet alijs respectu commissi.

Ad primam conclusionem adde glo. & Autores in capit. potuit, de locato. Fulg. consi. 2. col. 2. Curt. Jun. in tract. de feudis. 2. parte principali, quæst. 26. Jul. Clarum lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 10. Mascari. in tract. de probatio. 1. part. conclusionem. 252. num. 12. & quod emphiteota non cadat, nisi domino volente, adde eundem conclusio. 251. num. 13. Berol. consi. 116. num. 12. lib. 1. Curt. Seniore conf. 81. Ceph. consi. 222. lib. 2. Aurel. Corbulum in tractatu de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titul. de causa priuationis ob alienationem, limit. 40. & tit. de causa priuationis ob non solum canonem, limit. 21. num. 5. allegat Ruin. conf. 70. num. 14. lib. 5. Alexan. consi. 105. nu. 15. lib. 5. Cæpol. consi. ciuili. 46. num. 3. Decium consi. 3. 29. num. 3. Berol. consi. 102. num. 57. lib. 1. Paris. consi. 108. num. 43. lib. 1. Bursat. consi. 26. num. 23. lib. 1. Sarmentum lib. 3. cap. 6. a nu. 2. & de restitutione contra receptionem canonis, adde aliquid per Sfortiam in tract. de in integrum restitutione quæst. 89. art. 3. num. 30. Huic tamen restitutioni si commissum fuit legitime renuntiatum per receptionem illius, qui pensionem recipere poterat, & commissum remittere, non consentio, nisi valde intersit minoris, aut alie personæ privilegiatæ, quia lucrum nimis odiosum est.

Ad secundam conclusionem adde in terminis Paulum Castrensem consi. 244. num. 3. dub. 3. lib. 2. Gozadin. consi. 75. num. 6. Dec. consi. 208. num. 7. Baptistam Ferretam consi. 178. num. 13. lib. 1. Aurel. Corbulum in d. tit. de cau.

sa priuationis ob alienationem, limitatione. 32.

Ad tertiam conclusionem adde Ripam in l. 4. §. Cato. nu. 44. & ibi Hermanotus Detus num. 295. Socin. Jun. nu. 143. ff. de verborum obligat. Rol. Valle consi. 17. num. 16. lib. 2. Anto. Gomez lib. 2. variarum cap. 10. num. 8. Clar. in d. §. emphiteosis, quæst. 8. Redoan. de rebus ecclesiæ quæst. 19. cap. 2. num. 7. latissimè Corbulus d. tract. titu. de causa priuationis ob non solum canonem, ampliacione. 8. Quæ conclusio vera est, quando emphiteosis existit indiuidua inter socios, & cū declarationibus Corbuli, quem omnino vide: & nota hanc decisionem, quia casum eius habeo in praxi, & secundum eam consului.

Additio ad Decisionem CCLXX.

Collige ex hac decisione conclusiones sequentes.

Prima, quod emphiteota primus potest de licentia domini alium facere emphiteotam: de qua diximus latè ad decisionem. 244. num. 7. alias. 246. & ibi dictis adde nunc Senatorem Caldas in tract. de renouatione contractus emphiteotici, quæst. 13. per totam. Riminaldus conf. 120. lib. 1.

Secunda, quod dominus directus ceteris remittere commissum primo emphiteotæ, qui subemphiteoticauit sine eius licentia, si ab emphiteota secundo canonem recipiat, vel in vita non conquestus est: de qua vide dicta per me in decis. 17. & decis. 91. & illis adde Senatorem Caldas in d. tract. quæst. 11. a num. 8.

Tertia, quod subemphiteota, vel secundus emphiteota, desinit finito iure primi emphiteotæ, & sic finito primo contractu, in tantum, quod si successori emphiteosis renouetur à domino directo cū eisdem

eisdem pactis & qualitatibus, nihilominus successor non teneatur illi stare, licet contrarium Autor defendat: quia emphiteosis renouata, censetur eadem cum prima, & durare prima, & sic non finitur ius datoris. Nihilominus contrarium decisis Senatus, & bene, cui decisio ni, in confirmationem, & reprobationem, adde latè dicta per dictum Caldas in d. tractatu quæstio. 2. & 3. 9. 10. & 14. & nouissime adde elegans consilium Bursat. 375. per totum, lib. 4. Aliqua ponit Hipp. Riminaldus consi. 48. a num. 21. lib. 1. & Ceph. consi. 657. a num. 23. lib. 5. Sed interminis huius decisionis adde Franciscum Curtium Iuniorum in tract. de feudis, par. 4. a nu. 85. cum sequentibus melius, latius, subtilius & elegantius per Carolum Molinæ, quem miror non vidisse, nec allegasse Autores huius decisionis, in consuetudinibus Parisien. titu. 1. §. 35. a nu. 19. cum sequentibus, allegat Bald. consi. 16. lib. 1. & eundem consi. 265. lib. 5. quæ omnino videndus est: ex quorum dictis collige casus sequentes ad declarationem huius decisionis.

Primus: Emphiteosis secunda durat pro vita concedentis, & eo mortuo, si succedat filius in emphiteosi, vel alius hæres, vt hæres, quia emphiteosis est hæreditaria, vel renouetur hæredi, tunc durat etiã subemphiteosis, & procedunt argumenta huius decisionis: & idẽ erit, quando ex consuetudine emphiteosis vendi posset à primo emphiteota, quia tunc iudicatur vt hæreditaria, & filij successoris ex primo cõtractu, etiã si hæredes non sint, non possunt ab eo auferre: secus si succedant ex renouatione, finitis primis generationibus.

Secundus est, Quando emphiteosis non est hæreditaria, sed acquisita pro se & filijs, tunc ius subemphiteotæ non durat nisi pro vita primi emphiteotæ, & eo mortuo, deuoluitur ad filios non hæ

redes, vel alios agnatos vocatos ex primo contractu, cui non potuit præiudicare primus emphiteota, ex Bal. & Molinæo vbi supra. Faciunt latè tradita per Fabium Turretum consi. 61. lib. 1.

Tertius est, Quando emphiteosis est finita, & renouatur in personam filij vel agnati non hæredis, tunc quia noua est, non durat ius subemphiteotarium, in præiudicium domini, nec agnati petentis renouationem, ex Bal. & Carol. vbi supra, & malè dixit Autor, quod non erat noua emphiteosis: quem reprobat Cald. quæst. 14. in d. tract. & ego iam in additionibus primæ partis reprobaui.

Quartus casus est de æquitate, Si agnati vel filij non comparant, tenetur dominus renouationem cõcedere isti secundo emphiteotæ, vt per Bal. vbi supra: quod in his regnis nõ practicitur, vt latè diximus decisio. 41. & decis. 117. Ex quibus omnibus vides benè iudicatum in presenti decisione.

Additio ad Decisionem CCLXXI.

Adde huic decisioni, vltra Xuarez, & alios hic citatos, suū additionorem Doctorem Valdes ibi, in tit. De las deudas. l. 13. §. sed pone nume. 24. lit. A. qui allegat Caualecan. Menoch. Tiraquell. Auend. Castell. Palat. Cifuent. Matien. Anto. Gomez, Gutierrium, Molin. Crauet. Anton. Gabr. & alios, quos non refero, quia nõ quã cõsueui fur alieni laboris esse; sed & ibi allegatis adde Mascari. in tract. de probatio. 1. part. conclusionem. 417. eundem latissimè lib. 3. conclusi. 1317. num. 2. & 15. Eugenium Perusinum consi. 9. a num. 12. lib. 1. Ceph. consi. 699. a num. 48. lib. 5. Bursat. latissimè consi. 127. lib. 2. & 173. num. 41. co. lib. Prosperum Pasethum conf. 164. a num. 1. & vide nouissimum & elegantissimum consilium Bursat. 424. lib. 4. qui

## Secunda pars Additionum

qui infinita singularia adducit. Plura etiam consilia Riminaldi Senioris & aliorum refert Mascardus vbi supra & adde etiam, quæ late diximus in nostro lib. 3. quæstionum, quæst. 23. Tandem communior, & verior, & æquior resolutio est, quod ex cursu decennij præsumatur licentia, & consensus mariti, vel aliorum in contractu requisitorum, quando non agitur de graui præiudicio: si vero de graui agatur, non præsumatur, nisi longissimū tempus cum alijs iudicijs interueniat: quod late per plures casus distinximus, & resoluius in dicta quæstione, & in quæst. 2. libri primi; & hic consensus præsumptus æquipollet expresso requisito ex mente omnium, de quibus supra, & ex his quæ diximus ad decisionem. 168. quibus nunc adde Menoch. in tract. de præsumptio. lib. 3. præsumptione. 42. a num. 15. Ex quibus collige, bene iudicatum per Senatū.

### Additio ad Decisionem CCLXXII.

**A** Dde huic decisioni Nauarrum in suo Manu. li. cap. 17. a nu. 260. Couar. in reg. peccatum. 2. par. relectionis, a num. 3. Medinam de rest. quæst. 49. in cap. Corollaria. Sequitur Dominicus Soto lib. 6. de iustitia & iure, quæst. 1. art. 4. Ioseph. Angles in suis Floribus Theologicis, art. 5. difficultate. 2. conclus. 1. Nauarram cum Caietano, & alijs quos allegat in tract. de restitutione tomo. 2. lib. 4. cap. fin. a nu. 33. latissime per tres & quatuor conclusiones Alfonso de Villagut. in tract. de vsuris, quæst. 32. per totam, & ex eorum dictis colligitur, veram esse nostram decisionem.

### Additio ad Decisionem CCLXXIII.

**A** Dde huic decisioni infinitos Auctores, quos allegat in terminis huius

decisionis Mexia in pragmatica taxæ panis, conclusion. 2. a num. 76. cum sequentibus. Cateil. Cottā. in memorabilibus, verbo, Dos, Deci. cons. 119. nu. 9. Neuzan. cons. 74. Roman. & ibi Mandos. cons. 517. a num. 4. Alexand. cons. 141. lib. 5. & 200. lib. 6. & 63. lib. 4. Roland. cons. 55. lib. 2. Massueriū ad Ferraram in praxi, in forma libelli, quo vxor agit ad dotem. verbo, *dicta domina*, versicul. *aut non legauit*. Alfonso de Villagut. in tract. de vsuris, quæst. 22. conclusion. 9. qui bene loquitur. Baczam in tract. de non meliorandis. cap. 25. num. 8. Communiter concluditur, quod valet pactū, de quo in hac decisione, si maritus sustineat onera matrimonij: & hæc est verior opinio, & quæ magis practicatur.

### Additio ad Decisionem CCLXXIII.

**A** Dde huic decisioni Viuium. decis. 241. num. 47. qui dicit opinionem glo. esse communiter ab omnibus receptam. Iul. Clarum lib. 5. sententiarum. §. adulterium numer. 18. Canteram in questionibus criminalibus, fol. 490. a nu. 43. & quæ diximus decis. 63.

### Additio ad Decisionem CCLXXV.

**A** Dde huic decisioni, vltra Auctores, hic citatos, Bart. post. Guillelmum de Cugn. in l. si quis libellos. C. de apcl. Speculatorem in titu. de locato. §. nunc aliqua, quæst. 96. num. 119. Alberi. in l. fin. num. 7. C. de iure emphiteotico. Alexand. in l. si insulam, num. 40. ff. de verborum oblig. Rip. in l. cum bona, num. 20. ff. de priuileg. creditorum, & in l. in quartam, num. 55. ad l. Falcidia. Guid. Pape cons. 192. num. 1. Curt. Sen. cons. 63. Grat. cons. 133. lib. 1. Socin. Iun. cons. 20. num. 38. lib. 1. Emanuel. Xarez in thesau-

## Ad Decisio. Anton. Gamma:

24

thesauro receptorum sententiarum, verbo, *emphiteosis*, num. 78. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. *emphiteosis*, quæst. 13. Aurel. Corbul. cum alijs pluribus, in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob alienatione, ampliation. 29. & de mora purganda recuperado re, vide Imol. Be roi. & Auctores in cap. potuit, de locato, & eund. Corbulum in d. tract. tit. de causa priuationis ob non solum canonē, limit. 41. a num. 21. & communis resolutio est, vt per Auctorem in præfenti, notandaque est præfens decisio.

### Additio ad Decisionem CCLXXVI.

**A** Dde huic decisioni, quæ diximus ad decisionē. 76. vbi declarauimus materiam. l. fronalis, de qua hic, cum Menochio, & alijs.

### Additio ad Decisionem CCLXXVII.

**A** Dde huic decisioni, quæ diximus ad decisionē. 26. & ad decisionē 244. alias. 246. vbi habes materiam præfentis decisionis cum pluribus auctoritatibus declaratam.

### Additio ad Decisionem CCLXXVIII.

**A** Dde huic decisioni quæ dixi ad decisionem. 239. alias. 237. quia error est in numero Auctoris: & de materia, l. fin. de eo quod metus causa, quando reuota illegitime data, est confirmanda, vide quæ diximus ad decisionē. 40. & illis adde Parladorium lib. 1. rerū quotidianarum, cap. 10. per totum, & nouissimē lib. 2. cap. 6. & de sequestro, an auferat possessionem, adde Boeri. decis. 272. num. 1. Did. Perez in Rubrica ad

titulum *De los secretos y embargos*, lib. 3. ord. col. 1140. Azē. in Rubrica titu. 12. lib. 4. recop. num. 12.

### Additio ad Decisionem CCLXXIX.

**H**æc decisio in materia legitimatio nis est admodum hæcanda & singularis, & latissime materiam pertractat: ad cuius materiam infinita allegam ad decisionem. 2. num. 7. & ad decisionem 11. nunc tamen ex eius largā contextura elicio duas conclusiones substantiales, in quibus consistit neruus totius decisionis.

Prima, quod clausula, *Sine præiudicio venientium ab intestato*, apposta in legitimatioibus, solum operatur in fauorem filiorum patris, qui filium fecit legitimari, non in fauorem aliorum consanguineorum transfusorum, alias nihil operaretur. Secunda, quod legitimatus a principe ad successionem maioratus cum clausulis de plenitudine potestatis, & ex certa scientia, admittitur ad successionem maioratus, & excludit agnatos transfusales, etiam si fuisset natus ex coitu damnato.

Ad primam conclusionem, vltra per me dicta vbi supra, adde Alexan. cons. 188. ff. 5. num. 20. Deci. cons. 393. & 338. num. 4. Socin. Iun. cons. 97. nu. 42. lib. 4. & 120. num. 22. lib. 2. & 121. nu. 16. lib. 2. Iacobum Mandellum Alben. cons. 7. num. 1. Ioan. Mariam Riminaldum cons. 41. num. 9. & 17. lib. 1. Anto. Gabr. lib. 6. conclusionum, titu. de legitimatioe, conclus. fin. num. 6. Grassum in suo libro sententiarum. §. successio ab intestato, quæst. 19. nu. 14. Sfortiam cons. 14. & 16. num. 30. ff. 1. Dionysium Gotifredum in sua praxi iuris ciuili. lib. 1. tit. 5. fol. 327. ex quorū dictis, & aliorum ab eis allegatorum, contra dictam conclusionem Auctoris est

*Handwritten notes:*  
 restā...  
 in...  
 5. 2. 108

est magis communis opinio, imo quod non excludantur venientes ab intestato. Ego tamen pro vera intelligentia constituo casus sequentes.

Primus, si in legitimatione nihil dicatur de successione ab intestato in favorem legitimatedi, tunc dicta clausula operatur in favorem venientium ab intestato, & legitimatedi eos non excludit, solumque erit capax succedendi ex testamento, nisi consanguinei non sint, aut non apparent, vel sint admodum remoti, & incerti: & ita procedit dicta magis communis opinio.

Secundus, si in legitimatione legitimatedi fit capax ab intestato succedendi, & ei datur dicta successio, tunc, si aliud non appareat ex verbis legitimationis, dicta clausula solum operabitur in favorem filiorum patris petentis legitimationem, & non aliorum, & ita procedit doctrina Autoris hic, quæ in terminis legis. 12. Tauri, quæ est. l. 10. titu. 8. lib. 5. recopul. clarius procedet.

Tertius, si ex verbis legitimationis constet quod etiam legitimatedi vult ut legitimatedi succedat ab intestato filijs existentibus, tunc solum operabitur quæ Alexand. Dionysii. Crassus & alij vbi supradicunt, & legitimatedi succedat ab intestato cum filijs: quod in his regnis non procedet ex d. l. 10.

Ad secundam conclusionem ultra dicta per me in dictis decisionibus, & per Autorem hic, adde Curt. Senio. cons. 35. 17. 16. 65. 19. 13. 73. 18. Curt. Junio. cons. 221. & 196. & 302. & 247. lib. 3. Mariam Riminald. cons. 113. num. 9. lib. 1. & 28. num. 15. & 41. & 82. nu. 13. & 226. lib. 2. & Jacobin. Riminald. eius filium cons. 626. & 718. & 720. & 721. & 723. & 725. 776. 728. lib. 4. Mari. Anguil. cons. 10. & 122. & 19. & 129. Crasset. cons. 669. 868. a num. 4. 958. 450. num. 14. 687. 923. lib. 5. Brun. cons. 15.

Hierony. Gabr. consil. 30. a nume. 12. lib. 1. Neuiz. consil. 99. Celf. consil. 88. a numero. 16. Bursatum consilio. 1. a num. 30. lib. 1. & 390. lib. 4. a nume. 3. 2. & 453. cod. lib. 4. Menoch. consil. 181. lib. 2. 266. a num. 3. lib. 3. & 461. lib. 5. & de præsumptio. lib. 4. præsumptio. 79. Riminald. Jun. consil. 46. a num. 40. Cephal. consil. 111. lib. 1. Port. consil. 105. Prosperum Pasethum consil. 164. a num. 12. & 165. a nume. 3. & 98. a num. 9. & 71. & 72. Jacobum Berretam consil. 31. & 29. a nume. 17. & 16. a num. 53. Franciscum Becium consil. 3. a num. 36. lib. 1. Eugenium Perusin. consil. 57. per eorum. Anton. Gabr. vbi supra, Roland. consil. 67. lib. 3. & 88. eodem libro. Marzarium de fideicommissis, quæst. 30. Petrum Surdum consil. 1. a nume. 97. lib. 1. Bonifacium Rugerium consil. 27. 51. & 56. lib. 1. Alexand. Raudentem consil. 141. nume. 4. 5. 30. 39. 40. 41. 104. 124. & 125. 2. tomo Zileti de ultimis voluntatibus, & consil. 21. & 108. cod. tomo. Anton. Clonum consil. 10. & 142. lib. 1. Bursat. consil. 127. lib. 2. Nattam consil. 470. num. 24. lib. 2. Sfortiam latissimè consil. & consil. 16. & per tota, lib. 1. & in tract. de cõpendiosa par. 6. art. 5. Mant. in tract. de cõiectur. lib. 11. tit. 10. Crassum vbi supra & in 6. fideicommissum, quæst. 38. a num. 2. & ex nostris Molin. lib. 3. de primogen. cap. 3. Couarru. lib. 3. variarum, cap. 5. num. 7. Azcued. & Matienz. in d. l. 10. Cald. de nominatione, quæst. 21. Ceruantes in d. l. 12. a num. 48. post Tellum Fernãdez ibi. Velaz. in l. 40. Tauri, glo. 11. Ioan. Gar. in tract. de nobilitate, glo. 21. Gutierrez in repe. 6. sui, ampliatio. 4. instit. de hæredum qualitate & differentia. hi omnes, & qui ab eis allegantur, & repetentes omnes ad 6. & quid si tãtũ, nimis variant in hac materia, tum circa successiones liberas, tum etiam circa bona feudalia & maioratus, & resti-

omnes,

tionem subiecta, tum an princeps tertius & substitutis præiudicare possit, & an eorum citatio requiratur. Tandem omnes, saltem maior pars, contra nostram conclusionem & decisionem insurgunt: sed tamen ut confusio evitetur, in tam difficili & lato pelago constituo conclusiones sequentes, quæ materiam extricant & declarant.

Prima, quod ad legitimationem, nec ad aliud privilegium impetrandum, nulla citatio requiritur, cum princeps legitimando & privilegiando suo iure utatur, a nulloque possit impediri, legitimatedique beneficium & habilitatem consequatur, quæ sibi impediri non debeat, quidquid inde eveniat, actusque per se & primario nulli dandum inferat, ex eleganti Oldra. consil. 299. Facit Bellacom. cum Henrico. in esp. fin. ut lite pendente, & sic prædicatur.

Secunda conclusio: Princeps ad petitionem patris in sui vita libere potest filium legitimare ad utramque successionem, nullaque citatio requiritur, cum consanguineis nullum ius competat ad eam, nisi in spe incerta & remota, talisque legitimatedi, ut legitimus succedat, legitimis filijs non existentibus, ex d. l. 10.

Tertia, Princeps potest post mortem patris ante hæreditatem aditam filium legitimare, hæc tamen legitimatio nõ oberit consanguineis ab intestato succedentibus, quia habuerunt ius ad rem certam: quod ab eis absque magna causa tolli non debuerat, quodque post acquisitionem quo ad conservationem de iure naturali, licet modus acquirit fuerit de iure civili: quidquid Paulus & alij dicant.

Et minus poterit post aditam hæreditatem consanguineis præiudicare.

Quarta conclusio. Legitimatedi in

omnibus & per omnia, & ad fideicommissa, si fideicommissum est temporale, & aliud non constet ex claris verbis & voluntate testatoris, excludit substitutum sub conditione, si sine liberis, tamen legitimatio non fiat post acquisitum ius substituto, mortuo primo vocato, & in hoc nullum præiudicium fit substituto, qui solum in defectu filiorum est vocatus, & legitimatedi est filius & capax.

Quinta conclusio: Legitimatedi non succedunt in maioratibus & fideicommissis perpetuis, quia ex testamento fundatoris vocati sunt consanguinei in defectum legitimorum, & Princeps non voluit nec potuit de lege ordinaria illis præiudicare, maxime cum tales raro ex consuetudine soleant succedere, nec a testatoribus vocari, nec de eis intelligunt, quando filios vocant.

Sexta conclusio. Princeps de potestate absoluta, & ex magna causa potest legitimare ad maioratus, & excludere consanguineos: causa tamen debet esse publica, & hoc non est negandum a Principe, quidquid Molinæ & alij velint. Debet tamen de eius voluntate apparere in legitimatione, & quod vult uti dicta potestate absoluta, alias in dubio non videtur ea uti. Debet etiam de causa in actis apparere, nec vltra citatio requiritur, cum tamen causa verificetur: nam ex causa potest dominium alterius auferre, & voluntates instantium declarare, & illam tanta subvertere, & de hoc dubitandum non est: debet tamen, si comode id potest fieri, cambium dare consanguineis exclusis, non ex proprio patrimonio, si legitimatio vel in eius favorem, vel sui varij non cedat, sed ex alijs bonis legitimatedi, si id comode fieri potest.

Septima & ultima conclusio. Princeps in dubio, quando consanguineis existunt,



existunt, aut non apparent, vel incerti & nimis remoti sunt, potest legitimare ad maioratus filium possessoris, & sic iam audiui practicum, & hoc modo procedit decisio præfens, quæ fundatur in eo, quod ea quæ maioratum petebat, erat etiam spuria & legitimata, vel descendebat à spurio, & sic in pari causa potior erat conditio possidentis: quæ aliàs falsa foret, & non tenenda: quæ omnia lector, nota, quia nullibi inuenies ita declarata.

Additio ad Decisionem CCLXXX.

**A**Dde huic decisioni. l. 5. & 6. tit. 16. lib. 8. recopilationis, cum qua cessant dubia huius decisionis, nam lex illa dicit, quod qui cum archibusio delinquit, includitur in eius dispositione, & itidem auxiliâtes. Et ad dicta in hac decisione, an sufficiat præsumptiva probatio, vide dictam legem. l. 6. lib. 2. Por et qual constando del delito, & vide quæ dixi ad decisionem. 179. & adde infinitas allegationes Tiraquel. de retractu lib. 1. §. 8. glo. 5. num. 19. Socin. in c. clericus, a num. 12. de foro competentis.

Et ad id quod Autor dicit de extensione legis pœnalis, vide Eugenium Perusinum conf. 33. a nume. 124. & 49. a num. 19. & 68. a num. 15. & 83. a num. 5. lib. 1. Ceph. conf. 226. nu. 19. lib. 2.

Additio ad Decisionem CCLXXXI.

**H**æc decisio vera & singularis est, & secundum eam semper iudicatur in causis criminalibus, & rei torti pro modo iudiciorum aliquâdo vel absoluntur, vel pœna arbitraria, exilij, pecuniaria, vel verecundiz, vel ad triennium condemnantur: cui adde Iuli. Clarum in sua praxi criminali, quæst. 64. a

num. 38. qui Simancam & alios allegat doctorem Xuarez de Pace in sua Praxi tomo. 1. c. 3. §. 12. nu. 22. par. 5. Canterâ in quæstio. criminalibus, fol. 105. versiculo, *Vtrum reus purget indicia*, a nu. 12.

Additio ad Decisionem CCLXXXII.

**A**Dde huic decisioni quæ diximus ad decisionem. 171. & 179. & 141. ubi inuenies similem decisionem in dicta decisione. 179.

Additio ad Decisionem CCLXXXIII.

**A**Dde huic decisioni, per quantum tempus amittatur priuilegium faciendi, vel non faciendi, ad intellectum. l. 1. ff. de nundinis. l. 42. titu. 18. part. 3. latissimè Ioan. Garciam in tractatu de nobilitate, glo. 6. a num. 30. & 33. & 40. cum præcedentibus & sequentibus. Pelaez de Micres in tractatu de maioratibus. 1. parte, quæstione. 17. num. 1. Otaloram de nobilitate. 2. parte. 3. partis principalis, cap. 9. a nume. 7. Tiber. Decian. conf. 66. a num. 65. lib. 3. & conf. 3. num. 125. lib. 2. Azeued. in l. 1. a num. 30. tit. 1. lib. 6. recop. Et ad id quod Autor dubitat, an priuilegia ad sui validitatem requirant confirmatione Regis successoris, adde Afflictis decis. 128. per totam, qui eleganter loquitur: & quia decisio clara est, & vera, nihil amplius illi addendum puto.

Additio ad Decisionem CCLXXXIII.

**D**vo dicit hæc decisio. Primum, quod ius tertiz vel secundæ personæ in emphiteosi semper durat, durante ipsa principali persona, licet ipsa ius emphiteoticum in alium transtulerit quod non extinguitur morte cessionarij. Adde Rimi. Sen. conf. 114. lib. 1.

Secun-

Secundum, quod a dominus videtur remittere caducitatē incursam ob alienationē, accipiēdo a nouo emptore pessiones per decennium, etiam si sit Ecclesia Collegiata, cōtra notata in c. potuit, de locato, & quod per tale tēpus domini licentia præsumitur. De primo vide in terminis legis Regiæ, de qua hic, Senatorem Caldas in tract. de renouatione contractus emphiteotici, quæst. 7. a nu. 7. & adde Ananiam & alios ibi allegatos. Adde etiã plurimū ad rem de renouante emphiteosim in fauorem certæ personæ, qua mortuæ, non reuertitur ad dominū, sed redit ad renouantem, Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres, quæst. 10. & ibi Aret. nu. 29. Alex. nu. 60. Rip. 88. Crotus nu. 146. ff. de verberū obligatio. Bal. conf. 28. lib. 3. & cum Berouio Hierony. Gabr. & alijs quā pluribus, Aurelium Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob renouationem, a num. 10.

De secundo adde quæ dixi ad decisionē. 269. alias. 267. vel. 268. conclu. 1. & quæ ibi allegant, & nota bene hanc decisionē, quæ per decennium excludit monasterium & ecclēsiā Collegiatam, etiã si ignorantiam alleget: cui adde Hiero. Gabr. cōf. 88. nu. 14. lib. 1. Anto. Gomez de contractibus. c. 11. num. 17. Gratum conf. 121. nu. 11. lib. 2. Deci. conf. 486. nu. 10. Socin. Iun. conf. 22. nu. 15. lib. 1. & cum Menoch. Ias. & alijs Aurel. Corbol. in d. tract. tit. de causa priuationis ob alienationem, limit. 3. 1. & adde Deci. conf. 329. num. 3. Ias. in l. 2. num. 130. C. de iure emphiteotico. C. pol. conf. ciuili. 46. Imol. in d. c. potuit, nume. 34. Iul. Clarum lib. 4. sententiarum. 9. emphiteosis, quæst. 10. Bursat. consil. 26. num. 23. lib. 1. Paris. consil. 108. nume. 43. lib. 1. Socin. conf. 66. num. 19. lib. 3. Beroy. conf. 102. num. 57. lib. 1. Ruin. conf. 70. num. 14. lib. 5. Alex. conf. 105.

nu. 15. lib. 6. Sarmiento de selectarum lib. 3. c. 6. num. 1. & de consensu & licentia domini præfentenda ex diuturnitate temporis, adde notata in decisione. 70. & in decisione. 270.

Additio ad Decisionem CCLXXXV.

**N**Ota ex hac decisione, quod licet prima ex hac decisione, debeat haberi Primū, quod ex traditione facta communis visa & approbata tacite vel expresse per socium, præsumitur donatio inter coniunctas personas omnes.

Secundum, quod ex traditione facta coniunctæ personæ, cum cursu decennij, donatio præsumitur sine ulla.

Tertium, quod si filius non potest eligere vnam rem pro sua legitima: non potest.

De primis duobus adde Iate tractatum Menoch. in tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. casu. 88. & de præsumpt. lib. 3. præsumptio. 30. 31. 32. 33. 34. Mascard. de probatio. 1. parte, conclusio. 554. a num. 38. & a nu. 82. cum præcedentibus & sequentibus.

De tertio vide Rodericum Xuarez in repetitione. 1. quoniam in prioribus ampliacione. 11. nu. 7. 8. & 9. & Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. casu. 63. num. 29. vide etiam Mench. Benedicū. Bexengarium, Ceph. Peraltam, Rosan Boerri. Matien. Molin. & alios allegatos à Doctore Valdes ibi in additione, lit. C. nu. 7. & lit. B. nu. 3. vide etiam Anto. Gabr. lib. 6. conclusio. 341. & 59.

Additio ad Decisionem CCLXXXVI.

**N**Ota ex hac decisione, quod iustus iudicis, & prohibito ne soluatur creditor, excusant debitore à mora & punitio, & vera solutio cui adde Bar. in d. creditor. ff. de solutio. Bal. in l. falsus. C. de furtis. col. pen. Ias. cōf. 27. lib. 3. Affli-

d 2 decis:



Additio ad Decisionem CCXGII

Nota ex hac decisione conclusiones sequentes... Prima, quod minor lesus in venditione rei, ultra dimidium iusti pretij, ultra remedium... Secunda, quod restitutio prodest maioris liti conforti... Tertia, quod in remedio... Quarta, quod quando pars est enormissime lesa, longe ultra dimidiam iusti pretij, etiam extra quadriennium, & conlapso, potest dictum remedium... Prima adde. autores citatos ad decisionem... Secunda adde. Autores & ibi Jacobum... Anton. Gomez varrarum resolutione... Quarta conclusioni adde. dictum Doctorem Gutierrez d. limit. 2. quest. 143...

fora compellatur propter privilegium minoris, quia causa est individua. Tertia adde eundem Sfortiam in tract. quest. 47. parte. 1. art. 6. & 7. Gu tierrez lib. 2. practiarum; quest. 133. & quest. 134. & Azeved. in l. 1. titu. 11. num. 25. ubi allegat Couar. Meness. P. nel. Matien. & alios, & Matien. ibi. glo. 5. Ioan. Garc. in tract. de expensis. c. 18. amum. 18. ubi tractat de remedio dicta l. 2. & an debeantur melioramenta em ptore eligentore restitucere: allegat Caldas, Alex. Raudensem & alios, & magis communiter concluditur, quod fructus debentur a die liti contestationis, & emptori interesse pretij ad ratio nem quatuordecim pro vino: fructus tamen sa melioramentis provenientes no debentur, de quo vide eundem Garciam de expensis. c. 13. a nu. 14. Quando vero res fuit vendita judicialiter cu enormissima lesione, tunc practicatur, quod semper & in quocumq; tempore debeatur fructus aut redditus: quod frequenter practicatur & creditori, vel emptori, restituantur pretium cum dicto interesse. Quarta conclusioni adde. dictum Doctorem Gutierrez d. limit. 2. quest. 143. & qua diximus ad decisionem. 23. 2. alias 234. & 92. 95. 40. & 66. & ad decisionem. 266. alias. 267. & ad id quod dicit Autor de modo probandi lesionem, & verum pretium rei, vide qua diximus ad decisionem. 205.

Additio ad Decisionem CCXCIII

De huius decisioni que diximus ad decisionem. 91. & decisionem. 38. & adde. Menocelin tract. de recuperada, remediorum. nu. 28. Aurel. Corbul. in tractatu de causis ex quibus amittitur emphiteosis, cit. de causa priuationis ob no solutam canonem, limita. 17. Gigantem in tract. de pensionibus, q. 88. a nu. 9. Crauet.

Additio ad Decisionem CCXCV

Crauet. consil. 247. a num. 3. lib. 2. & 254. col. 2. Additio ad Decisionem CCXCIII. Deo dicit huius decisio. Primum, quod confessio debiti inducta aut facta in testamento, si vere debitum non sit, inducit legatum. Secundum, quod licet hoc legatum sit alij dandum, ille cui legatum est, potest petere, seu ille in cuius fauorem facta est confessio: & quod si ille petierit per viam debiti, cum clausula: Quam meliori modo, ex lege Regia de qua hic durare eadem instantia potest petere. prout iam legati, & obtinebit, ut obtinuit Rodericus in presenti, licet reclamante Autore. De primo late agit Barto. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. Bal. in h. non solum. §. liberationis. ff. de liberatione legati, & cum Felin. Mars. Cuma. Ruino & alijs in fine latissime Mascardus in tract. de probato. Arte 1. conclusio. 339 per totam. De secundo habemus legem simile in nostro Regno, que est. l. 10. titu. 17. lib. 4. de copiis per quam videtur permilsum, quod Apor hic ponit pro inconuenienti, ex Auend. resp. 1. a num. 21. & ex late notatis ab Azeue. in d. l. 10. a nu. 119. Faciunt que notat Afflictis decis. 95. Boar. decis. 42. nu. 13. Grammat. decis. 1. §. nu. 3. & 19 nu. 7. Chacheranus decis. 1. Ped. nu. 21. Menoch. de arbitrarijs, lib. 1. q. 31. & ad id quod dicit Autor, an ille nudus miniter habuerit actionem, vide Bal. & Salic. in l. nulli. C. de. Episcopis & Clericis, & in l. si quis Titio de leg. 2. & Dyn. & Bart. in l. Firmo. §. 1. ff. quando dies legati cedat. Mas. in. b. 149 glo. q. an. 30. titu. 4. lib. 6. recopilationis. Azeued. in l. 1. a nu. 43. d. pit. 4. Ego verum existimo, quod huius decisio est ratione inutilis circuitus vitandi: quod considerauit d. l. 10. omnia

Huius decisio habet vnicam singularem, practicam, & quotidianam conclusionem, scilicet, quod consanguineus proximior, etiam si descendat per linea femininam, si est etate maior, preferatur alij in pari gradu existenti, etiam si descendat per lineam masculinam, in successione abintestarij, vel patronatus, aut maioratus, in quo clerici & feminine admittuntur, & non agitur de conseruanda agnatione: quia in hac materia, vt indifferenti, appellatione filiorum, descendentium vel consanguineorum, veniunt masculi, qui ex feminis descendunt, si vel maiores, vel proximiores sint. Quae conclusio vera est, & quotidianae practicatur. Cui adde, ultra hic citatos, Ancharra. cons. 339. colum. 3. & 4. Pad. in l. 1. nu. e. 3. C. de edict. iherosol. Aretin. cons. 5. 2. nume. 55. & in §. nunc de lege, in hac decisione citato, Corne. consil. 246. nume. 2. lib. 2. lat. consil. 17. num. 1. lib. 4. Ruin. cons. 29. num. 2. & 3. lib. 1. Deci. consil. 303. nume. 8. elegantissimum consilium Anton. Rubei distinguentis. 22. per totum. Curt. Iuni. consil. 1. Mant. cam latissime & elegantissime in tractatu de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 8. titulo. 18. a num. 13. cum sequentibus. Albanum cons. 86. & cons. 87. Tiberium Decian. cons. 127. num. 16. lib. 3. Sfortiam in tractatu de compendiofa, parte. 6. articulo. 6. conclusionem. 3. Crassum in tractatu sententiarum. §. fideicommissum, quest. 35. a nu. 3. Euerard. cons. 228. Beroi. cons. 120. num. 32. lib. 2. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 16. nume. 7. & ex nostris Peraltam in l. cum pater. §. a filia, nume. 64. ff. de leg. 2. Costam in tractatu de regni successione, pagina. 176.

Molin. de primogenijs lib. 3. c. 5. a nu. 48. Aluarad. in tract. de coniecturis, lib. 2. cap. 3. §. 4. quali per totum: Burgos de Paz in proemio. l. Tauri, a nume. 127. Salazar de usu & consuetudine, c. 12. per totum, Velazquez in l. 40. Tauri, glo. 9. a nu. 74. Senatorem Caldas in tract. de nominatione, quaest. 14. a nu. 17. & quaest. 17. nu. 52. & ex nouissimis exteris vide eleganter distinguentem Alex Trentacinquum. in tract. de substitutionibus, parte. 4. a num. 10. & vide elegans consilium Menochij cum alijs ab eo ibidem allegatis. 588. a nume. 5. lib. 5. & vide quæ late diximus ad decisionem. 51. & vide eund. Menoch. conf. 414. nu. 19. & 435. nu. 5. & 472. nu. 2. & 463. num. 11. & 496. nu. 24. lib. 5.

Additio ad Decisionem CCXCVI.

**N**Ora, quod in materia stricta & rigorosa, appellatio venditionis non venit datio in solutum voluntaria vel necessaria. Adde quæ diximus decisione. 178. & decisione. 138. Adde etiam Ioan. Mariam Riminald. conf. 243. nu. 3. & 4. lib. 2. & conf. 353. num. 23. eod. lib. Cratettam elegantissime ad propositum dictorum in dictis decisionibus, conf. 748. nu. 7. lib. 4. melius ad propositum, conf. 628. num. 8. lib. 4. & in puncto conf. 327. lib. 3. Franciscum Becium conf. 42. nume. 5. & 94. nume. 3. lib. 1. & Prosperum Pasethum conf. 175. nu. 2. Bursar. conf. 184. a nu. 31. & conf. 220. nu. 9. & 137. nu. 10. lib. 2. Lafarté de Molin. in tract. de gabellis, c. 7. per totum; & cum infinitis allegationibus melius quam alibi, vide Marien. in l. 7. glo. 7. a nu. 1. tit. 11. lib. 5. recopi. ex cuius dictis dic, quod datio in solutum voluntaria obtinet vicem venditionis in materia fauorabili, & ex mente legis aut contrahentis, & vbi alias resultaret iniquitas,

vel fraus, & vbi militat eadem ratio. Secus in materia pœnali & odiosa; & vbi non militat eadem ratio, attendenda omnino est identitas rationis, & an dans in solutum, voluit, vel non, vendere, vel erat paratus alijs vendere ad soluenda debita, vel an stetit in puris terminis solutionis, quia se voluit a debito liberare: quod nota.

Additio ad Decisionem CCXCVII.

**A**Dde huic decisioni plura, quæ ponit Benuenutus Straccha in tract. de mercatura, tit. de nautis & nauibus. 3. par. per totam, & Iacobum Leonium conf. 16. & 17. Vide in terminis. l. 14. tit. 15. & ibi Greg. & Montal. par. 7. & adde Florian. Abb. Fulg. & alios in l. quemadmodum. §. si nauis ad l. Aquiliam. Bertachi. in suo repertorio, lite. N. verbo, *Nauis & nauis.*

Additio ad Decisionem CCXCVIII.

**A**Dde huic decisioni quæ diximus ad decisionem. 26. & 246. alias. 244. vbi late diximus, quia est quasi in terminis decisio: imò sunt quasi in terminis decisiones, & vide in terminis decisio. 277. alias. 276. & vide etiam in terminis Caldas de reuouatione, quaest. 15. a nu. 40. cum sequentibus, & Valascum de iure emphiteotico, quaest. 20. a nu. 12. omnino vide eum, & tene eius resolutionem ad præsentem decisionem, & vide de Mariam Rimi. conf. 100. lib. 1. & eundem Aluarum Valascum d. quaest. 20. a nu. 19. Pinel. de bonis maternis. 3. parte, num. 65. & vide ex proposito præsentem decisionem defendentem Caldas in d. quaestione. 15. a num. 23; qui omnino videndus est, quia diligenter decisionem defendit.

Additio

Additio ad Decisionem CCXCIX.

**A**Dde huic decisioni l. Æmilius, & quæ ibi Bart. Albericus, & DD. notant. ff. de minoribus, & quæ notat Sfortia de restitutione part. 2. quaest. 53. artic. 6. & quæ diximus lib. 1. quaestio. quaest. 5. & ibi videbis, quod minores tenentur implere contractus prædecessorum. Adde etiam Bald. conf. 287. col. 1. versic. item dicunt quidam, lib. 4. Paris. conf. 98. num. 35. lib. 1. Mauri. de rest. cap. 243. & cap. 100. cum sequentibus.

Additio ad Decisionem CCC.

**N**Ota duo ex hac decisione. Primum, quod emphiteota potest alienare commoditatem, irrequisito domino: de quo late diximus decis. 71. & 70. & 16. & 246. & adde nunc Tiraquel. de retract lib. 1. §. 1. glo. 7. nu. 41. Grat. conf. 22. num. 3. lib. 1. Ruin. conf. 176. nu. 13. lib. 1. Menoch. de recuperand. remed. 9. a num. 261. Roland. Valle conf. 59. nu. 13. lib. 2. Molin. Redoan. Inf. Speculat. & alios quos citat Aurelius Corbulus in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob alienatio. limit. 26. & 27. & in dicta decisione contrarium tenui, & nunc teneo. Adde de locatione ad longum tempus Aluarum Valascum in tract. de iure emphiteotico, quaest. 29. a num. 23. & vide quæ diximus ad decisionem. 26. & decis. 156. & 214.

Secundum, & mihi singulare, quod per receptionem decennalem canonis, factam ab œconomo monasterij constituto ab Abbate & Capitulo, censetur remissum commissum in præiudicium monasterij: quod mihi singularissimum est, & id tenerem, concurrente solutione de cœnali, ex qua præsumitur mona-

sterij scientia, si verò tantum tempus non effluerit, si alias non probentur actus rati habitationis, in puncto iuris falsum crederem, & contra communes resolutiones, de quibus per Corbulum & alios quos retuli ad decis. 274. alias. 283. ex æquitate tamen, propter odium commissi, posset absolute hæc decisio practi cari, de qua vide quæ dixi ad decisionem 91. & ad decisionem. 269. alias. 267. & vide decisionem. 72. num. 5. & vide Bursat. conf. 143. a nume. 10. lib. 2. & quæ ibi dixi. Et aduerte, quod licet Autor in decisionibus hic citatis dicat, quod aliud sit in solute per longum tempus; nam non excusat commissum, id enim intelligitur secundum suam legem Lusitanæ, non de iure.

Additio ad Decisionem CCCI.

**E**X hac decisione nota conclusiones sequentes. Prima, quod quando iudex a quo, desert appellatiõni interpositæ, in casibus in quibus de iure appellari non potest, transfertur iurisdictio ad superiorem, & ipse inhibitus manet, & non potest sententiam ex equi.

Secunda, quod scriptura facta in actis processus, valet vt scriptura publica, etiam si non contineat solennitates quæ requiruntur in scripturis publicis, vel etiam si alias notarius non posset inter partes alias scripturas publicas facere extra acta iudicij.

Tertia, quod consensus tertij requisitus in aliquo actu, sufficit si post actum interueniat.

Quarta continet modum probandi lesionem vltra dimidiam, & videtur innuere, quod remedium. l. 2. datur contra diuisionem hæreditatis.

Primæ adde Francum in cap. vt de hiis, col. 2. de appell. In hoc in c. eundem dilecta, de rescript. & in c. cum Bertholdus,

d 5 dus,

us, de re iud. quem sequuntur Imol. & Bar. cap. cum dilecta. Marantam in sua praxi iudiciaria. 3. part. 6. partis principalis, quaest. 2. num. 196. Barb. consil. 18. a num. 11. lib. 1. Francum in cap. cum cessante, num. 14. de appell. & in cap. sepe. col. 2. eod. titu. Paris. consil. 106. a nu. 6. & 25. lib. 4. Osasum decis. Ped. 131. a nu. 10. & decis. 5. a num. 9. Rol. Valle consil. 77. a nu. 2. lib. 2. Menoch. in tract. de adipiscenda, remedio. 4. quaest. 100. a num. 868. & infinita congerit Robertus Lanzelotus in suo famoso tractat. de attentatis. 2. part. cap. 12. titu. de attentatis appellatione pendente, limitatione. 1. a num. 66. cum sequentibus, & limit. 6. a num. 20. cum sequentibus. Limita tamen hanc conclusionem, nisi appellationi iudex detulisset cum clausula, si & in quantum de iure posset, nam tunc constituto, quod appellatio esset nulla, posset resumere causam, & exequi sententiam, ut per Lanzelo. ubi supra.

Conclusioni secundae adde Bar. in l. tale pactum. §. qui prouocauit, & illic Paul. Ias. & Oros. ff. de pact. Bart. Bal. & Paul. in l. eum pro quo. ff. de fin. ius vocando. Alexand. in l. a Diuo Pio. in principio. ff. de re iud. Afflicti decis. 387. nu. 1. Bald. in l. 2. C. de fideiussoribus tutorum. X Suarez ad titulum de los emplaçamientos, versicu. sed pone quaestionem, nu. 15. & vide ibi additionem Doctoris Valdes, & Parladorium lib. 2. reru quodtidianarum cap. fin. part. 1. §. 10. Adde in puncto Aluarum Valasum in tract. de iure emphiteotico. quaest. 7. a num. 17. Adde etiam Anan. consil. 40. a nu. 3. Nouell. reg. 185. num. 2. Crauetram in tract. de antiquitate temporis, part. 1. limit. 4. num. 20. Guid. Pape decis. 175. Mascard. de probat. part. 3. conclusione 1296. num. 17. Aliquid per Azeu. in l. 1. a num. 31. tit. 21. lib. 4. recop. Adde etiam, ultra Alciat. hic citatum, latissime Ate sin. in l. 1. a num. 7. ff. de verborum obli-

gat. & ibi Socin. Iun. a num. 23. Ripam num. 22. Paris. a num. 15. Rimin. & Meness. in l. siue apud acta. C. de transactio. qui omnes latissime disputant de intellectu. scilicet cum ostendimus. §. fin. de qua hic Autor agit. Iure communi magis communis opinio est, quod non concurrentibus tribus, de quibus hic per Autorem, scilicet, fauore pupilli, calore iudicij, descriptio apud acta, calor iudicij solus non firmat scripturam, aut contractum alias inualidum, sed in praxi seruatur, quod Autor hic dicit solum in scriptura iudiciali necessaria ad iudicij expeditionem: & idem erit, quando diuisiones fiunt iudicis autoritate per calculatores a partibus datos in scripturis confectis, ad expeditionem diuisionum, quae iudicantur ut iudiciales, ut in d. §. fin. si vero extraneae essent & impertinentes, non vellentur calore iudicij, ut magis communis contra Bar. sentit.

Tertiae conclusioni adde. l. 5. titu. 3. lib. 5. recop. & ibi Azeued. & Matienzo, qui plures modernos & antiquos allegant, Anton. Gomez, Castell, & alios in l. 58. Tauri.

Quarta, nihil illi necessario addendum erat, sed vide. l. 1. & ibi Azeued. & Mat. tit. 1. lib. 5. recop. & de latione Matienzo ibi glo. 4. Azeued. a num. 7. & Pintel. 3. part. num. 7. & 41. & Valasum consultatione. 43. latissime Mascard. de probatio. 2. parte conclusio. latio. & Meness. in d. l. 2. a num. 10. & 11. Couar. lib. 2. variarum cap. 3. & Pintel. in d. l. 2. part. 2. cap. 4. num. 17. Meness. a nu. 72. & l. 56. titu. 4. part. 5. & de diuisione eundem Matienz. in d. l. 2. glo. 8. a num. 3. Pintel. in d. l. 2. 2. part. cap. 1. num. 1. Meness. num. 13. Ayoram in tract. de partitionibus. 3. par. quaest. 10. & de eo quod dicit Autor de clausula, Peto iustitiam, quid operatur, vide Iason. in §. omniu. a num. 119. instituta de actio Rol. consil.

41. num. 25. lib. 3. Menoch. consil. 314. num. 4. lib. 3. Rol. consil. 8. nu. 30. lib. 4. Bott. consil. 106. nu. 3. Fab. Turret. consil. 48. a num. 1. lib. 1. Azeu. in rubrica a nu. 22. tit. 2. lib. 4. recop. & dictum Autoris seruatur in praxi. Nota etiam praesentem decisionem, quae singularis & vera est in ea quae concluditur, non obstantes leges Lusitaniae, quae prohibet maritos alienare sua bona absque uxorum consensu, valuisse diuisionem hereditatis sibi vel uxori pertinentis, interueniente eius consensu post eam factam, licet probetur per scripturam rebellionis, qui diuisionem confecit, & qui alias instrumenta exera iudicialia intra tantam summam conficere non poterat, propter iudicij autoritatem, & ne alias reddatur illusoria: quod nota, quia saepe practican-

tem decisionem, quae singularis & vera est in ea quae concluditur, non obstantes leges Lusitaniae, quae prohibet maritos alienare sua bona absque uxorum consensu, valuisse diuisionem hereditatis sibi vel uxori pertinentis, interueniente eius consensu post eam factam, licet probetur per scripturam rebellionis, qui diuisionem confecit, & qui alias instrumenta exera iudicialia intra tantam summam conficere non poterat, propter iudicij autoritatem, & ne alias reddatur illusoria: quod nota, quia saepe practican-

Additio ad Decisionem

CCCCI.

Hæc decisio continet vnicam, & singularem conclusionem, scilicet, quod dominus debet contribuere ad expensam aggerum construendorum pro perpetua liberatione rei ab inundatione fluminis, simpl. cum emphiteota: de qua materia vide quae diximus decis. 4. & 22. & 17. & 41. & 37. & vide Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quaest. 46. & Aluarum Valasum in tract. de iure emphiteotico, quaest. 25. & quaest. 26. per totas, & vide Bursa, consil. 86. lib. 2. Hæc conclusio magis procedit ex vi rescripti Regij, de quo Autor facit mentionem, quam de iure communi, secundum quod contrarium omnes concludunt, scilicet, quod emphiteota teneatur etiam suo sumptu facere impensas magnas ad perpetuam rei vtilitatem, quas postea finita emphiteosi recuperabit a domino, & sic iam pluries consului. Si tamen emphiteota

esset pauper, deberet ex æquitate contribuere statim dominus: de quo vide quae late notat Ioan. Garcia in tract. de expensis & meliorationibus capit. super totum.

Additio ad Decisionem  
CCCCII.

Hæc decisio tractat de furore probando, de quo plura allegauimus ad decisionem 46. & decisionem 203. ubi etiam de mente capto egimus, & de decisione 98. Tractat etiam, an rogatus testium requiratur iure Regio in testamento nuncupatio, de quo late egimus lib. 1. quaestionum, quaest. 1. & in additionibus ad decisionem 81. & 210. & decisione dicta. 46. Agit etiam de donatione ob causam de futuro, aut de presentis, an debet insinuari, de quo plura allegauimus ad decisionem 213. & de donatione, in qua fit mentio mortis gratia dilationis quod sit inter viuos, egimus ad decisionem 103. num. 4. & decisione 163.

Sed vnum notandum collige ex hac decisione, num. 5. quod si per sententiam declaratur quis furiosus aut mente captus, & ut tali detur illi curator, nihilominus si respiciat, absque alia sententia contraria, vel licentia iudicis, potest testamētum & alios actus facere, ac si illa prima sententia lata non esset: licet secus sit in prodigo, cui bonis est interdictum, ex Decio hic citato: quantumvis Autor aliquo modo etiam in prodigo indictam conclusionem videatur inclinare, quibus adde Decian. consil. 2. a num. 3. lib. 3. Rip. in l. is cui bonis, a num. 43. ff. de verborum oblig. Rebuff. in 1. tom. ad l. Gallica. sit. de sententijs pronouisionibus, artic. 3. glo. 4. a num. 1. cum sequentibus. B. imp. Sep. consil. 531. lib. 3. Mascard. de probat. lib. 3. conclusio. 1235. a nu. 10. Sed ultra omnes vide d-

Etum Rip. vbi supra num. 41. qui in pun-  
cto loquitur: cum quo conclude, quod  
id quod dicit hic Autor in furioso, pro-  
cedit etiam in prodigo, sine alia iudicis  
declaratione, licet utilis sit, vt per Rip.  
vbi supra.

Additio ad Decisionem  
CCCCIII.

**D**vo concludit nostra decisio. Pri-  
mum, quod solvens Abbati intru-  
so, existenti in possessione prelatu-  
re, liberatur, etiam si cum eo non con-  
traxerit.

Secundum, quod solvens alij quam  
cui debitor solvere tenetur, de man-  
dato pœnali iudicis, excusatur, & non  
tenetur aliam diligentiam facere, nisi  
notificare creditori.

De primo dicto vide quæ dixi ad de-  
cisionem 36. vbi plures Autores citauimus,  
& interim vide Caualean. decis. 44. nu.  
11. & 15. par. 1. & in tract. de tutore, nu.  
272. & Simonem de Pretis cons. 152.  
nume. 44. lib. 1. Martin. Nauarrum in  
tract. de redditibus ecclesiasticis, quæst.  
2. corollario. 1. a num. 31.

De secundo dicto vide Menochi. Az-  
ued. & alios, quos tibi allegaui decisio.  
286. alias. 285. & vide aliqua ad decisio-  
nem. 101. & conclude, quod debitor sol-  
uens alij iussu iudicis, debet pati ali-  
quid pro creditore, & illi notificare, si  
potest, in persona, aut ad domum, & si  
non possit, debet pro eo allegare, & ap-  
pellare, & protestari, & aliquam mole-  
stiam pati, nonq; causam vsq; ad finem  
prosequi suis expensis, alias male face-  
ret, & sic magis communis opinio affir-  
mat, quidquid hæc decisio dicat, nisi  
actor notoriam foueret iustitiam, tunc  
enim, etsi nullam diligentiam fecisset,  
excusaretur, ex his quæ de emptore in  
locis ordinarijs deciduntur, & sic præ-  
dicamus.

Additio ad Decisionem  
CCCCV.

**N**Ota ex hac decisione, quod pater  
& mater tenentur alimentare fi-  
lium inopem illegitimum & incestuo-  
sum: pater principaliter, mater autem  
in subsidium, pater non valente alimen-  
tare, nonq; illi dantur alimenta secun-  
dum dignitatem personæ, sed secun-  
dum necessitatem naturæ. De hac deci-  
sione vide quæ late diximus ad decisio-  
nem. 201. num. 3. & 4. & ad decisionem  
225. alias. 226. & ad decisionem. 11. nu.  
7. & ad decisionem. 152. Vide etiam Cor-  
dubâ de Lara in tract. de alimentis ad. 9.  
idem rescripsit, a num. 59. & Matietzo  
in. l. 8. glo. 1. tit. 8. lib. 3. recop. Anton.  
Gomez, Tellum; Velaz. & Ceruantes  
in. l. 10. Tauri, Duchas reg. 367. Azcu.  
in. l. 7. nu. 29. d. tit. 8. Ioan. Garc. latissi-  
me in tract. de expensis, c. 3. per totum.  
Gutierr. lib. 2. practicarum, quæst. 109.  
per totam: & de ordine alendi, de quo  
hic, eundem Garciam vbi supra, nu. 33.  
allegat non quemadmodum. ff. de lib.  
agnoscendis; & Greg. in. l. 2. tit. 19. part.  
4. Certè in pluribus decisionibus præce-  
dentibus conclusimus, filio naturali de-  
bere dari alimenta secundum suam di-  
gnitatem, non patris, licet aliquid ad-  
dat filio vero spurio & incestuoso dari  
debeat, secundum quod Autor hic di-  
cit, vt omnes citati, & alij ab eis relati  
dicunt: & quid iure nostro regio, vide  
dicta in dictis decisionibus.

Additio ad Decisionem  
CCCCVI.

**A**d hæc decisione quæ late dixi-  
mus, & allegauimus ad decisionem  
17. & interim vide Ioan. Garciam in  
tract. de expensis. c. 15. a nu. 17. & c. 12. a  
nu. 50. & de arboribus cædendis, in co-  
cap. 12. a num. 78. cum sequentibus.

Additio

Additio ad Decisionem  
CCCCVII.

**H**æc decisio est clara, & agit de me-  
liorantis & expensis factis à colo-  
no: cui adde Boeri. decisio. 47. Tiraq. in  
tract. de retractu lib. 1. §. 7. a num. 5.  
Iacobin. in authentica qui rem, a num.  
46. C. de sacrosanctis Ecclesijs. Ruin.  
cons. 14. num. 3. lib. 1. decisionem Peru-  
sinam. 58. parte. 1. num. 7. & Caualean.  
decis. 44. a nu. 65. 1. part. latissime cum  
indefinitis Aluarum Valascum in tract. de  
iure emphiteotico, quæst. 25. a nu. 32.  
cum sequentibus. Pinel. in. l. 1. part. 3. a  
num. 65. C. de bonis maternis. Molin.  
de primogenijs, cap. 21. lib. 1. Rol. consi.  
28. lib. 1. & cons. 83. lib. 4. latissime Ioã.  
Garciam in tract. de expensis, capit. 14.  
per totum, & adde. l. 24. tit. 8. part. 5. &  
ibi Greg. Fanum in tract. de pignori-  
bus. 5. parte, membro. 4. num. 11. Nota  
etiam, quod, quidquid decisio præsens  
dicat, melioramenta æstimanda, &  
soluenda sunt, secundum quod nunc va-  
lent, & non secundum expensas in eis  
factas, nisi valor expensas transcendat,  
& sic practicatur.

Additio ad Decisionem  
CCCCVIII.

**D**ecisio hæc in terminis legis menta-  
lis, de qua hic, disputat ex professo  
illâ antissimâ quæstione, & contentione  
inter patruum & nepotem super successio-  
nem aioratus: & concludit, pro filio sem-  
per iudicandum esse, & non pro nepo-  
te, maxime si filius maior, aut consan-  
guineus proximior vocetur, de quo late  
Molin. hic citatus disputauit, & Lusit-  
anus Aluarus Valascus in tract. de iu-  
re emphiteotico, quæst. 49. & 50. & dis-  
putarunt Velazquez, & Tauristæ om-  
nes in. l. 40. Tauri, & disputarunt om-  
nes quos citauimus ad decisionem huic si-

milem. 174. vbi alias decisiones citauimus,  
vbi de hac materia tunc plures alij  
legauimus, cum etiam plures casus &  
distinctiones contexuimus, vltra quos  
adde aliqua per Bursat. cons. 372. lib. 4.  
& cons. 381. eod. lib. eleganter in ter-  
minis Iacobum Berretam consi. 134.  
per totum, lib. 1. Cephal. cons. 692. a nu-  
10. & 616. & 694. a nume. 3. lib. 5. Alex-  
an. Trentacinqum. in tract. de substitu-  
tionibus, par. 4. cap. 7. a num. 57. cum se-  
quentibus. latissime & melius quam ali-  
bi cum infinitis allegationibus per Iose-  
phum de Rusticis in consi. 2. impresso  
post tractatû, an & quando liberi, per to-  
tum, & a num. 72. cum sequentibus. Pla-  
ra etiam attingit Antonius Chiofius;  
consi. 7. lib. 1. per totum. Infinita etiam  
ex modernis & antiquis cumulauit Do-  
ctor Gutier. lib. 3. practicarum, quæst.  
67. Certè in puncto iuris cõmunis diffi-  
cillima semper fuit hæc concertatio, &  
communissimæ opiniones contrariæ,  
quæ pro patruo, & pro nepote respon-  
derunt: nõ meum interpono iudicium,  
quæ verior fuerit, satis scio, pro vna &  
pro alia ex diuersis coniecturis iudica-  
tum, prout hic ex Auctore colligitur, &  
ex Alexana. Raudensr, citato in dictis  
decisionibus: simpliciter tamen vlti-  
rior est opinio quæ nepoti fauet. Pro  
qua in nostro regno habemus dictam  
legem. 40. & legem Partitæ, ibi citatâ.  
Quæ obtinent, etiam si filius maior tu-  
perstes vocetur, nisi ex alijs cõtrarium  
appareat, scilicet verba illa ex proposi-  
to à fundatore posita esse ad exclusionem  
repræsentationis, non si fortuito ad de-  
monstrationem successoris, scilicet quia  
defunctus voluit solum, quod filius  
maior vltimi possessoris succederet, ad  
quem demonstrandum apposuit dicta  
verba: quod in dubio præsumitur, & ita  
anxiæ, discordantes opiniones concor-  
dantur: de quibus per Mol. Velazquez,  
Rusticum, Gutierrez, & Berretam: &  
hæc

hæc pro ista decisione sufficere debent, nisi vnum notandum ex hac decisione scilicet, quod quotidie in praxi contingit, scilicet, quod quando in fundatione maioratus post nominatos vocatur consanguineus proximior, non admittitur representatio, sed ille admittitur, qui post nominatos tempore delatæ successione proximior fuerit, & excludet descendentes à proximiori & maiori iam mortuo, nec admittitur representatio, ex famoso tex. hic citato, in l. si libertus præterito. §. si libertus. ff. de bonis libertorum, & licet de hoc dubio plura dixerimus in dictis decisionibus, & decisio. 8. nunc addimus, quod hoc fuit dubium principale, quod ventilatū fuit in causa maioratus Tribultiorum, & pro hac opinione per dictam legem consuluerunt Ioan. Bolognetus, Fabricius Lazarus, Rolandus à Valle, Hieronymus Zanchus, Moya Hispanus, Collegium Ticinense. Pro contraria verò animosè nimis consuluit Menochius, & post eum Marzarius Hieronymus Paponius, Collegium Pisani, Rota Florentina, Collegium Bononiense. Primi in sui fauorem allegarunt dictum §. si libertus, & alia iura quæ de successione ab intestato loquuntur, & semper admittunt proximiorē tempore delatæ successione. Secundi verò tex. in l. cum ita §. in fideicommissio, de leg. 2. & l. si cognatis, de rebus dubijs, & alia iura: & famosum consilium Baldi. 488. lib. 3. citant. Mea autem opinio, in primo successore vt proximiorē in defectum vocatorum, semper fuit & erit, nullam admittendam representationem, sed qui tempore delatæ successione proximior vere est, hic intelligitur vocatus, & non alius, quia descendit ab eo, qui olim proximior fuit, & qui suo tempore nullum ius certū & firmū habuit ad successionem, existentibus, particulariter nominatis, qđ potuisset

ad posteros transmittere; sed quandā vnam spem, de qua curandum non est, quiq; nullū ius primogenituræ habuit, cum vt primogeniti solū nominati & descendentes vocati sunt, quibus finitis, linea primogenitorū finita est, noueq; primogenium incipit fundari in proximiorē, qui principiū est primogenituræ, & non primogenitus, & qui vt consanguineus proximior vocatus est, & non vt primogenitus, descendentes tamen ab eo succedent per ordinē primogenituræ. Nec mihi persuadere possum, quod debeat representari proximior, qui forsità ab hinc ducentis annis extiterat: nā si hoc esset infinitæ lites creatur, & incertæ essent successiones: & licet in casu Menochij, qui solū cōsanguineos proximiores tempore mortis testatoris dicit vocatos, & ponit vt capita primogenituræ, & vbi tanta in cōuenientia non resultant, probabilius id videatur: tamen etiam mihi verum nō videtur, nam credere non possum, testatorem maioratum perpetuum fundantem, & vocatē proximiores post mortem nominatorum, cogitasse de proximioribus tunc existentibus speciali vocatione, cum scire debuerat, eos nō semper posse existerē, sed solum in confuso consanguineos vocauit: quæ cōfusio ex mente eius reducitur ad certitudinem tempore delatæ successione, & tunc efficitur clara in existente illo tempore proximiorē. Nec tex. in d. §. in fideicommissio, & in d. l. si cognatis, aliud sentiūt, cum secundum magis cōmanem intellectum in fideicommissio temporali loquantur. Nec consilium Baldi aliquid facit, cū vel nihil firmet: tum etiā quando admittit representationē sub dubio, loquitur in nepote existēte tempore mortis testatoris, alias nō admittitur, propter verbū, Proximiores meos: & ad id quod dicit, de proximioribus existentibus tempore mortis defuncti, qđ intel-

ligan-

ligatur vocati, loquitur in fideicommissio temporali: multū tamen vrget tex. in d. §. in fideicommissio. Sed esto quod fateamur, in fideicommissio simplici, & non maioratus de quo loquitur dictus tex. vocatos intelligi proximiores existentes tempore mortis, nō tamē infertur, qđ ab eis descendentes, excludat alios proximiores existentes tempore delatæ successione, nec Iurisconsultus in fideicommissio conditionali admitteret representationē, aut transmissionem, nisi de voluntate testatoris apparet, de qua in dubio non apparet, si non sit necessaria ad perpetuitatem maioratus, aut fideicommissi. Nec quod descendentes dicantur admitti ex substitutione, & vt substituti ascendenti suo, aliquid facit, cum substitutio caduca effecta fuerit prima vocatione deficiente, ante mortem nominatorū, & his & pluribus alijs a dictis consultantibus adductis, accedo Autori hic pro nunc, nam cum officium additionatoris agam, non teneor ex professo articulum disputare, sed, scio dicta iura in fideicommissis perpetuis, in quantum vocant consanguineos existentes tempore testamenti, raro praticari, nec censeri vocatos magis quam implicite, in genere & confuse: & in praxi nunc aliam, nunc alteram opinionē fuisse seruata. Cogita.

Additio ad Decisionem CCCIX.

Adde huic decisione, quæ diximus decisione. 2. & decisione. 72. & decisione. 279. & decisione. 87. num. 7. & decisione. 11 & decisione. 134. & interim vide quæ in puncto huius decisione, allegando nostrum Autorem, concludit & distinguit Caldas Pereira in tractatu de nominatione emphiteotica, quæst. 21. a num. 41. & de renouatione vide quæ diximus decis. 41. & decis. 36. & decisio. 7. & interim vide latissime

dictum Caldas in tract. de renouatione emphiteotica, quæst. 8. 9. & 10. & 11. & quia bene iudicatum est in hac decisione, nihil amplius addo.

Additio ad Decisionem CCCX.

Nota, quod monachus viuens extra monasterium de licentia summi Pontificis, testari non potest, & hæc reditas quæ illi defertur ex successione patris vel matris, monasterio acquiritur: & si habeat licentiā ad testandum, in dubio intelligitur de bonis ab illo acquisitis, illo existente extra monasterium, & non de bonis quæ acquiruntur monasterio ex dictis successione, aut quæ antea illi acquisita erant, vt minus præiudicetur monasterio.

Nota etiam, quod donatio ab illo facta post proprium motum derogantem similibus concessionibus, censetur in fraudem, & non valet: de his omnibus vide Speculatorem. In tit. de statu monachorum. Summistas verbo, Religiosus, & verbo, Monasterium, Bertachinum in suo repertorio, lit. M. verbo, Monachus restatur cum licentia, & Socin. conf. 13. lib. 1. Burfat. conf. 75. a num. 21. lib. 1. Mencha. de controuersijs illustribus, cap. 102. & ad l. si quando, de qua in hac decisione, Couarru. in cap. 2. a num. 5. de testamentis, Crass. in lib. sententiarum §. testamentum, quæst. 34. qui Xarez, Iul. Clar. & alios allegat, & in puncto Aluarum Valasum consultatione 24. num. 1. Nauar. de redditibus, quæst. 3. corolario. 16. Adde his Bonifaci Rugerium conf. 27. nu. 149. Hiero. Grab. conf. 166. lib. 1. Bernardinū Bombinū conf. 12. & conf. 14. & conf. 18. Curt. Iun. conf. 178. num. 18. Deci. conf. 512. Iacob. Berrettam conf. 96. per totum lib. 1. Plura adducit Spino de testamentis glo. 12. & in glo. rubr. parte. 6. Aluarum

radus de coniecturis l b 2. cap. 1. a num. 5. Molin. lib. 1. de primogenijs, cap. 9. nu. 35. & lib. 2. cap. 9. Silueft. in summa, verbo religio 4 §. 9. & 10 & concludit, bene iudicatum in praesenti decisione.

Additio ad Decisionem CCCX. Vel CCCXI.

**N**ota primo ex hac decisione, quod funeris expensa in sepultura, & causa corporis sepeliendi, deducitur tanquam res aliena ex aceruo bonorum. Tandem illud, quod expensum est corpore praesente, etiam in Missis & sacrificijs & oblationibus, deducitur ex dicto aceruo, & alia quae post expenduntur pro anima defuncti, deducuntur de tertia, de qua defunctus liberè poterat testari, & apud nos de quinto bonorum defuncti.

Secundo nota, quod salaria famulorum, ut debita, etiam deducuntur de communi aceruo, etiam si sint salaria illius anni, quo defunctus mortem subiit, & in parte decursa post eius mortem.

Tertio nota, quod vestes lugubres, quae famulis dantur, deducuntur de dicta tertia, aut in nostro regno de quinto, & non de aceruo.

Quarto nota, quod fructus a solo separati tempore mortis ultimi possessoris maioratus, etiam si non sint in horreo reconditi, non debentur successoribus pro rata, sed sunt haeredum praedeccessoris.

Quinto nota, quod melioramenta facta in bonis maioratus, sunt haeredum praedeccessoris pro rata, & veniunt in diuisionem aestimata secundum valorem temporis praesentis.

Sexto nota, quod alimenta quae possessor haereditatis praestitit famulis defuncti ultra triginta dies a morte ipsius, non deducuntur ex aceruo haereditatis, praecedentia vero sic.

Septimo nota, quod dos data filiae communi per maritum & uxorem, deducenda

est ex bonis maiorum pro dimidia, ex tertia cuiuslibet, in qua filios meliorare possunt secundum leges Lusitaniae. In his regnis, ex bonis quae superiunt pro legitimis, quibus vel soluitur, & suppletur, si non soluta sunt, & sic, conferuntur & cumulantur alijs, bonis cuiuslibet haereditati pro dimidia.

Nota octavo, quod tertium, in quo filius est melioratus, non deducitur ex dotibus datis, etiam si testator velit.

Nota nono, quod donationes a Rege factae filio, vel patri, ut filio det, non conferuntur, nec in legitimam imputantur.

Nota decimo, quod vestes & ornamenta quotidiana non conferuntur filijs: sicut in ornamentis non quotidianis, & equis & armis, & ornamentis equorum.

Nota undecimo, quod arrhae deducuntur ex tertia, in qua filius fuit melioratus, & non ex aceruo bonorum.

Nota duodecimo, quod res pereuntes ante diuisionem sine culpa possessoris haereditatis, non sibi imputantur.

Nota decimo tertio, quod tertium deducitur etiam de nominibus debitorum.

Nota ultimo, quod successor maioratus soluit expensum in impetrandis bullis ad diuisionem vnius beneficii, ad quod ius praesentandi illi competit in duo, reseruata praesentatione a maioribus illius, & aestimatur, vel secundum quod vere expensum est, vel secundum quod valeret illa gratia, si vendi posset, sibi electione reseruata: nec aliquid contribuit praedeccessor.

Primo dicto adde Anton. Gomez, Cisuentem, Velaz & alios, maxime Telleum Fernandez ibi a nu. 30. Tauri, Matien. Azced. & Angul. in l. 3. tit. 6. lib. 5. recop. Duchas reg. 397. Greg. Lopez in l. 12. in gl. magna, tit. 13. part. 1. & ibi Humadam, & in l. 2. gl. magna tit. 11. part. 6. Ioan. Garciam in tract. de expensis, cap. 8. per totum. Ayoram in tract. de partitionibus, par. 2. quaest. 12. Communiter concluditur, quod iure communi, ut per

per decisionem hic, quod expenditur, ut necessarium corpore praesenti deducitur ex aceruo bonorum, aliud vero de quinto, etiam si testator liberè poterat de bonis suis disponere, solutis debitis. Primum vero omnibus debitis praesertur. Iure regio, si quintum sufficit, tota expensa necessaria & non necessaria soluitur de quinto, ex d. l. 30 si vero non sufficiat, necessaria ad funus & humationem corporis soluitur ex aceruo bonorum ante omnia debita, aliud vero non soluitur in praedictum legitimarum filiorum, de quo, & de expensis factis in infirmitate defuncti, diximus, lib. 1. quaestio. quaest. 8. alias. 6. & nunc adde Molin. de primogenijs, lib. 1. cap. 10. a num. 32. Rebuff. 1. tomo. ad l. Gallicas. tit. de sententijs pronuntiationibus, a num. 50. Capici. decis. 48. Quesadam lib. quaestio. iuris, quaest. 25. Couar. in 4. parte. 2. cap. 3. §. 9. Gutierrez lib. 2. practicarum, quaest. 72. & latius Azced. vbi supra.

Secundo adde tex. in e. praesenti, de officio ord. & ibi Domin. Francum, & Philippum Probum, & Franciscum Marcum decis. 95. & 436. part. 1. Follerium ad constitutiones regni, tit. de sacrosanctis Ecclesijs, cap. peruenit ad nostra audentiam, a nu. 18. & adde autores omnes in l. diem functo. ff. de officio assessoris. Practicatur, quod si famulus conducti sint pro toto anno, integrum solui debeat eis salarium ex aceruo bonorum, nisi alium herem inueniant eiusdem conditionis, qui idem salarium det: secus si pro mensibus, nam tunc seruabitur quod dicit hic decisio.

Tertio dicto adde Autores, de quibus supra in primo dicto, & magis communiter concludunt, quod vestes lugubres debentur famulis, & uxori defuncti ex quinto Haeredi vero, & eius famulis non: sed ego verius puto, quod si ex consuetudine omnibus his soleant dari, debent

dari ex quinto, si minus non, nisi testator iusserit: & tunc si quintum non sufficiat, non deducatur ex aceruo bonorum.

Quarto dicto adde Molin. lib. 3. de primogenijs, cap. 11. Ayoram de partition. 1. parte. cap. 9. a nu. 6.

Quinto dicto adde quae diximus supra in pluribus decisionibus, & nunc ad de infinita quae allegat Velazquez in d. 46. Tauri hic citata, & quae refert Azced. post Matien. in d. 6. tit. 7. lib. 5. recopili. & Gutier. lib. 2. practicarum, q. 82. & 83. 84. 85. qui bene de materia agit, & lib. 3. q. 68. 69. & 70. Mieres de maioratibus, parte. 1. quaest. 10. Burgos de Paz Ion. quaest. ciuili. 7. Ioan. Gar. de expensis. c. 13. Resolutio Autoris est vera iure communi: in nostro tamen regno seruanda est d. l. 46. quae ex aequitate non obtinet ultra casus ibi expressos, nec quando melioramenta cedunt in magnum successoris & maioratus augmentum & utilitatem: nam tunc soluit successor, & si non potest, censum imponit, nec obtinet, quando possunt separari, ut videbis per dictos autores, & per Molin. & alios ab eis allegatos.

Sexto dicto adde dicta in secundo notabili.

Septimo dicto adde l. 53. Tauri, quae est l. 8. tit. 9. lib. 5. recop. & ibi Anto. Gomez, Castell. Palatios, Matien. & Azced. & Ioan. Garciam in tract. de acquasibus, num. 150. & 151. & 152.

Octauo dicto adde l. 25. Tauri, & ibi Anto. Gomez, Castell. Palat. Velazquez & alios, & l. 9. & ibi Matien. Azced. & Angulum, tit. 6. lib. 5. recopili.

Nono dicto adde quae diximus ad decisionem. 114. & ad decisionem. 29. & decisionem. 146.

Dicto decimo adde doctorem Spinno in tract. de testamentis, glo. 18. a nu. 115. & Ioan. Garciam de expensis, cap. 8. a nu. 38. & Matien. qui plura citat, in d. 4. glo. 5. tit. 2. lib. 5. recopilationis



Gutierrez lib. 2. practicarum, quaest. 19. & Azeue in d. l. 4 a nume. 30. Laram in tract. de alimentis, ad. s. si quis ex his, a nu. 128. & ad. s. non tantum, a nu. 15.

Dicto vndecimo adde Ayoram in tract. de partitionibus. 1. par. c. 7. a nu. 16. & cap. 44. Doctorem de Azucedo in l. 12. titu. 6. lib. 5. recopilat. vbi allegat nostram decisionem: & ex proposito in terminis disputantem adde doctorem Gutierrez lib. 3. practicarum, quaestione. 43. per totam, vbi nostram decisionem allegat. num. 47. & sequenda est eius distinctio, vt si maritus tempore quo arrhas vxori promittit, non habet filios alterius matrimonij, si postea moriatur, tanquam debitum deducenda sunt ex acervo bonorum. Si vero filios habeat, quibus per donationem voluntariam, vt haec est, non potuit prauidicare ultra quintum, deducenda sunt ex quinto, & in regno Lusitaniae ex tertio, & ita venit supplenda praesens decisio.

Dicto duodecimo adde Ayoram de partitionibus, quaest. 20. lib. 3. aut parte 3. Adde etiam late eundem quasi in terminis in 1. parte. 3. quaestio. a num. 23. cum sequentibus & Riminal. & omnes in l. ea demum C. de collationibus. Intellige tamen, si res periurent absque culpa possessoris, non alias.

Dicto decimotertio adde, quod non habet dubium, quia actiones inter bona iudicantur, ex his quae Bart. notat in l. tutor qui repertorium. ff. de administratione tutorum vbi dicit ponendas in inuentario, & vide late Tiraq. in repetitione l. si vnquam, verbo, bona, a nume. 9. C. de reuo. donatio. & de retractu lib. 1. s. 1. glo. 7. Pinel. de bonis maternis in rub. par. 1. a nu. 10. Guillelm. Benedict. in repetitione capi Rainutius, verbo, Cetera bona, a num. 8. de testamentis. Si mancas de institutionibus Catholicis, cap. 9. a num. 109. Alciat. & Rebuff. in l. nominis, & rei, de verborum significatione.

& adde tex. in l. ea quae, vbi DD. C. familiae hereditariae, & l. per familiae. 9. in hoc iudicium. ff. eodem.

Vltimo dicto adde Velazquez. in l. 46. Tauri. glo. 4. nu. 4. qui citat Aymon. conf. 136. Auend. resp. 17. Couar. lib. 3. variarum. c. 19. nu. 6. Tell. in l. 29. Tauri, a nu. 14. Gomet. ibi a nume. 21. Ioan. Garciam de expensis, c. 14. nu. 14. Matie. in l. 3. tit. 8. lib. 5. glo. 2. a nu. 12 qui aiunt, quod titulus dignitatis infructifer, & non vendibilis, non confertur: & Velazquez ait, quod si emptio talis tituli aut dignitatis facta a possessore maioratus, non sit utilis, nec commoditatem afferat, successor non tenetur expensam solvere: & mihi non videtur utilitas considerabilis beneficia scindere respectu patroni, qui potuit filium aut consanguineum diuitem facere, dando beneficium pingue, & non tenue: & alij existimabunt utile, alij non. Cogita, quia mihi nimis dubia decisio videtur, quamuis propter autoritatem Senatus tenenda sit, dum tamen expensa moderetur, & reducatur ad congruentem summam: alias si magna sit, durum esset successorem obligare ad tantam summam, propter id quod sibi parum comodi affert. Cogita: & haec de hac tam grandi & practicabili decisione.

Additio ad Decisionem CCCXII

Nota, quod securitas data mulieri adulterae, & accusatae de adulterio, non sortitur effectum, si lite pendente infraganti delicto reperiatur. Adde Bart. & scribentes ibi post eum, in l. cum proponas. C. de pactis, & elegans consilium Roselli de Rosellis. 27. tomo. 2. criminalium Zileri. allegat Petr. Cyn. & Bart. & dicit, quod non amittit securitatem circa praeteritum delictum, sed circa de nouo commissum: quod nota.

Additio

Additio ad Decisionem CCCXIII

Nota primo ex hac decisione, quod si impense & melioramenta utilia facta bona fidei possessore cum titulo, & non in fraudem tertij, debent sibi refici: & ante refectionem venditor, & limitari, nisi non sint ad perpetua utilitate rei, sed solum pro vsu presenti rei.

Nota secundo, quod si expensa non compensatur diuitibus.

De primo plura notat Tauri. in l. 46. Tauri, maxime Velazquez, & Aluar. Valas. in tract. de iure emphiteotico, q. 2. s. 26. 17. nosque plura diximus, vbi consuetos modernos, & antiquos citauimus, maxime Rolan. Valle conf. 28. lib. 1. ad decisio. 4. & decisio. 2. & decisio. 41. & decisio. 137. & decisio. 74. & decisio. 301. alias, 302. & quia materia & loca ordinaria, trita & vulgaria sunt, nihil amplius addendum puto, sufficeretque sola allegatio dicti Valas. in d. quaestio. 25. 26. & 17. & dictorum dicta quaest. 74. adde etiam Gutierrez quaest. 89. lib. 3. practicarum.

De secundo, vide Cremensem sing. 106. Tiraquell. respectu vnquam, verbo, huiusmodi, a nu. 235. C. de reuo. donatio. Bincl. in l. 2. par. 2. a nu. 62. C. de testibus vend. Perez ad Seguram in l. 1. s. si vnquam, a nu. 63. ff. de acqui. posses. Molin. lib. 1. de primogenijs. c. 26. a nu. 14. Vincent. Francum decisio. 108. a nu. 4. 1. parte, & cum Copo. Fano. Rol. Hipp. Riminal. Crauetta. Anto. Natta & alijs modernis & antiquis, late agit doctor Gutierrez in suo tertio libro practicarum, quaest. 68. nu. 5. cum sequentibus, & agunt Valasus & Aures, de quibus in precedenti notabili, late Ioan. Garcia Palacios Rub. Paulo, Molino, Pinelo, & alijs in tract. de expensis & meliorationibus, c. 23. a num. 7.

Additio ad Decisionem CCCXIII

Nota ex hac decisione, quod si venditor cum autoritate curae prae, & solennitate, & sine alijs diligentijs vendat censum, dissoluitur census, & restituitur pensio soluta, a tempore litis contestationis, & non antea, quemadmodum emptor lucraretur fructus, & non tenetur eos restituere, si esset bona fidei: de quo vide dicta ad decisionem 20. & decisionem 96. & 94. & decisionem 227. alias, 228. & decisionem 79. & interim vide Couar. lib. 1. variarum, c. 3. a num. 8. Pinel. in l. 2. parte. 2. cap. 4. a num. 34. Baegam in tract. de non meliorandis, c. 33. a nu. 6. cum sequentibus. Matien. in l. 3. glo. 7. a nu. 6. tit. 8. lib. 1. recopil. & in l. 1. glo. 5. a num. 7. tit. 14. eo. lib. 5. latissime, subtiliter & eleganter ad praesim Ioan. Garciam in tract. de expensis, cap. 23. a nu. 24. & vide elegantem l. 1. tit. 4. parte. 2. & ibi Grego. & Montaluum, & ex exteris vide elegantem Rolandum a Valle infinita allegantem conf. 60. nu. 47. lib. 4. vbi loquitur in proprijs terminis minoris sine solennitate alienantis. Ceph. conf. 338. num. 61. lib. 3. & conf. 335. & 336. eo. libro, & elegantissimum consilium Sfortiae, quod in pluribus decisionibus allegauimus, 41. a nu. 81. lib. 1. & in puncto de censu vendito a minore, eundem Sfortiae in tract. de integram restitutione. 2. par. quaest. 56. art. 6. a nu. 42. allegat Franciscum Marcum & alios, & in 1. par. quaest. 45. artic. 2. per totum, & Felicianum in tract. de censibus lib. 4. cap. 2. a num. 1. Certè in puncto iuris negare non possumus, quidquid Ioan. Garcia dicat, quod contrahens cum minori, & missis iuris solennitatibus, sit in praesumpta mala fide, quia facit contractum nullum, & a iure reprobatum, & tenetur ad fructuum restitu-

restitutionem, & in censibus ad restituēdos fructus decurios a minore solutos, prout in tractato remedio restitutionis in integrum dicit Sfortia ubi supra, & faciunt quae diximus ad decisionem 212. sed ex equitate seruanda est praesens decisio, cuius opinionem, hac decisione non visa, Sfortia tenuit dicto cons. 41. aut si fructus essent restituendi, si pretium in minoris utilitatem esset conuersum, deberet illud cum interesse reddere, ut per Sfortiam in d. q. 96. & sic in idem reuincimus: quare iudicandū & consulendo seruandam existimo hanc elegantem decisionem.

Additio ad Decisionem CCCXIII. vel CCCXV.

Nota ex hac decisione tria. Primum, quod ex lege & consuetudine Lusitaniae natus ex homine plebeo & ancilla propria vel aliena est naturalis, & succedit patri.

Secundum, quod idem iudicandum est in nepote ex tali.

Tertium, quod non erit idem in filio & nepote nobilis qui non amittit nobilitatem ex eo quod fuit famulus illustri viri.

Primo adde quae diximus in terminis ad decisionem. 86. & 167. & adde Caldas de nominatione, q. 12. a. nu. 57.

Secundo adde, quod filiorum appellatione nepotes continentur, ubi concurrit eadem ratio, ut per Barr. in l. liberorum. nu. 5. ubi Rebuff. & Alciac. ff. de verborum signifi. late Autores in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posth. late Deci. cons. 391. nu. 5. Socin. in hae redes mei. §. cum ita, nu. 11. ff. ad Treb. & cons. 90. col. 3. lib. 1. & 249. nu. 2. lib. 2. Curt. l. i. cons. 22. Socin. l. i. cons. 114. nu. 3. lib. 1. Romus cons. 78. lib. 2. Ceph. cons. 107. nu. 3. lib. 1. Valle cons. 95. nu. 19. lib. 2. Bursat. cons. 13. nu. 1. lib. 1. Menoch. cons. 13. nu. 1. lib. 2. & adde in l. i. de 267. appellat. l. i. f. an. 430.

in tract. de praesump. lib. 4. praesum. 94. Marzarius cons. 8. & cum infinitis Iosephus de Rustiers cons. 2. post tractatū, an & quando liberi, a nu. 37. cū sequētib.

Tertio adde quod contrarium de famulis in vniuersum dixit Tiraq. in tractatu de nobilitate. c. 34. in fine. Sed nihilominus haec decisio vera est, & singularis, & de consuetudine seruatur in ea disposita.

Additio ad Decisionem CCCXV. vel CCCXVI.

Nota ex hac decisione duas conclusiones.

Prima, quod bona acquisita a praelato vel beneficiario, praesumuntur acquisita ex praelatura vel beneficio, nisi haredes contrarium probent.

Secunda, quod non valet consuetudo, quod praelati testentur de bonis ex praelatura acquisitis, licet valeat in alijs beneficiarijs & clericis inferioribus.

Primae conclusioni adde autores, maxime Couar. nu. 7. in c. de testamētis, & Roman. eum Mandosio cons. 346. nu. 18. & cons. 159. nu. 4. & ibi Mandosius verbo, tua membra. Barba. cons. 69. col. ante pen. lib. 3. Ioan. Baptistam Ferrerum cons. 118. Socii cons. 91. nu. 1. lib. 3. Iul. Cla. lib. 4. sententiarum. §. testamentum, quae st. 66 Bertaeh. in tractu de Episcopo, par. 4. quae st. nu. 6. Foller. ad constitutiones regni, tit. de sacrosanctis Ecclesijs. c. peruenit ad audiētiā nostrā, nu. 27. & 34. Petrum Andrea Gamba. rum in tract. de legato, lib. 6. num. 582. Redoan in tract. de rebus Ecclesiae, fol. 293. Lamber. de iure patronatus, lib. 1. par. 1. q. 8. art. 7. Caualecanum de usufructu mulieri. nu. 155. & decisione. 43. & 44. parte. 1. Cels. cons. 9. nu. 5. Roland. Valle cons. 90. num. 10. lib. 2. Bero. cons. 5. num. 4. lib. 2. Menoch. in tractatu de arbitr. iudicū, lib. 2. cent. 1. casu. 195. a nu. 4. Card. cons. 79. late & eleganter, & nouis-

& notissime Bursat. cons. 376. a nu. 2. cum sequentibus, & a nu. 15. cum sequentibus lib. 4.

Secundae adde. l. 13. tit. 8. lib. 9. & ibi Azeued. & Matien. Couar. in c. cum in officijs, de testamentis, & ultra Nauar. hic citatum, vide Sarmien. in tractatu de redditibus, parte. 2. cap. 1. Simancas. de Catholicis institutionibus, c. 9. a nu. 90. Molin. lib. 2. de primogenijs, c. 10. a nu. 45. allegant Didacum Perez, Gregi & alios, & nouissime vide Bursat. d. cons. 376. & cons. 460. lib. 4. quidquid praesens decisio dicat: licet in his regnis consuetudo sit solum de clericis inferioribus agens, si esset etiam de praelatis, & esset immemorialis, ex qua praesumitur priuilegium, & consensus Pontificis, nescio quare non valeret seruatis seruandis, scilicet si tales conformiter recte rationi de bonis suis disponerent, partim ad pias causas, partim in consanguineos non diuites, & si etiam aliquam memoriam profanam relinquerent, salua in omnibus sanctae matris Ecclesiae correctione. Fateor tamen, quod scrupulosa esset dicta consuetudo, & ideo vel parce omis, vel non seruanda. De praelatis loquor.

Additio ad Decisionem CCCXVI. aut CCCXVII.

Ex hac eleganti decisione tres conclusiones inferuntur.

Prima, quod non valet conditio posita in legato vel fideicommissio, quod filius melioratus ducat uxorem de consensu patris vel heretij, alias legatum aut lucrum amittat, & ea non obitante, etiam non impleta conditione consequitur lucrum.

Secunda, quod bona lucrata constantem matrimonij sunt communia inter virum & uxorem, etiam iure consanguinitatis regni consuetudine. Tertia, quod officium Cobicularij Principis in dote datur, & dotalis

Primae adde in terminis Molin. in tract. de Hispanorum primogenijs. q. 13. a nu. 35. cum sequentibus. lib. 2. Ferdinandum Vasquium Menchae. de controuersijs illustribus, lib. 3. c. 94. a nu. 14. & praeter Costam & Couar. in hac decisione citatos, vide Michaelē Grassum in suo sententiarum tract. §. legatū, q. 50. a nu. 9. & Manti. in tract. de coniecturis vltimarū voluntatū, lib. 11. tit. 181. a nu. 8. & elegans consilium in terminis Antonij de Prato. 136. a nu. 17. i. como consiliorum Zileti de vltimis voluntatibus. Certe si vera dicere fas est, licet decisio in extraneis, vel consanguineis verum dicat, at tamen quando consensus de quo in conditione, debet esse proprii patris legatariae, quae nuptere debet, dubito si verum asserat, & arcederem quod non, quia ut constat ex dictis autoribus, maxime ex dicto Antonio de Prato in terminis, & ex Maricah & ex eleganti cons. Menoch. 69. a nu. 20. lib. 3. & Ceph. 712. lib. 5. & Sfortia. 791. nu. 11. haec conditio iustissima & honestissima est, quia lex plurimum de patre confidit, & iniustum iudicat filium, qui absque consensu patris uxorem ducit imo, si sine causa faciat, delictum existimat committere, & non est credendum, quod ipse sibi matrimonium decess impediatur, & cum filius multa decentia posset inuenire cum consensu patris, non dicitur simpliciter a matrimonio impeditus, nec sibi libertas iusta auferatur, sed iniusta, & contra leges, & sic cum dicto Antonio de Prato contra dictam communem opinionem, quae cum Iure consulto in si iurabitur, hic citato, non clare in patre loquitur dicitur Antonij, sed licet vbi etiam valeat conditio expectandi consensus eius, cui patris consensus quod verum non credo, & ergo q. 11. T. Secunda conclusioni adde Ioan. Gar-

## Secunda pars Additionum

ciam, qui plura refert, in tract. de acquiritibus, a nume. 30. vbi latissime de clarat. tex. in c. 2. de don. intervirum hic citatum, ex cuius dictis concludit, hanc communionem inductam esse consuetudine, & non iure communi: quod in dubium existimo.

Tertiae conclusioni adde, quae diximus ad decisionem. 29. & in alijs huius libri, & in puncto decisionis. 114.

Additio ad Decisionem  
CCCXVIII.

**A**Dde huic decisioni quae diximus ad decisionem 145. vbi alia decisio contrarium tenuit circa punctum excusationis, & ibi plures citauimus, & licet, quod hic dicit Autor de excusatione, videatur in rigore verum, in praxi seruetur quod dictum est in dicta decisione, & ipsa decisio dicit: & ad id quod dicit Autor, quod excusatio fieri potest lite pendente contra tertium possessorem, vel sufficit quod constet ex processu, principalem non habere bona, vide quae diximus lib. 1. quaestio. quaest. 11. & interim vide Bal. consi. 55. lib. 1. & 366. lib. 3. Roman. consi. 388. Communistas latissime lib. 8. communium, tit. de fideiuss. 25. a nu. 135. cum sequentibus & de decisionibus Testaur. Pedemontani. 51. 52. 53. per totas, & haec opinio tanquam aequa in praxi seruetur.

Additio ad Decisionem  
CCCXIX.

**H**Aec decisio elegans est ad declarationem. tex. & eius materiae in authenticam nisi rogati. C. ad Trebell. Ex qua deduc conclusiones sequentes.  
Prima, quod monasterium excludit substitutum sub conditione Si sine liberis.  
Secunda, quod donatio remuneratoria supra minorem valet.

Tertia, quod ingrediens religionem, potest restari cum minori numero testium;

& quod testamentum confirmatur per mortem naturalem, & interim monasterium fruitur bonis.

De prima conclusione adde elegantissime, copiosissime, & melius quam alibi Menoch. de praesump. lib. 4. praesump. 83. per totam. Sfortiam consi. 19. per totum. Crassum in tract. sententiarum. §. fideicommissum, quaest. 42. Manticam de coniecturis lib. 11. tit. 7. a nu. 8. Sfortiam in tract. de compendiosa. 5. parte. Osasum decis. Pe de. 126. a nu. 24. & ex nostris Couar. lib. 1. variarum, c. 19. a nu. 11. Villalob. in comunibus, verbo, monasterium, a nu. 121. Coitam in c. si pater, verbo, Si absque liberis. a nu. 64. de testamentis. Mencha. in tract. de successione creatio. §. 26. a nu. 41. & magis communiter concluditur, quod ex praesumpta voluntate testatis, & fauore pia causa monasterium excludit substitutum, & ideò contraria existente aut apparente ex coniecturis, de quibus per Menoch. admittitur, nisi constaret de fraude Abbatis allicientis monachum blanditijs, & persuasionibus dolosis, ad ingressum monasterij; vt dicit praesens decisio in fine, cui adde Sfortiam in d. 6. parte. artic. vlti. & Menoch. vbi supra, nu. 87. qui Bal. Speculatoré, Aug. Clauasium, & Siluestrum citat. Intelligendi tamen sunt, quado dolus illorum interuenit, qui dederit causam ingressui & professioni, alias in praxi difficile esset obtinere secundum hanc opinionem.

De secunda conclusione vide Molin. de primog. lib. 2. c. 9. nu. 8. Matien. in l. 7. glo. 2. a nu. 29. Sfortiam de restitut. par. 2. q. 58. artic. 1. 2. 3. & 4. maxime in primo arti. 6. casu. vbi in terminis loquitur, & allegat Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 85. C. de bonis maternis, & Simoncellum in tract. de decretis, lib. 1. titu. 2. per totum. Anton. Gomez variarum tomo. 2. cap. 13. col. 3. versic. Secundo infertur, & eundem Sfortiam vbi supra artic. 4. De

De tertia vide in puncto late disputantem, & duas opiniones contrarias referentem Burgos de Paz in repetitio. ne. 13. Tauri; conclusione. 4. a nu. 681. cum sequentibus, qui in rigore dicit, sententiam huius decisionis iure non probari, sed quod seruanda est, quia magis communis opinio ei fauet: & ad secundam partem huius conclusionis adde in puncto Aretin. qui communem dicit in l. 1. nu. 6. de testamentis. Alex. consi. 13. lib. 3. X Suarez allegatio. 20. nu. 19. & ibi Valdes in additione. Couar. in c. 2. nu. 6. de testamentis. Crassum in d. tract. sententiarum. §. testamentum, quaest. 34. nu. 7. qui communem dicit Autoris sententiam: & de testamento monachi, vide eum; & Molin. vbi supra, Gujier. in c. quauis patrum, verbo, Dum nuptui tradebatur, nu. 4. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum §. testamentum, quaest. 28. & concludit, bene iudicatum in hac decisione.

Additio ad Decisionem  
CCCXX.

**A**Dde huic decisioni quae diximus ad decisionem. 312. alias. 314. & interim adde Manticam de coniecturis. Anton. Gabrie. Curt. Junj. Grauet. Alciat. & alios citatos a Crasso in d. tractatu. §. fideicommissum, quaest. 10. per totam, & adde Menoch. latissime disputantem, vtrum filij appellatione nepos conueniatur, lib. 4. praesumptionum, praesumptione. 94. per totam.

Additio ad Decisionem  
CCCXXI.

**N**ota, quod res dotalis potest alienari ad liberandum maritum a carceribus, & quod maritus solus potest alienare. Adde Matien. in l. 6. glo. 4. & l. 1. tit. 3. lib. 5. recopil. Adde etiam Molin. nu. 9. in lib. 4. de primogenijs c. 6. Meness. post Curt. Corne. & alios in au-

then. res quae. C. communia de legatis. num. 98. vbi allegat Fulgos. & Alex. in l. quantis, nu. 11. ff. soluto matrimonio, & qn. l. Martellus. §. res. quae, nu. 3. ff. ad Trebell. allegat etiam Bber. decisio. 28. nume. 3. Campesio in d. dote. 1. parte, quaest. 12. Gomez. in. §. item si quis in fraudem, nu. 32. instituta de actio. Couar. lib. 2. variarum, tom. 6. nu. 9. & adde his adtabiliten Menoch. in tract. de arbitarijs iudicium, lib. 2. cent. 1. casu. 282. a nu. 62. & in tract. de praesumptionibus lib. 4. praesumptu. 92. nu. 11. & in puncto adde Baldum Nouellum in tract. de dote & eius priuilegijs. 7. parte in principio, limit. 4. & 5. & priuilegio. 29. adde etiam allegationes Francisci Viuij decisione. 18. Imol. Paul. Ang. Alber. Alexand. & alios in l. quantis, hic citata. Roman. consi. 78. Guman. in dicta. quantis. Et quibus constat, decisionem nostram continere opinionem communem, & communem approbatam, & ideò seruanda est iudicando & consulendo, sic admodum dubia & scripta loquitur, & quae non bene probaturum de; quamvis, in casu quo mulier contradiceret, quae tamen intelligerem, si vltor haberet dotem, & sufficientem, vt marito ex ea liberato & carere; sibi remaneret patrimonium, ex quo videre possit alias si non, omnino falsam reputo, & contra ius naturale, quia prima caritas incipit a se ipso: quod nota.

Additio ad Decisionem  
CCCXXII.

**N**OTA ex hac decisione sequentia.  
Primum, quod hypotheca legalis cadit in bonis prohibitis alienari absque alia solemnitate.  
Secundum, quod l. cum a matre, non habet locum in hac rede fideiussoris de-

## Secunda pars Additionum

euictione, qui ex iure proprio potest venire contra venditionem.

Tertium, quod iudex potest condēnare in fructibus non petitis a temporali contestationis currentibus.

Quartum, quod in actione hypothecaria potest quis solam rem petere, & iudex in ea condēnare, & reus liberatur debitum soluendo.

Quintum, quod citatio possessorum requiritur ad euictionem contra principalem & eius fideiussores, etiam si cōfiteretur, cum nulla alia bona habere; prater ea, in quibus excusio facta fuit.

Ad primum vide latissimē disputatēem Caldās ad l. si curatorem habens, verbo, *Cui non ab similibus*, a nu. 35. Menchā lib. 3. controuersiarum vsufrequētium: c. 5. a nu. 1. Menoch in tract. de adipiscenda, remedio. 3. a nu. 7. & quia isti plene materiam resoluunt, nihil amplius addendum puto.

Ad Secundum, circa intellectum l. cum a matre, de qua hic, vide Ruin. conf. 25. a nu. 1. lib. 2. Deci. conf. 79. nu. 2. & conf. 184. in fine, & 454. nu. 7. Ceph. conf. 514. nu. 43. & 318. nu. 1. lib. 3. Alban. cōf. 72. nu. 3. Tirāq. de retract. lib. 1. §. 1. glo. 8. a nu. 48. Ioā. de Amicis conf. 3. nu. 20. Ceph. cōf. 393. nu. 49. lib. 3. Crauet. cōf. 131. nu. 6. lib. 1. Paris. cōf. 16. nu. 127. lib. 2. Socin. conf. 2. col. 1. lib. 4. Socin. Iun. conf. 72. nu. 25. lib. 3. Rolan. de Valle conf. 30. nu. 29. & 90. nu. 37. & 100. nu. 143. lib. 4. Menoch. conf. 89. nu. 127. lib. 1. & cōf. 44. nu. 20. eo lib. Riminald. Iun. conf. 64. nu. 16. lib. 1. Franciscus Bec. conf. 72. lib. 1. & plura alia allegat Fabius Turretus conf. 18. a nu. 22. lib. 1. Ioā. Botta conf. 94. a num. 29. Hieronymus Gabriel cōf. 125. nu. 3. lib. 1. Tiber. Decian. conf. 117. nu. 3. lib. 3. & conf. 31. nu. 157. lib. 1. Bursat. conf. 247. nu. 9. lib. 3. & conf. 3. num. 42. lib. 1. Riminald. Iun. conf. 37. nu. 62. lib. 1. eleganter distin-

guis Tobias Nonus conf. 2. & 3. & 39. nu. 3. late Franciscus Viuius de iur. 56. lib. 1. ex quibus omnibus, salua pace Autoris, dictam conclusionem minus veram existimo: nam licet hæres cum beneficio inuentarij possit venire contra defuncti factum iure proprio, dimissis bonis hæreditarijs, & etiam possit venire contra factum defuncti nullum, & a lege reprobatum, vt in l. post mortē ff. de adoptio. late Molin. de primog. lib. 4. cap. 1. non tamen si actus validus fuit, aut non reprobatus, potest venire sine dimissione bonorum, siue fuerit autor fideiussor, siue venditor: regula enim l. vendicantem, de euictionibus, generaliter loquitur, nec ulla ratio differentie reddi potest. Nec obstat l. fin. hic allegata, quia verum est, quod hæres si leuissoris potest venire contra factum defuncti, vendicando rem venditam, sed tamen salua manet euictionis causa quoad interesse: quod in idem recedit: & hoc voluit Gamma hic dicere, alias male diceret.

Ad tertium vide Speculatorem in titulo de allegatione, & disputatione, §. 1. versiculo sed nanquid, & in titulo de fructibus & interesse, per totum, & in titulo de appellat. §. 19. versiculo, *sed pone*, & in titulo de expensis §. 4. Ferraram in praxi, in forma libelli in actione, verbo, *Simul cum fructibus*. Couar. lib. 1. variarum. c. 3. a nu. 1. & 2. Auend. responso. 6.

Ad quartum adde Iaf. Zaf. Benincasium, Mising. Gomez. & alios in §. item Seruiana, instituta de actionibus, & Felician. in tract. de censibus lib. 3. c. 6. a nu. 1. qui eū prædictis concludit, libellū in hypothecaria debere alternatiuē cōcludere, vt soluat debitum, vel rem dimittat: & in puncto iuris hæc est verior resolutio, licet in praxi, maxime apud suprema tribunalia, seruarietur

prax-

## Ad Decisio. Anton. Ga.

præfens decisio. Et adde Becium conf. 106. lib. 1. & Massuerum ad Ferraram in tit. in forma libelli in actione hypothecaria, verbo, *quare cum prædicta*.

Ad quintum adde Ferraram in d. præxi, in forma responsionis in actione hypothecaria, verbo, *exceptionem excusio nis*, a nu. 20. & adde Becium conf. 89. nu. 7. & 8. lib. 1. & Rolan. conf. 9. nu. 9. lib. 1. & autores in l. decemphidicitata, & concludit, quod quando notorium est nulla habere bona, prater ea in quibus fuit facta excusio, & hoc probatur, sufficit excusio facta absque alia citatione. Et aduerte, quod his non obstantibus, bene iudicatum fuit in præfenti decisione.

### Additio ad Decisionem

CCCXXIII.

Nota primo, quod mulier quinquagenaria habet partem lucrorum constanti matrimonio acquiritorum. Cui adde Rip. in l. 1. num. 124. ff. solut. matrim. & Socin. Iun. & alios repetentes ibi. Secundo nota, quod diuisio præsumitur ex cursu decennali: de quo vide dicta ad decisionem 146. Tertio nota, quod diuisio non retractatur propter errorem, nisi duobus concurrentibus: de quo vide Ayoram in tract. de partitionibus, part. 3. quaest. 6. & 7. & 8. Communiter in praxi fertur, quod post diuisionem factam & approbatam a iudice, possunt errores allegari: secus si in contradictorio iudicio, & citatis partibus, & auditis, per sententiam diffinitiuam sine approbata.

### Additio ad Decisionem

CCCXXIIII.

Nota, quod res aliena potest pignori dari de consensu tacito aut expreso domini. Adde Ferraram in forma li-

belli, in actio: *ex memoratis & auj.* in tract. de pignori bus, c. 1. de pign. 3. a nu. 52. cum sequentibus. In fine iudicatum.

### Additio ad Decisionem

CCXXV.

Nota primo ex hac decisione, quod coitus stupri est punibilis, & idcirco filius non successibilis. Secundo, quod famulus Regis a carceribus, quem vulgō dicimus, *Mogodēspuelas*, non est nobilis. Nota tertio, quod ex se ipso quis non consequitur nobilitatem, etiam si consequatur statum nobilitatis, & serui Regis nisi a Rege nobilitetur, aut habeat nobile officium, vel dignitatem.

Nota quarto, quod officium scribae non nobilitat. Nota quinto, quod officium proxime non nobilitat, etiam si ciuitas ciuitatis nobilis, nam omnes tales ciues nobiles sunt propter ciuitatem.

Nota sexto, quod non idem est officium, vel haberi pro ciue.

Primo dicto adde Cardinale Paleotum in tract. de nothis & spuris, cap. 12. §. 14. & 15. glo. & Bald. in c. innovauit, de electione. Xarez in l. 5. titu. 6. lib. 3. fori fol. 4. Greg. Lopez in l. 1. glo. 1. tit. 15. part. 4. Couarr. de sponsalibus, 2. parte cap. 8. §. 5. num. 18. Matien. in l. 9. glo. 2. num. 5. titu. 8. lib. 5. recop. & vide Tauristas in l. 1. Tauri, per tex. ibi, & cōclude, quod iure canonico, & iure nostro regio ex d. l. talis filius non est spurius, sed naturalis.

Secundo dicto adde quasi in terminis, de coquo Principis, quæ in contrarium adducit Tirāq. cum Bald. Barbario, Lucano, Romano & alijs in tract. de nobilitate, cap. 30. a nu. 10. & ego credo in terminis, si vidisset nostrum au-

e 5 torem

sem, dixisset contra eum; & adde Chaf  
sanu in catalogo glorie mundi. in par  
te, consideratione 3; fol. 353b Azeued.  
in l. 15. titu. 14. lib. 6. recop. & adde d. l.  
15. 16. 17. & 18. d. titu. ex. quibus credo  
male dixisse Autorem in presenti. Ad  
de etiam Menoch. cons. 584. h. 1. 3.  
lib. 6. & Auzores in l. 1. C. de digni  
tatis lib. 12. & Bonum de Curtili in  
tract. de nobilitate in principio. Tirag.  
in tract. de nobilitate, cap. 3. 4. & 5. &  
adde in puncto Otaloram in tract. de  
nobilitate. 2. part. cap. 3. col. pen. Azeu.  
in rubricas in 2. lib. 6. recop. 2. num. 40.  
qui concordant cum dicta conclusione.  
Quarto dicto adde Guid. Pape deci  
sione Delphinali 9. Crauetam consil.  
263. lib. 1. inuen in dictionario, verbo  
Canallero in principio. Azeued. in l. 27.  
titu. 14. lib. 6. recop. & in l. 1. tit. 25. lib.  
4. qui ait, quod ubi nobilitas non acqui  
ratur per notariatum, non tamen amit  
titur acquisita: quod in his regnis sic pra  
cticitur, & adde Tirag. in d. tract. de no  
bilitate, cap. 30. a num. 9.

Quinto dicto de ciuitate nobilibus an  
nobilitet, adde Azeued. in d. Rubrica a  
nu. 218. latius Tirag. in d. tract. cor. 2. &  
conclude, quod nobilitat quo ad ali  
quem honorem & existimationem, no  
quo ad liberationem a muneribus, nisi  
illi per privilegium fuerit datum: & ad  
id quod dicit de proxeneta, adde. Tirag.  
quel. vbi supra, cap. 33. & cap. 34. nu. 32.

Vltimo dicto adde Bart. cons. 62. Ale  
xand. cons. 106. col. 3. lib. 2. Afflictis de  
cisione. 384. num. 14. Iaf. & repetentes  
in l. si is qui pro. emptore. ff. de vsucap.  
Paris. cons. 71. num. 9. lib. 1. Ruin. cons.  
227. nu. 2. lib. 1. & adde copiose in pun  
cto Cephal. cons. 451. dubio. 1. lib. 4. in  
presenti, tamen decisione concludit  
bene iudicatum ex suis logibus & con  
suetudinibus, & quia paternitas natu  
ralis pluribus vilibus officijs se immis  
cuerat.

Additio ad Decisionem  
CCCXXVI.

Nota primo, quod emphiteosis po  
test in perpetuum concedi a mona  
sterio rei incultae melioranti eam.

Secundo, quod solennitas contra  
ctus emphiteotici praesumitur excursu  
temporis.

Tertio, quod valet pactum, quod em  
phiteota possit subemphiteotice, &  
quod secundus emphiteota debeat in  
centiam alienandi petere a primo.

Quarto, quod laesio debet considera  
ri secundum tempus contractus.

Primo dicto adde, quae diximus ad  
decisionem. 297. alias. 299. num. 2. & in  
terim adde Couarru. lib. 2. variarum,  
cap. 177. r. & 19. & Albaron. Valascum  
in tract. de iure emphiteotico, quaest. 2.  
& 1. & Caldas in tract. de nominatione,  
quaest. 23. a nu. 43. cum sequentibus.

Secundo adde quae diximus ad deci  
sionem 87. & 48. & dictam Caldas vbi  
supra, a num. 46.

Tertio adde Aluarum Valascum in  
tract. de iure emphiteotico, quaest. 13. a  
nu. 10. & Caldas de renouatione, quaest.  
13. & quaest. ad diximus decisione. 26. &  
idepsim 244. alias. 246. & 116. & 71. &  
289. alias. 297.

Quarto dicto adde dicta ad deci  
sionem. 257. alias. 258. & in decisione. 291.  
alias. 292. & adde Mascard. 2. parte. de  
prob. conclusio 963.

Additio ad Decisionem  
CCCXXVII.

Nota duo ex hac decisione. Primu,  
quod in tribunalibus supremis nul  
litas debet iustificari ex iustitia causa,  
alias nihil operatur.

Secundum, quod opinio vnius Do  
ctoris excusat ab expensis.

Tertium, quod aliquis defectus est  
in

in citatione, sanatur ex praesentia par  
tis.

Primo dicto adde quae diximus in  
pluribus decisionibus huius libri, & in  
terim vide Aluarum Valascum in tra  
ctate iure emphiteotico, quaest. 6. a  
num. 14.

Secundo adde Rebuff. 3. tom. ad. ll.  
gallicas, tit. de expensis, anoni. 30. Me  
noch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. casu. 175.  
Alpinum in praxi ciuili. 9. 32. cap. 2. li  
mitatione. 2. Reg. iur. lib. 2. fol. 6.

Tertio adde Hipp. Mar. in l. de vno  
quoq; num. 46. de re iud. Roland. Valli  
cons. 47. num. 22. lib. 2. Vnde de nullita  
te, tit. quibus modis sententia nulla, nu.  
122. Azeued. cum Valalobos in l. fin.  
a num. 104. tit. 21. lib. 5. recop.

Additio ad Decisionem  
CCCXXVIII.

Nota, quod filius natus post decimu  
mensem a morte patris, praesumi  
tur legitimus, licet mater adultera fue  
rit maxime si honesta sit, quia tempore  
infirmitatis potuit defunctus cum ea  
copulam habuisse. Huic conclusioni post  
auctores in l. Gallus, hic citata, maxime  
Hierony. Torniel. & Galliaulam ibi,  
adde Menoch. in tract. de arbitr. lib. 2.  
cent. 1. casu. 89. a num. 48. Iac. Anto. Ga  
brie. tit. de praesumptio. praesumptione.  
14. a num. 1. cum sequentibus Boeri. de  
cisio. 299. Paris. cons. 64. a num. 5. lib. 3.

Sfort. cons. 6. a nu. 1. Bonifacium Ro  
geri. cons. 47. a num. 57. lib. 1. & Senatus  
decisio vena est & communis, dicit plu  
res tenuerint contrarium, nisi constas  
set tempore infirmitatis non concu  
buisse, nec potuisse cum vxore, & quod  
infirmitas pluribus diebus durauit, &  
quod filius natus fuit post decem men  
ses a morte mariti, nisi tanta honestas  
matris probaretur, quae quasi prodigi  
um faceret: non enim impossibile est,

esse vndecim mensibus praegnantem, ita  
cet raro accidat: quod nota.

Additio ad Decisionem  
CCCXXIX.

Nota tria ex hac decisione. Primu,  
quod haeres extraneus non potest  
petere renouationem emphiteosis Eccle  
siasticae, secus priuatae.

Secundu, quod maritus institutus haeres  
ab vxore, vt coniuncta persona, potest di  
ctam renouationem petere, maxime si  
meliorameta fecerunt maritus & vxor.

Tertium, quod si fiat pactum, quod  
finitis tribus personis, emphiteosis re  
uertatur libere ad dominum cum me  
lioramentis, non est locus conclusioni  
bus praecedentibus.

Primo dicto adde Paris. cons. 28. nu.  
5. lib. 1. & adde Caldas in tract. de reno  
uatione, quaest. 9. a nu. 24. & contulde,  
quod si emphiteosis haereditaria est pro  
se & haeredibus, absq; dubio haeres ex  
traneus potest petere renouationem.

Secundo adde Aluar. Valascum de  
iure emphiteotico, quaest. 1. a num. 20. &  
quaest. 2. a num. 7. Ioan. Garcia de ex  
pensis, cap. 15. num. 18. Bursat. cons. 24.  
na. 8. lib. 1. Caldas de renouatione, quaest.  
8. a num. 19.

Tertio adde quae diximus ad deci  
sionem. 41. & adde Caldas de renoua  
tione, quaest. 1. nu. 20. & quaest. 8. nu. 9.  
vbi refert nostram decisionem. Intella  
getamen dicta in 2. dicto, si vel mari  
tus meliorasset, vel emphiteosis esset  
haereditaria, & ad extraneos posset per  
uenire, alias male esset dictum, & cum  
his dic bene iudicatum in hac decisio  
ne.

Additio ad Decisionem  
CCCXXX.

Nota ex hac decisione, quod liber  
tas relicta, quando haeredi placet  
rit,

rit, hærede in vita non declarante, fauore libertatis competit post mortem, ex rex. eleganti in l. fin. hic citata, de qua vide Benedictum de Plumbino ibi, qui extedit etiam fauore dotis, vt facit Menochius in tract. de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 68. num. 39. & adde Caldas cum Burgos de Paz & alijs ab eo citatis, in tract. de nominatione, quæst. 9. nu. 29.

Secundo nota, quod voluntas defuncti declaratiua & executiua, non dispositiua, probatur ex acto nullo, & ex testamento reuocato: de quo vide Bar. Aretin. & alios citatos ab eodem Caldas in d. tract. quæst. 10. num. 10. & omnino vide Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 1. interpret. dub. 3. fol. 5. a nu. 54. qui dicit, quod si testamentum fuerit imperfectum ratione omiffæ solenitatis, obtinet hæc conclusio: alias si ex imperfectione voluntatis, non quod verum credo.

Additio ad Decisionem CCCXXXI.

**A** Dde huic decisioni, quæ latè diximus ad decisionem. 17. & decisionem. 292 alias. 293. & decis. 305. vel. 307.

Additio ad Decisionem CCCXXXII.

**A** Dde quæ diximus ad decisionem. 326. & decisionem. 83. & 48. & quæ in puncto diximus ad decisionem. 283. alias. 284. 298. & 297. alias. 299. & decisionem. 44. & decisionem. 26. & decisionem. 244. alias. 246.

Additio ad Decisionem CCCXXXIII.

**E** X hac decisione inferuntur sequentes conclusiones.

Prima, quod filius habet hypothecata bona patris pro mala administratione, non solum dolosa, sed etiam culpola, licet in hoc sint opiniones.

Secunda, quod eam non habet, quando alienatio patris fuit necessaria pro soluendis debitis.

Tertia, quod agens ex vna causa, si in processu constat de alia, ex æquitate obtinet.

Prima adde. l. 24. titu. 13. part. 5. & l. 14. eiusdem tituli, vbi Greg. & Couar. libri. variarum, cap. 8. a num. 5. & adde Bihelin. l. 1. 3. part. 2. num. 79. C. de bonis maternis. Matienço in l. 7. glo. 1. a num. 67. tit. 1. lib. 5. recop.

Secunda adde dicta in præcedenti conclusione.

Tertia adde, quæ latè Aluarus Vaez tradit in terminis in d. tract. iuris emphiteotici, quæst. 6. a num. 7. & sequentibus, & Azeued. in l. 10. a num. 115. titu. 17. lib. 4. recop. & Auend. responso. 1. & nota bene iudicatum in hac decisione.

Additio ad Decisionem CCCXXXIII.

**N** Ota primo, quod sequestrum debet fieri parte citata.

Secundo, quod exequutor qui facit sequestrum ex mandato Regis vel Papæ, non coram eo non est cognitum de causa, etiam tenetur partem citare, alias nullum est.

Primo notabili adde. l. meminerint. C. unde v. & quæ in eius declaratione adducit latissime Menochius in tract. de recuperanda, remedio. 8. & in puncto adde Rebuffum in d. nom. ad. II. Galiz. tit. de sequestris & commissarijs, artic. 1. glo. 1. num. 8. & 9. & 22. Azeu. in l. 13. a nu. 7. titu. 1. lib. 4. recop. Caualean. decis. 2. & 3. & 4.

Secundo adde notata in d. decis. tenore, de re iudicata, & in cap. pastorals. 9. quia

Additio ad Decisionem CCCXXXIII.

**H**Æc decisio singularis est ad materiam. l. 9. tit. 15. lib. 4. recop. vbi de salario famulorum. Cui addendus est Azeuedo, qui omnia complectitur, in d. l. 9. & Parladorius in suo lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 1. §. 12. & 13. & tandem concludunt, quod ita præscribitur salarium conuentum, sicut non conuentum, & quod necessaria est bona fides, & allegatio solutionis, & hodie leges nostri regni eam extendunt ad pharmacopolas, & alios minutatim vendentes, & nouissima pragmatica ad salaria aduocatorum, & procuratorum: & cum dictæ leges exorbitantes sint, ad alios non extenduntur, vt potest ad negotiorum gestores, tutores, curatores, proxenetas, testamentarios, & similes, de quibus vltra omnes latissime diximus lib. 1. quæstionum, quæst. 8. de salarijs, vbi omnino vide. Notandum est ex hac decisione, quod famulus, transacto triennio, nõ obstante legis præscriptione, admittitur ad probandum, sibi nõ esse solum salarium, & hoc probato, obtinebit: allegat Mencha. & non allegat locum: est locus in tract. de successionum creatione. §. 10. a num. 33. per totum. Hoc tamen Azeued. vbi supra, nu. 43. non admittit, nisi probatio fiat per domini confessionem: quod verum puto, non probata mala fide domini, & sic practicatur in his regnis: & de interruptione huius præscriptionis vide latè Rebuffum hic citatum, & Azeued. & Parladorium vbi supra, & ego latè dixi in d. tract. Notanda etiam est hæc decisio in fine, in quatum dicit, quod famuli, qui seruiunt magnatibus sine conuentione salarij ob expectationem alicuius remunerationis, nõ amittunt illam iustam recõpensam, quæ sibi debet fieri ob

quia vero, de officio deleg. & Couarru. in practicis, cap. 16. Roman. consi. 51. vbi Mandosius in additione. latissime Menoch. in tract. de arbitrarijs iudicium lib. 2. quæst. 26. per totam, & ad id quod dicit Autor de arbitrio & libertate data, quod etiam teneatur partem citare, adde Bart. in extrauaganti ad reprimendum, verbo, & figura, num. 6. & in l. Theopompus, nu. 9. de dote prælegata. & consi. 166. num. 5. & cum infinitis Menoch. in d. tract. de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 17. & bene iudicatum in hac decisione, absq; dubio iudica.

Additio ad Decisionem CCCXXXV.

**A** Dde huic decisioni quæ in puncto diximus ad decisionem. 265. & his adde Ang. in l. si cui. §. Imperator. ff. de accusatio. Franciscum de Parma in tract. de iure fisci fol. 9. Cagnol. in l. venditor, de iudicijs, num. 1. & particulariter vide Barbatium citatum in dicta decis. 265. alias. 266. & Soci. in cap. quoniam frequenter, num. 127. vt lite non contestata, Barb. in dicto loco nu. 50. & nu. 64. semper tenuit, quod emphiteota possit nominare dominum ad iudicium, & quo ad declinationem fori sequitur communem de qua hic.

Additio ad Decisionem CCCXXXVI.

**A** Dde huic decisioni quæ latè diximus ad decisionem. 4. vbi analyticè & practicè materiam disputauimus, & adde Aluaru Valaf. de iure emphiteotico, quæst. 18. a nu. 8. & de melioramentis in terminis nostræ decisionis vide eundem in d. tract. quæst. 25. a num. 18. & a num. 6. a num. 20. & quod hæc decisio dicit, tenuimus & sequuti sumus in dicta decisione. 4. & eandem opinionem nunc sequimur.

ob lapsum triennij, quod æquum & verum puto, & adde his quæ post fratrem Ludouicum Lopez, & Petrum de Nauarra in tract. de restitutione. 2. parte cap. 1. nu. 222. diximus in dicta quaestione, vbi latè de his famulis diximus.

Additio ad Decisionem CCCXXXVIII.

Hæc decisio, quæ de iustitia belli Tunetani agit, notanda est, quæ in summa vult, quod bellum contra hostes infidelis iustum est, & quod ibi capti, siue ex ipsis, siue ex eorum confederatis, aut amicis, siue ex seruis eorum, efficiuntur serui captiuorum, & res ab eis ablatae efficiuntur captiuorum, nec post prædam concessam potest Dux supremus belli in præiudicium militum, quibus ius erat quaeritum, remissionem facere: de qua materia vide splendide per Ioan. Lupium, & Martinum Laudensem hic citatos, & Siluestrum in summa, verbo, Bellum. 1. quaest. 1. & 2. Gabr. in 4. sententiarum distinct. 15. quaest. 4. Ang. & Caietan. in summis verbo, Bellum, Cordubam in suo quaestionario lib. 1. quaest. 39. Nauar. in summa, cap. 5. num. 15. Hadrian. quodlibet. 2. Mercado in tract. de tractatibus & contractibus. 2. part. cap. 15. Ioan. Maior. in 4. distinct. 15. quaest. 20. Petrum de Nauarra in tract. de restitutione, tom. 1. cap. 3. a num. 258. cum sequentibus Dionysium Gotfredum in 1. tom. praxis iuris ciuilibis, fol. 418. Hostium in summa, tit. de trequa & pace, & ibi addetes. Ioan. de Lignano in tract. de bello. Sotum de iustitia & iure lib. 5. quaest. 3. art. 5. vide etiam Bertachin. in suo repertorio, verbo Bellum. 1. & 2. lit. B. & Salon, & Aragon ad diuum Thomam in 2. 2. quaest. 46. art. 1. & 68. art. 8. & quaest. 41. art. 1. omnia quæ hic autor dicit, vera sunt, sed quo ad remissionem Principis temperanda sunt, vt per Ioan. Lupium vbi supra, nisi ex causa publicæ pacis & utili-

ratis eueniat vt fiant remissions, tunc valeret in præiudicium iuris quaeriti militibus, tenetur tamen Princeps in alijs eis recõpensare. Temperanda etiam est in mobilibus venditis, aut cõsumptis: quod nota. Ad id quod dicit autor de chronicis, vide Purp. in l. 1. a num. 152. si cert. per. & Mascac. de probar. 1. part. conclus. 2871

Additio ad Decisionem CCCXXXIX.

Nota ex hac decisione tria: Primũ, quod amittens literas cambij, nõ habet actionem contra eum, ad quem missa sunt, sed contra eum qui misit, etiam si epistolam reperit, in qua de eo & alijs eum præmonuerit.

Secundum, quod confessio qualificata diuidi non potest, nisi qualitas sit separabilis.

Tertium, quod epistolam alicuius recipientis, in qua gesta, & data, & accepta narrantur, non tenetur se obligare ad aliquid dandum, nisi ea vtatur, & tunc in his in quibus ea vsus est.

Primo dicto adde decisionem Genue 8. nu. 19. & decis. 2. nu. 41. & decis. 1. nu. 21. & 2. nu. 21. & decis. 2. nu. 10. & decis. 4. nu. 7. & decis. 1. nu. 6. & decis. 10. nu. 9. & 23. nu. 19. & d. decis. 10. a nu. 10. & vbi que allegatur Salic. in l. filius familias, ad Macedonianum, & de literis auis adde decisionem Genue 142. nu. 3. & 41. nu. 4. & 51. nu. 1. & 14. nu. 113. & 80. nu. 1. & 48. nu. 2. in quibus concluditur, quod probant contra scribentem.

Secundo adde notata in l. si quidem, de exceptio. & in l. Aurelius. §. idem quaesit, el. 2. de lib. legata & in cap. bonæ, de postu. præl. & adde decis. Genue 133. nu. 4. & 60. nu. 4. & 95. nu. 2. & 141. nu. 2. & 114. nu. 3. & 122. nu. 5. Boer. decisione. 339. Bernard. Diaz reg. 122. Menoch. de arbitra. lib. 2. centu. 1. casu. 92. num. 21. & centu. 3. casu. 279. Azeued. in l. 2. a nume. 65. titu. 7. lib. 5. recopila.

A quo

A quo cauendum est, in quantum dicit, quod hodie iure nostro regio potest cõfessio qualificata separari, si qualitas sit inseparabilis: non enim probatur in d. l. quæ non loquitur de confitente factum nudè, etiam si tale factum habeat aliam quã qualitatem annexã, sed de confitente cum cautela & obscure, animo decipiendi, & veritatem celandi.

Tertio dicto adde Salicet. & DD. in d. l. si filius, & decisionem Genue. 24. nu. 4. & 18. nu. 6. 133. nume. 2. 68. nu. 4. 20. nu. 1. 62. nu. 2. adde Cuman. consil. 177. Anton. Gabr. lib. 1. communium conclusionum, tit. de præsumptio. conclusio. 2. num. 13. Decisio cap. 2. nu. 15. de probat. Ropa in cap. cum M. Ferras menis, a nume. 132. de constit. Capol. cautela. 10. diligentissime, vt solet, Menochius in tract. de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 65. per totam, & num. 15. vbi declarat d. l. si filius familias, & in tract. de arbitrarijs iudicium lib. 1. cent. 1. casu. 21. & plures ex his in puncto loquuntur.

Tandem huic decisione adde Bursat. consil. 84. num. 5. lib. 1. Benuenutũ Straccham in tract. de assicuracionibus glo. 10. num. 47. Rotam Bononiensem Benintendis, quæ de perditione literarum cambij loquitur. 58. Cottam in memorabilibus, verbo, cambij literas, diligentissime Mascardum, qui omnes articulos huius decisionis complectitur, & in puncto loquitur, in tract. de probatio. 2. part. conclusio. 990. num. 3. & num. 7. & per totam: ex quibus omnibus inuenies, benè iudicatum in hac decisione.

Additio ad Decisionem CCCXXXIX. vel

CCCXL.

Hæc decisio continet materiam singularem, quando masculus atque

minor præferatur femina natus maiori, in maiorato, si pater, aut mater, aut annuarius, præferatur in quibus vocatur filius aut filia maior, & cõcludit pro filia maiore, de qua quaest. latè egit ipse Gamma decisio quæ de 1294. alia. 296. & nos latissime egimus ad decisionem dictam 91. vbi defendimus decisiones contra Gammam, contra quem semper iudicatum est in regno isto, & Lusitania, licet in annuarius cum eorum neat Salazar, quem allegauimus in d. quaest. 51. sed contra eum tenuit etiam ius Lusitanus Galdas in tract. de renouatione contractus emphiteotici, quaest. 17. num. 9. & 14. & 16. & quaest. 18. nu. 33. & de nominatione, quaest. 14. a nu. 1. & quaest. 17. nu. 36. qui plura allegat, & suus. Vialascus in tract. de iure emphiteotico, quaest. 50. nu. 7. & allegatis in dicta decisione 54. interminis præseptis adde nunc. Iacobum Berrotam consil. 8. a nu. 17. & Anto. Chiostrum consil. 2. nu. 3. & 35. nu. 7. & 24. nu. 5. & 35. nu. 26. Ceph. consil. 664. nu. 19. & 174. a num. 1. lib. 5. & in d. consil. 664. loquitur in puncto Menochi consil. 437. a nu. 14. & 496. a num. 271. & 590. num. 7. & 496. & 482. nu. 7. & 414. lib. 5. & 588. a nu. 6. lib. 6. Alexan. Trentacinquim plura allegantem in tract. de substitutionibus, parte. 4. a num. 9. Beroti. consil. 57. num. 64. lib. 3. quem allegat Iosephus Rusticus in tract. an & quando liberis lib. 2. cap. 3. a num. 16. Bursat. consil. 460. nume. 30. lib. 4. Crauet. consil. 570. nu. 7. & 588. num. 9. & 964. num. 26. Ex quibus omnibus colligitur, quod in materia indifferenti, & vbi est eadem ratio, femina admittitur, & nõ cedit masculo: sed in d. decisione diximus, non esse eandem rationem masculi & feminae in successione maioratus & annuarius, ex præsumpta testamento voluntate volentium memorie conseruationem, & ex vsu generali omnium regiorum, &

sic

sic contra Autorem quotidie practica-  
tur: & illa verba, *hij a hije mayor*, & ordi-  
ne successivo intelliguntur, & præfer-  
tur primò nominatus, vt cum Mantica  
& autoribus in l. Gallus. §. 1. de lib. & pos-  
thum. ibi. defendebamus, & in propria  
causa obtinuimus, nisi consuetudo pas-  
triaz, aut ipsius maioratus aliud indu-  
cat, quæ seruanda est, & declarat testan-  
tis voluntatem, & tunc difficulter obti-  
netur pro fecundis, vt iam vidi.

Additio ad Decisionem

CCCXLI.

**N**Ota ex hac decisione sequentia:  
Primum, quod si filius natus intra  
quinque menses a die contracti matri-  
monij, non præsumitur legitimus, nisi  
probetur.

Secundum, quod pater non potest in  
testamento reuocare contractum quæ  
fecerat cum vxore in præiudicium filio-  
rum primi matrimonij, quibus est ius  
quæsitum.

Tertium, quod aut faciens testamē-  
tum pro nepote mente capto, potest  
vnum vel plures instituere.

Quartum, quod filij positi in condi-  
tione, censentur vocati etiam in legatis.

Primò adde Paris. Socin. Reuin. Gal-  
liulam, Tornellum & alios in l. Gal-  
lus. ff. de lib. & posthumis, & Alciat. ibi  
num. 30. Paleotum de nothis & spurij, cap.  
23. & 24. in fine, Menoch. de arbit.  
lib. 2. cent. 1. casu. 89. a num. 34.

Secundò adde, quod quamuis hoc di-  
ctum sit verum, non ex ratione Auto-  
toris, de qua egimus latè ad decisionē  
18. vbi declarauimus doctrinam Bart.  
in l. qui Romæ. §. Flauus. ff. de verben.  
oblig. & intelligenda est ex iure per se  
acquisito ex contractu patris filijs, qui  
in contractu in genere aut in specie no-  
minati sunt, non ex iure per accidens,  
& per indignitatem acquisito, sed quia

pater acquiritur ius ad tota bona lucra  
tæ, cuius ius acquisito renuntiare non po-  
terat in præiudicium filiorum, quia erat do-  
nare: renuntiatio enim iuris acqui-  
sitij, donatio est. l. si quis de legauerit, vbi  
Bartol. ff. de solut. Decius in l. postquæ  
liti, num. 15. & ibi. Curt. Iun. nu. 5. C. de  
pactis. Alexand. consi. 206. col. 2. lib. 7.  
latè in terminis Baeza in tract. de non  
meliorandis, capit. 24. per totum, & in  
fine, vbi prohibitus donare, non potest  
remittere ius quæsitum: allegat Bald.  
Salicet. & Raphaellem Fulgo. in l. 1. C.  
de pactis. Imolin. l. ex duobus. la. 2. col.  
2. ff. de duobus reis. Alexand. consi. 22.  
col. 3. lib. 1. Alciatum in l. pactum cura-  
toris. C. de pactis. Ex quo inferitur,  
quod si utilitas illius remissionis quin-  
tam non excederet, valet: quod nota  
ad hanc decisionem.

Tertio dicto adde Sfortiam in tract.  
de substitutionibus, in præludijs, part.  
4. quæst. 8. vbi ait, quod si mente captus  
habet filios, omnes tenetur mater insti-  
tuere, & si non, sed fratres, potest elige-  
re; & non electis aliquid debet relin-  
quere: & hanc dicit communem opi-  
nionem, & adde Memoch. in tract. de  
successio. creat. §. 17. a nu. 57. Crassum  
in suo lib. sententiarum. §. substit. quæst.  
47. post Rip. in l. ex facto, num. 86. de  
vulg. & Decium in l. humanitatis, hic ci-  
tata, & adde etiam Alex. Trétacinquum  
in tract. de substitutionibus, par. 3. cap.  
5. a nu. 5. qui latissime disputat, & duas  
opinionem contrarias refert: & tandem  
in iudicando & consulendo dicit non  
recedendum à dicta opinione, scilicet,  
quod in filijs nõ detur electio, secus in  
fratribus: quod verum puto.

Quarto dicto, quia materia commu-  
nis est, adde latissime Iosephum de Ru-  
sticis in integro tractatu, an & quando  
liberi in conditione positi censentur vo-  
cati, vbi ad partes disputat, & concludit  
veriorē & communiorē esse opinionē  
glo.

glo. in l. Lucius hic citata, quod filij in  
conditione positi non censentur voca-  
ti, nisi ad ius hereditatis ad id colligen-  
dum obligati, vt quia filij sint gra-  
uati, sit apponita qualitas masculinita-  
tis, sit confectum perpetuum fideicom-  
missum, sit fundatum primogenium,  
sit appositum onus perpetuum, sit pro-  
hibita alienatio, aut agatur de conser-  
uanda agnatione. Adde etiam Anton.  
Gabriel. lib. 4. communium resolutio.  
titulo de fideicommissis, conelatione  
4. Michaelem Crassum in d. lib. senten-  
tiarum. §. fideicommissum, quæst. 13.  
Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. testamē-  
tum, quæst. 77. Rip. in l. Centurio, num.  
159. de vulg. Petram de fideicommissis,  
quæst. 9. Molin. de primogenijs lib. 1. c.  
5. & infinitos modernos & antiquos re-  
feret Præses Telsaurus, qui latè dispu-  
tat decisione 96. per totam, qui pro re-  
gula ponit, quod filij in conditione po-  
siti, non censentur vocati, vnde in fidei-  
commissis simplici & temporali falsum  
est quod Autor in præsentia dicit. Eius  
tamen decisio vera est, quia pater non  
potuit filio Didaco præiudicare, & fi-  
lius Didacus debet succedere patri  
Lupo, etiam in substitutione facta filio  
mente capto, in qua dubitatur mortuus  
est Lupus ante mortem mente capti,  
ex dicta resolutione. Cogita, quia nisi  
ex alijs tunc dicitur illos censet voca-  
tos, contra communem est eos dicere  
vocatos: a qua tamen opinio est.

Additio ad Decisionem

CCCXLII.

**N**Ota ex hac decisione, quod contra-  
ctus factus in testamento, et ad do-  
tis, est reuocabilis ex arbitrio defuncti,  
si sit collatus post mortem, quia assumit  
naturam testamenti, maximè si sit reuo-  
catus per aliam donationem cum tra-  
ditione inter vivos factam, de quo dixi  
latè lib. 3. questionum, quæst. 2. &

in additione ad decisionem. 173. ad te  
quæ diximus ad decisionem. 173. & ad-  
de consiliū famosum Romani, de quo  
Autor hic nõ meminit, & ibi Mandos,  
in additione, cons. 171. & 293. dubio. 1.  
& cons. 513. Xarez. in l. quoniam in  
prioribus, quæst. 8. ad l. regiam, nu. 17.  
Tellum in l. 17. Tauri nu. 83. Dueñas  
reg. 151. Azue. in l. 3. nu. 96. tit. 2. lib. 5.  
recopil. & adde, quod hæc decisio non  
mihi videtur vera, si constat, quod do-  
nauit causa dotis, & promisit non re-  
uocare: & contrarium tenui in d. quæ-  
stione. 22. & adde Valascum consulta-  
tione. 102. per totam.

Additio ad Decisionem

CCCXLIII.

**A**Dde huc decisione Villalobos in  
suis communibus, lit. N. nu. 61. Fer-  
raram in sua præxi, in forma exequutio-  
nis sententiæ; glo. 1. Deci. cons. 7. nu. 7.  
Bartho. Soci. cons. 83. nu. 26. & 30. lib.  
4. & cons. 31. nume. 3. lib. 3. Auenda. in  
tract. de. 1. & 2. decreto; nume. 16. Mei-  
ness. in l. 1. nume. 31. C. de iuris & facti  
ignorantia. Grosium in l. 1. §. 1. colu-  
60. ff. quod quisque iuris, & vide Did.  
Perez, Xarez, & alios, quos allegat  
Azue. qui latè materia tractat in l.  
2. a num. 26. tit. 17. lib. 4. recopilat. Co-  
uar. in practicis, c. 23. & in terminis exe-  
quutionis vide eundem Azue. in l. 6.  
tit. 17. a num. 7. lib. 4. Menoch. in tract.  
de arbitrijs iudicium, lib. 1. quæst. 381.  
per totum, & vide l. 2. & 3. tit. 19. lib. 2.  
recopil. & ibi Azue. Ol. in anony-  
mij; ad Villalobos, lit. E. a. num. 22. Bur-  
sat. cons. 74. num. 29. lib. 1. & latissime  
Robert. Lancelo. in tract. de attentatis  
2. part. c. 17. per totum, maximè nu. 100.  
& autores omnes, maximè Rip. in l. 4.  
§. condempnatio. ff. de re iud. & ego dixi lib.  
1. quæst. quæst. 5. Certè iure communi  
exceptio nullitatis ob incompetentiam  
f semper



semper impedit executionem, nisi quando obijcitur contra tres conformes, aut contra sententiam latam in gradu supplicationis per Auditores Cancellariorum. Sed in praxi, & secundum ius Regum contrarium dicunt Azeved. Auend. & Olanus, quorum opinionem admitterem, quando nullitas proponeretur coram exequutore, non sic coram eodem iudice, qui sententiam tulit, aut aduersus exequutoriam Auditorum coram exequutore, nisi esset eui dens, tunc admitteretur coram exequutore sententia alicuius inferioris, qui teneretur suspendere executionem, & remittere primo iudici: & quod Autor hic dicit, procedit secundum legem sui regni, quam allegat.

Additio ad Decisionem CCCXLIII.

Nota primo ex hac decisione, quod successor in maioratu non potest alterare, fundato iis voluntatem in praxi iudicium vocatorum: de quo vide late Molin. lib. 1. de Hispanorum primogen. cap. 8. a num. 24. cum sequentibus.

Nota secundo ex lege Lusitanæ, non posse clericum sua bona patrimonialia ecclesiastica officere, nec relinquere. Ecclesiæ, ac per consequens non possidetis instituere capellam, aut maioratum, in quo semper clerici succedant. Adde his Lambertii in tract. iuris patronatus lib. 1. par. 1. quæst. 5. art. 4. & Aurelium Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titulo de causa priuationis ob alienationem, limitatione. 20. num. 1. & Aluarum Valasque consultius in num. 7. vbi qui non potest alienare, non potest facere capellam de bonis propriis alienari.

Additio ad Decisionem CCCXLV.

Nota, quod quando res est solita emphiteoticari, non requiruntur in eius emphiteoticatione solennitates quæ de iure requiruntur in alienationibus bonorum Ecclesiasticorum. Adde Benintendū decisione Bononiensi. 13. Paris. conf. 85. nu. 11. lib. 4. Calcan. conf. 11. Rol. à Valle conf. 1. a nu. 82. lib. 1. & cum pluribus Iul. Clarum lib. 4. sententiarum. 5. emphiteosis, quæst. 6. Mascard. in tract. de probatio. 1. par. conclus. 75. vbi Redoan. & alios allegat, Caldas in tract. de renouatione contractus, quæst. 11. a nu. 30. & de solennitate præsumenda ob cursum temporis, late eūdem. 2. par. q. 602. & 603. & in d. 1. par. conclus. 74. & 75. & de his omnibus diximus latius in nostro libro. 3. quæst. q. 23. de tit. & solennitate præsumenda, & decis. 323. alias. 325 & decis. 83. & 48. & decis. 16. & decis. 192. & decis. 156. & adde Alex. Raudensem in tract. de contractibus emphiteoticis fol. 68. num. 128. & num. 30. pag. 256.

Additio ad Decisionem CCCXLVI.

Nota. 1. ex hac decisione, quod fideicommissum inducitur ex verbis enuntiativis, & ex alijs coniecturis.

Nota secundo, quod legatum relictum filio spurio, valet vsque ad quantitatem alimentorum, & cessat, eo habente unde se alat, & etiam si sit incertum, valet.

Primo notabili adde Menoch. plures elegantè conf. 369. a nu. 3. lib. 4. Tiber. Decian. conf. 1. num. 301. lib. 1. Fabium Turretum conf. 81. a nu. 65. lib. 1. eūdem Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsumptio. 67. latissimè Manticam de coniecturis lib. 8. titu. 1. per totum. Simonem de Pretis in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 3. fol. 4. col. 4. fol. 80. fol. 77. & fol. 3. fol. 79. Mascard. de probatio. 2. parte, conclusione

clutione. 774. Crassum in libro sententiarum. 5. fideicommissum, quæst. 4.

Secundo adde Anto. Gomez. Velaz. & alios in l. 9. & 10. Tauri, & ibi Ceruantes a nu. 45. cum sequentibus. Cordubam de Lara in tract. de alimentis, ad 5. sed si filius, a nu. 120. & 132. Couar. in 4. 2. par. c. 8. 5. 6. a nu. 10. Palacios Rubios in c. per vestras, nor. 3. 5. 24. Castel. & Tellum Fernandez in d. l. 10. Molin. de primog. Hispan. lib. 2. c. 15. a num. 54. Rojas in tract. de successione ab intestato. c. 22. nu. 4. Laram in d. tract. ad 5. idem rescriptit, num. 65. Crauertam conf. 199. lib. 1. & adde latissimè Masien. in l. 8. glo. 1. a nu. 16. cum sequentibus, tit. 8. lib. 5. recop. & adde etiam Crauertam conf. 219. num. 7. lib. 2. Doctorem Gutierrez lib. 2. practicarum, quæst. 109. & 110. & Azeved. in d. l. 8. a nu. 10. & de incertitudine, quod non vitiet fauore alimentorum, vide Meness. per tex. ibi in l. 1. C. de fideicommissis Menoch. de præsumptio. libro. 4. præsumpt. 106. nu. 11. Tandem nostra decisio in totum vera est, & procedit etiam extante dicta. l. 9. nam pater spurio diuiti non poterit alimenta legare, nec aliquid pro alimentis relinquere, nec vltra necessitatem alimentorum, quæ, vt in pluribus decisionibus supra dictum est, debent ei dari secundum qualitatem suæ personæ, & non parentis, licet qualitas patris aliquid addat, vt in quadam decisione diximus: nec etiã intrantum potest relinqui filio habenti unde se alat, etiam pro alimentis, vt contra Couar. inagis communiter doctores sentiunt. Secus verò in matre & in patre respectu filij naturalis, cui vt extraneo potest legari intra quintum: fateor tamen, quod si spurius tempore relictus esset pauper, licet postea fuerit, diues, non teneretur reddere relictum sibi solutum, quidquid dicat præsens decisio, quam nullus prædictorum allegat.

Additio ad Decisionem CCCXLVII.

Adde huic decisione, quæ diximus ad decisionem. 70. & ad decisionem. 192. & ad decisionem. 93. & ad decisionem. 26. num. 5. semper conclusimus contra Autorem hinc cum Molin. & alijs, & magis communi opinione, bona maioratus non posse præscribi per minus tempus quam immemorabile, licet in alijs Autorem sequuti simus, excepto quo ad locanda vel emphiteotica bona maioratus per tempus longum vltra decem annos, in quo Molinam & magis communem sequuti sumus, licet in aliquo ab eo discesserimus.

Additio ad Decisionem CCCXLVIII.

Nota duo ex hac decisione. Primum, quod filius non representat patris personam quo ad succedendum patrio transuersali: de quo vide quæ late diximus & distinximus decisione. 59. & 158. & 174. & in alijs locis ibi citatis, & semper diximus, non procedere has decisiones, quæ non admittunt representationem inter transuersales. secundum legem 40. Tauri, & consutauimus periculosas extensiones Molinæ, & Gutierrez, cū Velazquez, & alijs: vide ibi.

Secundum, quod consensus potest interuenire post actum, & quod non probatur ex sola præsentia: de quo vide dicta ad decisionem. 27. & ad decisionem. 215. & ad decisionem. 72. & ad decisionem. 168. & interim vide latissimè Mascard. in tract. de probatio. lib. 3. conclusione. 1219. & 1. parte conclusio. 417.

Additio ad Decisionem CCCXLIX.

Adde huic decisione, quæ diximus ad decisionem. 250. alias. 251. & ad

decisionem. 262. alias. 263. vbi late de materia egimus, & plures allegauimus. Addit tamen hæc decisio, quod præsentia consanguineorum purgat metum præcedentem, aut suspiciones metus: cui contradicit Autor, quando de metu constat; de quo vide Alcia. in tract. præsumptio. reg. 1. præsumptio. 21. & cum Grammat. Crauet. Cæpol. & alijs infinitis, vide Menoch. in tract. de præsumptione. 128. Mascard. in tract. de probatione. lib. 2. conclus. 151. a nu. 27. & notanter Meness. in l. transactionemque dominiij. C. de transactio. vbi an metus purgetur ex præsentia consanguineorum, arbitrio iudicis dimittit: quod verum credo.

Additio ad Decisionem CCCXLIX. alias C C C L.

**N**Ota ex hac decisione, quod testamentum imperfectum imperfectio voluntatis, scilicet, quia defunctus perficerenon potuit, non valet etiã quoad partem perfectam, & ita dicit iudicatum: de quo vide quæ diximus ad decisionem. 221. alias. 222. & decisionem. 46. & decisionem. 81. Vide etiam dicta per me lib. 1. questionum, quæstie. 1. Ad id quod dicit Autor hic de voluntate minus solenni, an causet retentionem, vide Mantiam de coniecturis, lib. 2. tit. 14. num. 16.

Nota secundò, quod ex his verbis, Mea terça ha de ser de mi marido, non inducitur legatum, contra notata in dicta decisione. 81. & adde Bal. conf. 198. lib. 4. Crotum conf. 143. num. 30. Mantiam de coniecturis lib. 3. tit. 12. Crausum in § fideicommissum, quæst. 4. a nu. 11. adde etiam Simonem de Pretis & alios allegatos ad decisionem. 345. alias. 343: & adde elegans consilium Sfortia. 64. lib. 1. protu, qui in propria causa consuluit, late in pucto Menoch.

in tract. de arbitrarijs iudicium lib. 2. cent. 5. casu. 496. a nu. 26. qui omnino videndus est, & certe verum dicit Autor, nam verba enuntiativa, maxime de futuro, nisi vel propter fauorem præcausæ, vel quia pluries sint geminata, vel constet ex alijs coniecturis de absoluta & perfecta voluntate, non disponunt, & ideo in omnibus & per omnia bene iudicauit præsens decisio, quidquid in quadam causa iudicatum fuerit in contrarium in Cancellaria Vallisoleana contra per Mascard. & alios dicta in locis citatis.

Additio ad Decisionem CCCLI.

**N**Ota ex hac decisione, qualiter furor & dementia probetur, & qualiter probetur sanitas metis, de qua materia egimus ad decisionem. 46. & ibi plura citauimus, & interim vide Mascard. in tract. de probatio. 2. par. conclus. 1040. & conclus. 824. & 825. & 826. & 827. & vide quæ diximus ad decis. 303.

Nota secundò de valore donationis omnium bonorum cum reseruatione usufructus, & alicuius quãtitatis ad testandum, de qua egit Autor decisione 166. & 185. & 155. & nos in locis hic ab eo citatis, & ibi plura diximus.

Nota tertio, qualiter donatio insinuari debeat, & quando non sit necessaria insinuatio: de quo plura diximus post Autorem ad decisionem. 120. & ad decisionem. 163. & ad decis. 213.

Additio ad Decisionem CCCLII.

**N**Ota hanc decisionem valde singularem, & bene disputatam, quæ continet, quod venditio mercis liberæ ab omni tributo, comprehendit tributa præsentia, & non futura, nec ea quæ

ea quæ per casum fortuitum, & nunquam solitum nec excogitatum ex voluntate Principis proueniunt: & quod factum Principis insolitum iudicatur casus fortuitus, & nunquam quis in generali obligatione censetur se velle obligare ad tales casus fortuitos. Adde hanc decisionem Menoch. latissime consil. 27. per totum, lib. 1. Crauet. consil. 95. num. 1. lib. 1. allegat. Bald. consil. 395. lib. 2. & eundem Crauet. consil. 233. num. 14. lib. 2. Alban. consil. 1. num. 5. Neuzan. consil. 91. num. 5. Plures alios receperet Menoch. d. consil. 27. a num. 8. conuenientibus, & vide Menoch. consil. 42. num. 5. qui receperet D. ci. consil. 41. Aluarum Valasum in tractatu de iure emphiteutico, quæstione. 27. a num. 35. eum sequentibus: adde etiam Mariam Riminaldum, consil. 154. lib. 1. & vide notanter Crauetam consil. 716. num. 14. lib. 4. & 499. num. 1. & 957. num. 3. lib. 5. & dicto consil. 716. num. 13. & aligantur ad propositum eundem consil. 586. num. 3. & 811. num. 14. Roland. consil. 45. num. 3. lib. 3. Riminal. Iunior, consil. 441. num. 47. lib. 4. Sebastian. Medices in tract. de fortuitis casibus, parte, quæst. 11. 12. & 13. Fabi. Turpi. consil. 37. Burkart. consil. 16. lib. 1. & 138. lib. 2. & consil. 151. num. 14. & 194. num. 16. Iacobum Leonium consil. 21. Franciscu. Beciom consil. 82. lib. 1. per totum. Bonifacium Rogerium consil. 4. num. 4. lib. 2. & consil. 57. num. 16. lib. 1. & consil. 8. num. 1. lib. 1. & consil. 101. lib. 1. Tandem ex omnibus hijs & ab eis citatis constat clarè, veram esse nostram decisionem, & quod ille fuit casus fortuitus, & damnum ex casu fortuito contingens post venditionem cedit damno emptoris, & quod factum principis insolitum iudicatur casus fortuitus, ut per Crauetam in dictis consilijs, & quod de his tam insolitis casibus, in generali obligatione non censetur cogitatum.

Additio ad Decisionem CCCLIII.

**A**Dde hanc decisionem Meliorum hic citatum, & adde dicta ad decisionem 308. alias. 310. notabili. 4. & adde Caldas in tractatu de renouatione emphiteosis, quæst. 11. per totam. Et adde, quod licet opinio huius decisionis in genere verior sit, in praxi tamen non sequatur in his rebus, sed solum opinio Couar. & adde etiam Auend. respon. 57. & quæ late diximus ad decisionem. 135.

Additio ad Decisionem CCCLIII.

**A**Dde decisionem. 233. alias. 235. quæ ibi diximus, & vide Caldas ibi allegatum, & adde Menoch. consil. 106. num. 67. lib. 2. & pondera hanc decisionem, in quantum dicit posse nominari filios secundi matrimonij, non existentibus hijs primi, etiam si prima uxor, & filij eius fuerint nati ex præsumpta concedente mente: quod dubium maxime est, & contra dicta in dicta decisione, nisi defendatur ex eo quod facta sunt expressa, & emphiteosis, erat hereditaria. Cogita in actu practico, & vide dictum Caldas, qui melius alijs rem disputat.

Additio ad Decisionem CCCLV.

**A**Dde decisionem similem huic. 180. & quæ ibi diximus, & adde in materia dispensationis, an trahatur in præiudicium tertij, & litis pendens super delicto, de quo dispensatum est, Oldrad. consil. 299. Hericum & Bellameram in cap. suo, ut licet pendente. Decium in cap. si clerici. §. de adulterijs, a numero 12. de iudicijs. Anton. Gabriel. lib. 2. communium resolutionum, f. 3. titulo

titulo de iudicijs, conclusionone. 2. & 3. & cum Menoch. Parisio, Ferreto & alijs, vide Lanzelotum in tract. de attentatis, 2. parte. cap. 4. limita. 21. & de dispensatione & indulgentia Principis, an extendatur ad maioratam perditum, aut ad bona confiscata & perditam, ultra repetentes in l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de liberis & posthumis. adde latissime Sfortiam in tract. de integrum restitutione. 2. parte, quaestione 94. 95. 96. 97. 98. & Menoch. de recuperanda possessione, remedio. 10. a num. 101. & latissime & melius quam alibi per Marcum Antonium Peregrinum in tractatu de iure fisci, libro. 5. titulo. 2. Vide etiam elegans consilium Burlati 187. libro. 2. Tandem in casu huius decisionis, quia reus non erat condemnatus, nec bona fisco, nec tertio applicata, ex aequitate contrarium tenerem, & contrarium iam vidi iudicatum.

Additio ad Decisionem CCCLVI.

Adde hanc decisionem latissime Molinam in tractatu de primogenijs, lib. 1. cap. 25. per totum, qui allegat elegantem decisionem Afflictis, vbi vide Virillum de iudic. 101. & Burgos de Paz consil. 21. & adde tex. in l. 7. titulo. 13. libro. 4. recopilatio. & rex. & iura quae allegat Burgos de Paz in dicto consil. & l. 13. titulo. 10. lib. 5. recopilatio. vbi Azeved. & Matien. & l. 3. titulo. 3. lib. 7. eiusdem libri, & adde l. 1. titulo. 20. lib. 2. recopilatio. & ibi Azeved. & vide Gregor. Lopez in l. 2. titulo. 10. parte. 2. & in l. 8. titulo. 4. part. tit. 3. & Guillerimum Benedictum in cap. Raynucius. verbo, *Duas habens filias*, a num. 36. de testamentis, & Boer. de iudic. 149. & Albertum Brunum consil. 92. & Rebuffum in 2. tomo ad

ll. Gallia, & in alijs locis citatis a Burgos de Paz vbi sup. qui Cornu & alios allegat, decisioque praesens vera est, & ad alia quae decisio dicit, adde Menoch. consil. 51. & 52. lib. 1.

Additio ad Decisionem CCCLVII.

Nota primò ex hac decisione, contra sententiam tractatam in rem iudicatam allegari posse de iniustitia, si pars fuit admitta ad allegandum & probandum, & adversarius non contradixit.

Nota secundo, quod per inventarium probatur aetas filij.

Nota tertio, quod defectus mandati non sanatur ex ratificatione tacita vel expressa, quando lex aperte mandatum requirit.

Nota quarto, quod conditiones censentur repetitae in substitutionibus ad perpetuitatem maioratus.

Nota quinto, quod non fit digressio de vna linea ad aliam, ad excludendum foeminam filiam ultimi possessoris, sed semper foemina de linea possessorum praefertur transuersalibus.

Nota sexto, quod proximior ultimi possessoris praefertur semper in successione maioratus, etiam si testator dixerit, *Proximiores meos, aut de me.*

Notabili primo additio Inno-cent. in l. patre furioso, a num. 22. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Felin. in cap. quoniam contra falsam, num. 29. de probatio. & adde Grego. in l. 13. tit. 11 par. 3. late Robertum Lanzelotum in tract. de attentatis, 2. parte. 4. limita. 5. a num. 14. Azeved. in l. 4. a num. 4. tit. 7. lib. 4. recopilatio. & in l. 1. tit. 21. nu. 16. eo. lib. 4. & in l. 3. num. 9. tit. 2. eod. libro. Raro tamen in praxi, aut nunquam hac doctrina servatur.

Secundo adde late Mascari in tract. de proba-

probatio. part. 2. conclusionone. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675.

Tertio dicto adde Imol. in cap. cum in iure peritus, nu. 25. de officio deleg. Menell. in l. vbi pactum, num. 10. & l. 2. C. de transactio. Boeri. decisio. 171. a num. 20. & adde cum Rebuffo, Azeved. in dicta. l. 3. a num. 9. 10. 11. 13. & in l. fin. a num. 6. tit. 21. lib. 4. recopilatio. Resolutio est, quod mandatum potest ratificari, gesta scilicet per procuratorem assertum posse ratificari per dominum, antequam in parte sit oppositum, siue in via executiva, siue ordinaria, & de consensu tacito ex praesentia vide Matien. in l. 3. titulo. 3. a num. 5. lib. 5. recopilatio. & licet ex ibi allegatis videatur sufficere tacitus consensus ad ratificationem mandati, tamen quod nostra decisio dicit, semper practica-tur.

Quarto dicto adde quae late diximus ad decisionem. 27. & ad decisionem. 224. alias. 225.

Quinto dicto adde in terminis Burgos de Paz consil. 29. per totum, & Molin. lib. 3. de primogenijs capit. 4. per totum. Velazquez de Auendaño in l. 27. Tauri glo. 2. num. 10. & adde quae diximus ad decisionem. 93. & 59. & 158. & 164. & 337. alias. 339.

Sexto dicto adde late dicta ad decisionem septimam in proprijs terminis, & conclude, quod nisi ex coniecturis & verbis testamenti constet foeminas exclusas, bene iudicatum est in praesenti decisione, & sic pluries in his regnis iudicatum est.

Additio ad Decisionem CCCLVIII.

Nota singularem decisionem contra mentem Autoris, quod dos promissa consanguineo pro matrimonio contrahendo ex dispensatione sumi-

mi Pontificis, praefertur, domi contra-cta medio tempora ante aduentum dispensationis, nec dispensatio trahitur retro in praesudicium tertij, cui est ius quaesitum. Adde tex. cum glo. in l. si spō salibus. ff. de iure dotium, & Campelgium in tractatu de dote, parte. 1. quaestione. 93. num. 4. & Bald. Nouellum de dote, membro. 14. in convenientijs inter dotem putativam & veram, convenientia. 3. & 2. & convenientia. 1. de de ratihabitione Tiraquel. in tractatu de retractu, lib. 1. §. 1. glo. 10. a num. 69. cum sequentibus, & glo. 18. a num. 82. & adde optimè ad propositum Negussantium in tractatu de pignoribus 5. parte, membro. 2. versiculo *Sexto de cimo*, a num. 10. cum sequentibus. Marcum Antonium Peregrinum in tractatu de iure fisci, libro. 5. titulo. 2. per totum. Adde etiam Parisium, consil. 18. lib. 1. Burlati, consil. 44. a num. 9. libro. 1. & consil. 40. num. 14. & consil. 32. nu. 6. Olascum decisio. Pedemont. 19. nu. 23. Resolutio huius decisionis est vera, quidquid Gamma dicat, quia contractus a principio ex parte dantis dotem fuit licitus, imò etiam ex parte recipientis, si recepit sub conditione dispensationis, vel alias bona fide, & per expressam obligationem praefertur doti posteriori, non ex privilegio dotis, sed ex ipsa iure communi: argumento notatorum in l. assiduis. C. de iure dotium late Couar. lib. 1. variarum. c. 7.

Additio ad Decisionem CCCLIX.

Hæc decisio tractat de pacto de non alienando, an impediat translationem dominij. Materia trita est: vide tex. & autores in l. si creditor. §. fin. ff. de distractione pignor. & ad propositum decisionis vide Tiraquel. de retractu libro. 1. in praefatione a num. 15.

Auend. in responsis, respōso. 12. Gutierrez lib. 2. practiarū, quæst. 167. & 168. & alia allegat Felicianus, de quo infra. Guid. conf. 49. Decius conf. 613. Riminal. in l. traditionibus. C. de pactis. Natta & Molina. ad Alexa. conf. 10. lib. 1. Anton. Gome. variarum to. 1. c. 2. nu. 29. Caballinus in milleloquio. 595. par. 2. Couar. lib. 2. variarum c. 15. a num. 3. Afflictis decisione. 326. Tiraquel. de constituto. 1. parte, num. 37. Menoch. de recuper. remedio. 1. quæst. 22. Anto. Gomez. 2. tomo variarum, cap. 3. num. 9. Caballin. in milleloquio. 633. parte. 2. Boer. decis. 200. Caualean. decis. 16. parte. 1. Azeueda in l. fin. titu. 10. nume. 14. lib. 4. recopil. Rebuff. 1. tomo ad. II. Gallicas, tit. de litterarum obligationibus, articulo. 2. glo. 9. a num. 28. & glo. 1. a num. 63. & glo. 3. a nume. 22. Doctorem Paz in sua praxi, tomo. 1. parte. 4. cap. 1. a num. 49. Dueñas regula. 24. Auend. ad l. 4. de las excepciones, nume. 26. Intellige tamen ad præsentem decisionem, quod si cum pacto apponatur hypotheca specialis, pactum impedit translationem dominij ex dicto. §. fin. & potest res retrahi pro tanto, nisi pactum in censibus apponatur: quod non practicatur, ut semper consului, & vidi iudicatum contra ea quæ Gutierrez vbi supra dicit; cui adde Felicianum in tractatu de censibus, lib. 3. cap. 6. & lib. 1. cap. 10.

Additio ad Decisionem

CCCLIX. alias

CCCLX.

Nota, quod quando matrimonium separatur, quo ad torum culpa videtur, vxor lucratur mediocritatem honorum, & heritorum durante diuortio, secus si absque vllius culpa, cui adde cum Audan. Segura & alijs quos allegat, Ioan. Garcia in tract. de acquæstu, a nu. 163.

& Gutierrez in tract. de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 1. a nu. 56. Couar. in 4. parte. 2. c. 7. §. 1. a nu. 6. Auend. responso. 20. limit. 6. Castell. in l. 1. 6. Tauri, nu. 52. Dida. Perez. in l. 4. titu. 4. lib. 5. ord. fol. 164. col. 1. Matien. in l. 2. glo. 1. a nu. 42. & ibi Azeued. a nu. 14. qui nostram decisionem refert, tit. 9. lib. 5. recopil.

Additio ad Decisionem

CCCLXI.

Nota, quod quæsitum ex hæreditate vel legato aut donatione constanti matrimonio, non dicitur acquisitum, nec ad eius communicationem societas coniugalis extenditur, nisi aliter deducatur in pactum, saltem per verba nimis generalia. Adde Anton. Gomez in l. 53. Tauri nu. 72. & tex. & ibi Azeu. & Matien in l. 3. tit. 9. lib. 5. recop. maxime Matien. ibi glo. 1. qui Greg. & alios allegat, latè Ioan. Garciam de acquæstu, a num. 120.

Additio ad Decisionem

CCCLXII.

Nota, quod in generali donatione non comprehenditur ancilla quæ donans ut filiam diligebat, & ab alio habebat recommendatam, quia in generali obligatione non continentur quæ quis in specie verisimiliter non esset concessurus. Adde latissime Ripam, quem miror Autorem non allegare, in l. obligatione generali, hic citata, & adde Fabiū Turretum conf. 61. a num. 70. lib. 1. & elegantem doctrinam Bonifacij Rugerij conf. 41. nume. 40. lib. 1. qui allegat Ang. conf. 248. col. 2. Facit Socin. & omnes in l. cū quid. ff. si certū petatur. Cōfirmatur decisio, quia verba quantumvis generalia restringuntur in fauorem personæ dilectæ; ex l. decurionibus, vbi glo. Barto. & Platea. C. de silentarijs, lib. 1. latè Rip. in l. 1. nu. 58. ff. de vulg. Alciatus

Alciatus in tract. de verborum signifi. lib. 1. pag. 33. latè etiam Aluarado in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 4. c. 1. a num. 2. cum sequentibus, latè Tiraq. in l. si vnaquæ, in verbo libertis, a nu. 79. de reuo. donat. Couarru. in cap. requisiti, a nu. 6. de test. Mant. de coniecturis lib. 6. tit. 1. a nu. 25. elegantissime ad propositum huius decisionis agit Simon de Pretis in tract. de interpret. vltimarum voluntatum, lib. 1. interpret. 2. dub. 2. a num. 35. ex quibus patet, æquam & veram esse hanc decisionem.

Additio ad Decisionem

CCCLXIII.

Nota ex hac decisione, quod pupillæ minori septennio, aut decennio, habitati cum auunculo, non solum non debetur salarium, sed alimenta debentur ex bonis proprijs soluere, & quædo post nouennium aliqua seruitia faciat, compensanda sunt cum alimentis. Habes similem decisionem supra decisione. 216. vide Burfat. Laram, & alios ibi per me allegatos, & quod ibi diximus verū est ad hanc decisionem.

Additio ad Decisionem

CCCLXIII.

Nota primo, nominationem ad emphiteosim non posse probari testibus nec confessione, sed necessariè esse scripturam.

Nota secundo, quod non obstante temporis cursu, præsumitur finita emphiteosis ex successione trium personarum, & non præsumitur renouata in fauorem quartæ, non obstante libro censuali, & quadam eius inscriptione.

Nota tertio, quod pater possidens emphiteosim nomine filij à matre nominati, non potest ei præiudicare, nec

petere renouationem in eius fauorem, scilicet patris.

Nota quarto, quod filius vltimi possessoris potest petere renouationem emphiteosis, exclusa nouerca, quæ iam antea impetrauerat.

Primo dicto adde Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 602. & 604. & Aluarum Valascum in tract. de iure emphiteotico, quæst. 7. maxime ad punctum, nu. 28. & num. 11. Ego non reperio, quod nominatio requirat scripturam, & si requirit, confessione aut quinque testibus potest probari, ut per dictos: hæc tamen confessio tertio non præiudicabit, nec incouenit quod sit facta in alio iudicio, ut per Valascum consul. 33. Mascard. in tract. par. 1. conclus. 384. nu. 19.

Secundo notabili adde latissime Menoch. in tract. de præsumptionibus lib. 3. præsumpt. 108. 109. & 110. & pluries supra diximus, & Mascard. vbi supra, conclus. 605. Credo, quod si tempus fuisse longissimum, etià renouatio præsumeretur: vide Caldas in tract. de renouatione emphiteosis, quæst. 2.

Tertio adde latè in puncto dictum Senatorem Caldas, quæst. 16. in d. tract. de renouatione.

Quarto adde eundem Caldas in d. tract. de renouatione, quæst. 9. per totam, & quæst. 13. & a num. 9.

Ex quibus omnibus mihi videtur, quod si quatuor illæ personæ possederunt per tempus longissimum, saltem sexaginta annorum, quod non bene iudicauit Senatus: de quo vide dicta ad decisionem. 297. alias. 299. vel. 298. & 144. & decisio. 48. & decisio. 43. & decisio. 26. & decisio. 244. alias. 245. vel. 246. & decisio. 7.

Additio ad Decisionem

CCCLXIII. vel.

CCCLXV.

f 5 Adde

**A**dde huic decisione, quæ diximus ad decisionem. 179. & ad decisionem 32. nihil enim amplius hic addendum restat.

**Additio ad Decisionem CCCLXVI.**

**H**ic decisioni adde aliam similem decisionem. 279. vbi plura diximus, & allegauimus leges huius regni, quæ agunt de concordia inter regnum Castellæ, & Lusitanæ, ibi vide: & est in meo num. 280. adde etiam dicta ad decisionem. 179. in medio.

**Additio ad Decisionem CCCLXVII.**

**N**ota, quod fructus percepti ex melioramentis, nõ restituit possessor vilis, etiam malæ fidei, nec compensantur etiam cum impensis, contra opinionem quorundam Auditorum modernorum. Hæc decisio elegans est, & ei adde Aluarũ Valascum, qui in puncto de materia agit in tract. iuris emphiteotici, q. 25. a nu. 26. & Menoch. in tract. de recuperanda possessione, remed. 15. quest. 50. nu. 609. Ioseph. Ludouicum in Rota Lucana, decisione. 7. nu. 12. Redoan. in tract. de rebus Ecclesiæ. §. de emptore, nu. 4. & §. si verò, num. 9. Caualean. decisione. 28. num. 8. part. 1. decisionem Perusinam. 34. Caualean. decisione. 44. & in indice, verbo, *melioremmentis, & expensas*, num. 1. & num. 3. & decisione. 45. nu. 67. latissimè & melius quàm ibi Ioan. Garciam in tract. de expensis, cap. 23. a num. 54. cum sequentibus. Certe licet in puncto iuris dubia & controuersa videatur hæc opinio, tamen in praxi frequentius seruatur, & semper consulo seruandam iudicando, & consulendo, quia æqua est.

**Additio ad Decisionem CCCLXVIII.**

ebba 27

**D**e hac decisione vide quæ diximus ad decisionem. 106. vbi materiam tractauimus, & plures in puncto allegauimus: & adde etiam dicta ad decisionem 226. alias. 227. & decisione. 58. & interrim vide notanter Anton. Tessorũ in sua decisione Pedemõtana noua. 111. & Seraphi. in tract. de priuilegijs iuramenti, priuilegio. 71. nu. 10. Gutierrez in tract. de iuramento confirmatorio. 1. part. cap. 6. Bursat. consi. 205. num. 23. lib. 2. Rotan. consi. 98. nu. 15. lib. 1. Afflictis, & ibi Vrsillum in additione decis. 202. & an milites nostri temporis gaudeant priuilegijs militaribus, vide eundem Præsidem Tessorũ vbi supra, nu. 5. & Gutierrez vbi supra, num. 9. Auen. in dictionario suo, verbo, *Cauallero*, Didacum Perez in. l. 1. col. 1218. tit. 1. lib. 4. ordinamen.

**Additio ad Decisionem CCCLXIX.**

**H**æc decisio tractat illam solennem questionem, de qua diximus latè ad decisionem. 186. quæ cum ista concordat: & ad id quod dicit, quod vxor tenetur ex bonis dotalibus soluere æs alienum, in nostro regno iam nullum dubium est ex. l. Tauri hic citata, quæ est recopilata in titu. 9. lib. 5. recopil. de qua vide Azeuedo, & Martiengo ibi: imò attende, quod fere semper, quando maritus accepit pecuniam mutuo ad alendam vxorem & familiam, si ipsa non sit obligata, etiam si maritus nõ sit soluendo, non compellitur vxor ad soluendum ex bonis proprijs dotalibus: & licet Gamma hic, & in dicta decisione 186. id tenuerit cum Palatios Rubios, raro tamen practicatur, idè notanda est præsens decisio.

**Additio ad Decisionem CCCLXIX. alias CCCLXX.**

Hæc

**H**æc decisio singularis est, scilicet, quod substitutio facta mètècaptæ de duabus fororibus, iuxta dispositionem tex. in. l. humanitatis. C. de impuberum & alijs, comprehendit filiam fororis, cum auuncula matre decedente in vita mentecaptæ: & pluralitas resoluitur in singularites, scilicet si fororibus substituti sunt filij earum, cui libet earum per se intelligitur facta substitutio, ex. l. Lucius. §. Caro, ad Trebell. & ex. l. hæredes mei. §. cum ita. eod. tit. de qua materia vide latissimè ambos Socinos, Zanchum, Torniel. & alios in d. §. cum ita, Alex. Iaf. & Curt. Iun. in. l. fin. C. de impuberum & alijs. Menoch in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumption. 62. & magis apte ad propositum Alex. Tuinta. inqum. in tract. de substitutio. part. 2. cap. 6. a num. 9. & de substitutio. exemplari eundem par. 3. cap. 5. a num. 5. Sfortiam in tract. de compendio, a. part. 4. quest. 8. Doctorem Spinum in tract. de testamentis glo. 14. a num. 18. Crassum in tract. sententiarum. §. substitutio, quest. 48. aut. 47. & quest. 79. per totam, maximè in terminis notræ decisionis, a num. 15. in terminis dictæ l. humanitatis, nullus eorum, quos ego viderim, ponit dictam conclusionem, nec eius questionem, salua tamè pace tanti Senatus, suspecta eam puto, quia nepotes ex fratribus existentibus fratribus, non possunt substitui furioso, aut mentecaptæ in terminis dictæ legis, vt ibi fatentur omnes. Minus ergo de eis intelligitur dicta substitutio, præsertim quia caducato primo, gradq. petunt ab eo profluentes. Cogita.

**Additio ad Decisionem CCCLXXII.**

**A**dde huic decisione, quæ diximus ad decisionem. 63. hic citata, quæ est huic similis. Vide ibi, quia nihil aliud

addendũ restat, & verũ existimo quod ait, & addit hæc decisio, scilicet, quod si adulterium non sit clarum, aut lata sententia, nõ pateat marito licentia, vltra simplex exilium, aliam grauempœnam corporalem infligere.

**Additio ad Decisionem CCCLXXII.**

**N**ota ex hac decisione, quod pactũ denegans au dientiam & omnia pacta, nisi requirant industriam personæ, & sint nimis personalia, vt scilicet, pactum, quod talis sit depositarius, transeunt ad hæredem, & contra hæredem, & etiam pactum de capiendo, & exequendo, quæ videntur personalia, & quod pactum nõ extenditur de vna persona ad aliam: de quo vide latè Tiraq. in tract. de retract. lib. 2. §. 1. glo. 6. per totam, & lib. 1. §. 1. glo. 9. a num. 129. & Menoch. in tract. de adipiscenda remedio. 5. nu. 97. & nu. 106. & Anton. Gabr. lib. 5. conclusionum, conclus. 8. a num. 31. & Gotifredum in sua praxi, tom. 2. fol. 1599. latissimè Petrum Peghi. in tract. de iure sistendi, cap. 1. num. 10. 11. 12. & 13. & dictũ Dionysium Gotifredum vbi supra, fol. 598. & fol. 603. Rebuffum in. 1. tomo ad. ll. Galliz, titu. de lit. obligatorijs, artic. 6. glo. 3. a num. 14. Xuarèz in repet. post rem iudicatam, extensione. 1. num. 10. Azeuedo in. l. a. num. 109. & in. l. fin. a num. 20. titu. 21. lib. 4. recopil. Parladorium lib. 2. resũm. quotidianarum, cap. fin. part. 3. §. 3. onq.

**N**ota secundo, quod exclusio exceptionum per statutum, intelligitur de friuolis: quod est vtile ad. l. 1. recopil. de quo vide Azeuedo. ibi a num. 176. & a nouo 59. & a num. 80. & Gutier. lib. 2. prædictarum, quest. 19. & vide ad propositum latissimè Albertũ Bruuũ in tract. de statutis & consuetudinibus, verbo, *recepte*, per totum.

Additio

Additio ad Decisionem  
CCCLXXIII.

**N**Ota tria ex hac decisione.  
Primum, quod sufficit fides notarij, licet de tenore scripturæ, cuius fit mentio in aliquo contractu, non appareat, in præiudicium contrahentium.

Secundum, quod arrhæ debentur iuxta quantitatem dotis solutæ.

Tertium, quod pars dotis à marito remissa pro soluta habetur.

Primo dicto adde Ang. in l. si donatio. C. de donatio, Bursa. consi. 24. a nu. 10. lib. 1. Curt. Jun. consi. 166. nu. 3. & 4. Ceph. consi. 177. num. 40. lib. 2. Socin. Jun. consi. 57. lib. 1. Craue. in tract. de aequitate temporis, part. 2. vers. ex premissis, Aymon. consi. 88. ad finem lib. 1. & cum Vitali, & alijs Mascari. in tract. de probatio. part. 2. conclusio. 1101. nu. 6. & 10. & 711. a nu. 31. & 52. Crauet. consi. 196. nu. 6. Nattam consi. 483. nu. 8. & 9. & adde elegantissimum consiliū ad propositū Prosperi Pasethi, qui plura refert. 72. a nu. 60. cum sequentibus, & cōcludit, quod consensus expressus vel tacitus partiū operatur id quod dictum est, alias falsum esset.

Secundo dicto adde Xarez in l. 1. col. 1. titu. 2. de las arrhas, lib. 3. fori Matien. in rubrica titu. 2. glo. 2. nu. 4. lib. 5. recop. Couarrub. in 4. 2. part. cap. 3. §. 7. nu. 7. Aluarum Valascum consult. 2. a nu. 7. & ad punctum vide Aluarum Valascum consult. 3. per totam, qui approbat nostram decisionem, & dicit sic practicari, & num. 5. allegat Xarez & alios, & adde etiam ad punctum notan per Baezam in tract. de non meliorandis, cap. 12. a nu. 18. allegat Afflictis de off. 142. & decis. 333. Ad id quod Autor in hac decisione in fine dicit, quod dicitur deducuntur de aceruo, adde ad tract. ad decisionem, 308. alias, 310.

Tertio dicto adde eundem Matth. citibba.

Afflictis, Valascum in fine, & Baezam, & eundem Baezam in d. tract. cap. 24. & DD in l. singularia. ff. si cert. petatur. Et facit, quia maritus est dominus obligationum datarum in dotem, & cedunt eius periculo, vt cum pluribus iuribus probat Ioan. Garcia de expensis, cap. 13. Ex quibus patet, bene iudicatum in hac decisione.

Additio ad Decisionem  
CCCLXXIII.

**N**Ota, quod promittens vendere, potest alij vendere, & potest pœnitere ante confectam scripturam, si requirebatur. Adde ad propositum dicta ad decisionem. 43 & adde latissimè Tiraqu. in tract. de retractu, lib. 2. ad finem tituli, a nu. 56. cum præcedentibus & sequentibus: Matien. in l. 6 tit. 6. glo. 7. a nu. 4. & in l. 2 glo. 7. titu. 16. lib. 5. recop. Auend. respo. f. 12. Gutierrez lib. 2. practicarum, quæst. 167. Hipp. R. in consi. 52. lib. 1. & vide quæ dixi ad decisionem. 206. aut. 207. nu. 7. Concludit, quod promittens vendere, compellitur vendere, & si non faciat, tenetur ad interesse: si tamen alij vendat, valet venditio. De alijs verbis dictis in hac decisione, diximus in locis citatis, quid iure regio tenendum sit.

Additio ad Decisionem  
CCCLXXV.

**N**Ota, quod si probatio casus requirat scripturam, & ex dispensatione Principis sufficiat probare per testes, sufficiunt duo, & non sunt necessarij quinque. Adde ad tract. ad Aluarum de iure emphiteotico, quæst. 7. & quia alias gratia Principis nihil operaretur; arg. si quando. C. de in officio. testamento, & quia res de facili redit ad suam naturam, vt in l. si quis. §. pactus ne pœteter, & ibi

& ibi Oroscius. ff. de pactis. & adde Sfortiam consi. 100. a nu. 85. lib. 1.

Additio ad Decisionem  
CCCLXXVI.

**N**Ota, quod pater filij administrator potest renuntiare commisso in emphiteosi filij, maxime si res dubia sit. Adde in argumentum quæ notat Baeza in tract. de nō meliorandis, cap. 24. per totū. Adde etiam Pin. in l. 1. 3. part. a nu. 102. vers. alia ampliatio. C. de bonis maternis, & a nu. 44. & in puncto eleganter Socin. consi. 66. num. 20. lib. 3. Corn. consi. 187. num. 1. lib. 1. Aurel. Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob non solum canonem; limit. 123. a nu. 17. qui secundum hanc opinionem concludunt. Limita, nisi esset in filij, damnatum habere talem emphiteoram.

Additio ad Decisionem  
CCCLXXVII.

**A**Dde huic decisioni Autores omnes, maxime Purpuratum in l. cum quid, hic allegata, & Abanum ad Bart. in l. Paulus, de solutionibus, & adde latissimè & melius quam alibi per Albertum Brunum in tract. de augmento & diminutione monetarum, part. 1. per totam, & dominum episcopum Couarr. in tract. veterum collatio numismatum, cap. 7. §. vnico & sequenti, per totum, & adde Caballinum in tract. de contractibus, quæst. 10. & quæst. 93. & Matienzo in l. 2. glo. 8. tit. 13. lib. 5. recop. & Azeu. in l. 6 titu. 21. lib. 5. recopil. Doctorem Gutierrez lib. 2. practicarum, quæst. 179.

Additio ad Decisionem  
CCCLXXVIII.

**H**æc decisio singularis est, & quotidie in praxi contingens, quæ dispo-

nit, q. filia cōsentiente patre, & volens religionem profiteri, potest absque iuramento renuntiare successionem futuram, & præiudicabit monasterio, etiam si ea professa obuenerit hæreditas; & iam aliquibus vicibus habui in praxi, & obtinui: cui vltra Couarru. & Gutierrez hic citatos, adde Burgos de Paz consi. 5. per totum, & decisionem capit. 16. sessione. 25. in sacro Concilio Tridentino de reformatione, & adde nouissime Burfatum consi. 53. 1. a nu. 9. cum sequentibus lib. 4. & adde latissimè & elegantissimum consiliū Putei post consilia Sfortiæ, per totum, & melius ad punctum adde Paul. & Imol. in l. qui superstitis. de acqu. hæred. Paul. & Alexand. in l. pactum quod dotali. C. de collatio. Co. consi. 272. lib. 3. & Doctorem Spino in tract. de testamentis, glo. 12. a nu. 51. & Felleum Fernandez in l. 6. Tauri. a nu. 61. Couarru. in cap. 1. num. 20. de testamentis, & in cap. quæuis pactum 3. part. §. 2. in principio, de pactis in. 6. Gutierrez in d. c. quamuis pactum in principio a nu. 61. & vers. cum dum nupti tradebatur, in principio. Tandem quæ sunt communes contrariæ, sed vera est nostra decisio, & secundum eam quot. die iudicatur.

Additio ad Decisionem  
CCCLXXIX.

**N**Ota, quod pater tenetur dotare etiam filiam nuptam sine dote, & diuitem, quæ alias habet vnde se dotet: mater vero solum modo filiam inopem, quæ non habet vnde se dotet. Adde Rip. nume. 70. Paris. num. 100. Bolognet. num. 94. in l. 1. ff. solut. matrimo. Meness. in authentica res quæ, a nu. 72. C. communia de legatis, decisione Perusinam. 21. num. 20. Spino de testamentis glo. 10. a nu. 12. cum sequentibus, & l. 8. tit. 11. part. 4. Couarr. in 4. 2. parte

parte, cap. 3. §. 8. a nu. 8. Baezam de non melioradis dotis ratione filiabus, cap. 5. a num. 3. Palat. Rubios in cap. per vestras. 3. notabili. §. 2. num. 4. Mexiam ad. l. Toleti. 1. part. fundamento. 2. a nu. 34. Guiller. Benedict. in capit. Raynuthius, verbo, *dotem quam ei dederat*. num. 24. de testamentis. Greg. in. l. 6. titu. 19. part. 4. Ioan. Garciam de expensis, cap. 4. a nu. 2. & in puncto de matre adde. l. 2. titu. 1. part. 4. & Greg. in. l. 3. tit. 19. part. 3. Mol. lib. 2. de primogenijs, cap. 15. nu. 2. Ioan. Garcia. de expensis cap. 3. a num. 29. & facit dicta. l. 3. late & eleganter Spino vbi supra, a num. 36. Matienz. in. l. 7. glo. 7. a nu. 7. tit. 9. lib. 3. recop. Prosperus Pasethus conf. 52 num. 23. lib. 1. & quia hæc conclusio vera est, nihil amplius illi adendum est.

**Additio ad Decisionem CCCLXXIX. alias CCCLXXX;**

**N**Ota duo ex hac decisione. Primum, quod Abbas & conuētus non possunt monacho concedere emphiteosim cum facultate nominandi personas, quia propriū habere non potest, nec persona ab eo nominata ius aliquod cōsequitur. Secundum, quod filia spuria monachi nominari non potest, nec per tempus vt nominata præscribe re emphiteosim.

Ad secundū adde latissimè Senatorem Caldas, qui hanc nostrā decisione allegat in tract. de nominatione quæst. 19. a nume. 75. & a nume. 78. & 79. qui allegat Balb. de præscrip. 4. part. 4. part. 9. §. 18. Pint. in rub. de bonis maternis fol. 26. Crauet. de antiquitate temporis. fol. 13. num. 10. Menoch. illustrium cōtrouersurum. q. 81. nu. 28. Tiraq. de primog. q. 30. a nu. 9. & adde nostrū Autorem, & quæ ibi diximus decis. 149.

Ad primum adde eundem Caldas in d. tract. quæst. 6. & de renouatio. q. 19. a nu. 6. & 7. & Spinum de testamentis glo. 2. a nu. 20. Bertachi. in repertorio, verbo, *monachus acquirat*, & verbo, *monachus succedit*. Conclude, quod nec monachus potest cōstitui verus emphiteota ab Abbate, nec ipse nominare ex proprio contractu, nec nominare suū filiū spurium: absurdū enim nimis mihi videtur, existimare, quod monachus etiā ex licentia Abbatis possit acquirere ius irreuocabile ex contractu, sibi aut alij: hoc enim est propriū habere, & sic existimo, iuste & sanctè iudicatum esse in hac decisione. Cogita.

**Additio ad Decisionem CCCLXXXI.**

**N**Ota ex hac decisione, quod legatū factum alicui nomine proprio, si sit alius eiusdem nominis, debetur ei qui magis propinquus, dilectus & amicus testatori erat, & pro quo cōiecturæ voluntatis defuncti existunt, de quo vide Peraltam in. §. inter duos, hic allegato, & Mathæum de Afflictis in cap. 1. §. & si clientulus, de alienat. feudi. Anch. conf. 38. not. 1. & conf. 27. Roma. conf. 408. nu. 4. Curt. in conf. 22. nu. 8. Menes. cum Bal. ibi in. l. voluntatis. C. de si de commissis. Roma. conf. 438. nu. 6. in fine, & cum Decio & alijs vide Mantecam benè ad propositum huius decisionis loquentem in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 8. titu. 4. a num. 3. cum sequentibus Crassum in suo libro sententiarum. §. legatum, quæst. 74. Menoch. de præsumptioni lib. 4. præsumptione. 107. & conf. 434. lib. 5.

**Additio ad Decisionem CCCLXXXII.**

Nota

**N**Ota, quod fideiussor indemnitate, etiam si constituat se principalem, & renuntiet omnibus legibus pro eo facientibus, non potest conueniri non excusso principali. Adde X Suarez ad titulum de los emplaçamientos. §. quæritur vterius, num. 11. & 7. Auiles in cap. 10. iudicum syndicus, glo. 1. nu. 4. Anto. Gomez lib. 2. variarum, cap. 13. nu. 3. Afflictis, & Vrsill. decisio. Neapolitana, 318. Dueñas reg. 335. Gutier. de iuramento confirmatorio. 1. part. cap. 23. a num. 26. Azcu. in. l. 13. titu. 5. lib. 3. recop. Resolue, quod iure communi & Regio hæc opinio vera est, maxime si adsint verba, de quibus in. l. decem, de verborum obligatio. In fideiussoribus tamen iudicium & tutelam licet solum videantur promittere, sed indemnitate: ex renuntiationibus tamen amplius contrarium in praxi seruatur, de quo vide Gutierrez vbi supra, & sic iam vidi iudicatum: vide etiā quæst. lib. 1. quæstionum, quæst. 41.

**Additio ad Decisionem CCCLXXXII.**

**N**Ota, quod legata pia relicta in minus solenni testamento, valent si datus testibus prohibentur. Adde. Ipan. de Anaia conf. 28. col. 4. Anton. Rub. conf. 71. Couar. in cap. relatum. 1. nu. 3. de testamentis, & late disputantibus Burgos de Paz in. l. 3. Tauri. 1. part. conclusio. 4. a num. 78. cum sequentibus. Mencha. de successorum creatione. §. 22. nume. 12. Crass. in tract. sententiarum. §. testamentum, quæst. 8. num. 8. & adde late Mantecam in tract. de coniecturis, tit. 3. lib. 6. Simonem de Pretis in tract. de interpret. vltimij volunt. lib. 3. interpret. 3. fol. 6. a nu. 7. & 8. opiniones sunt ceterarum & cōmūnis, & magis communis contra legata pia, sed contra decem tenenda est iudicando & consulendo, nisi testamentum sit imperfectum

etum imperfectione voluntatis, de quo vide Crassum vbi supra, q. 19. & quæ late diximus lib. 1. quæstionum, quæst. 1. & in pluribus decisionibus huius libri.

**Additio ad Decisionem CCCLXXXIII.**

**N**Ota primo ex hac decisione, quod contractus potest in testamento fieri, & si fiat in fauorem absentis, & maxime si sit donatio, fortitur naturam vltimæ voluntatis, etiam si habeat clausulam constituti: secus si fiat parte præsentis & acceptante, per notabile consilium Romani hic citatum, de quo vide dicta per me lib. 3. quæstionum, quæst. 22. vbi late & notabiliter declarauit dictum consilium, & quæ dixi ad decisionem. 258. alias. 259. & dicta in decisione. 8. & decisione. 339. aut. 344. Ias. conf. 6. lib. 4. & Matien. in. l. 7. glo. 3. num. 2. titu. 10. lib. 5. recop. & in. l. 1. glo. 4. a num. 24. tit. 6. lib. 5. recop. Tiraquel. de constituto. 1. parte num. 23. & 24. part. 24. ampliatio. Baezam in tract. de non meliorandis, cap. 20. num. 16. & omnino vide Matienzo vbi supra, quæ plura allegat & ponit quæ de donatione facta vide latissime, & cum pluribus disputantem in. l. 7. glo. 2. a num. 9. tit. 10. lib. 5. recop. Couar. lib. 1. variarum, cap. 14. & in rubrica de testamentis. 5. part. 1. nu. 2. lib. 1. Clarum Ab. de sententiis quæst. 22. nu. 76. & eundem de contractu facto in testamento in d. testamentum, quæst. 7. de quo principio vide Paris. consilia nume. 69. lib. 3. & 19. nu. 46. nu. 36. lib. 4. & Boer. de iur. 3. §. nu. 4. & omnino vide Ceph. conf. 213. nu. 2. & 17. nu. 38. & 73. nu. 12. & per totum consilium. lib. 5. Menoch. conf. 489. num. 15. & 493. num. 10. & vide Tiraqu. in tract. de privilegijs pia causa, privilegio. 11. Vide etiam Tiraqu. in tract. de constituto. 1. parte in

## Secunda pars Additionum

In principio num. 23. Ex quibus allegationibus constat, quod Autor bene loquutus est in decisione secundi dubij: in decisione vero prima male, propter fauorem piz causæ, in cuius fauorem ualeat donatio absentis facta, nemine pro eo acceptante, absq; eo quod possit reuocare, & ex verbis testamenti constabat, quod testator uoluit donare, & donare irreuocabiliter: & certius hoc est iure nostro regio, ut diximus in dicta decisione. 8. & notant Matienço, & alij supra citati.

Nota secundo, quod donationes de pluribus rebus factæ pluribus eodem tempore & contextu, requirunt inscriptionem: de quo uide Iulium Clar. in d. donatio. quest. 17. Couarr. lib. 2. variam resolutionem. cap. 16. num. 28. Ioan. Mariam Aquilinum in l. 1. §. si d. simili. a num. 8. ff. de uerborum oblig. Emanuel. Xarez cum pluribus lib. 8. communium. tit. 23. a nu. 38. Ego uero, si personæ non sint accessorizæ unæ alteri, & quod in effectu uideatur unæ donatio in fauorem omnium, sed sint differentes, & res differentes, & causæ donandi differentes, & fraus absit, suspicium hoc dictum puto. Cogita.

Additio ad Decisionem  
CCCLXXXV.

Adde quæ diximus ad decisionem. 173. num. 6. & adde Tiraquad. de heres. §. h. de heremone, l. 1. num. 1. cum sequentibus Molinam de primogenijs lib. 2. cap. 4. a num. 38. Aluarum Valasium consult. 102. per totam. Adde Hieronymum Gabriel. consi. 83. a nu. 30. lib. 1. qui quasi in terminis loquitur, & Ioan. Marcum Aquilinum in l. Centuriosum. §. ff. de vulg. & pupillari.

Additio ad Decisionem  
CCCLXXXVI.

Nota tria ex hac decisione. Primum, quod sententia lata inter duos principales, & ad quos principalis defensio causæ pertinet, nocet alijs in consequentiam ius prætentibus non citatis.

Secundum, quod libertorum fratrum vnus succedit alij, licet mater mortua fuisset in seruitute.

Tertium, quod dispensatus quo ad quædam, non consequitur ius patronatus, nisi sit plene legitimatus.

Primo adde late Molin. lib. 3. de primog. cap. 8. a num. 3. Couarr. in pract. cap. 13. num. 6. Pinel. in l. 1. §. 3. par. num. 48. C. de bonis maternis. Menes. in l. vnū ex familia. §. si de Falcidia. nu. 14. de leg. 2. Menoch. lib. 1. de success. creatio. §. 6. num. 28.

Secundo adde Portium in §. vltimo, instituta de successione libertorum, & Petrum Gregorium in syntagmate iuris vniuersi, part. 2. lib. 45. cap. 19. a num. 9. allegat. §. 1. instituta de successione libertorum, & l. 3. de suis & legit. hered. §. 2. & §. postea, eodem tit. & §. sed & nostra constitutio. Adde Bologniam ad Matthesianum hic dictum, qui contra eum tenet.

Tertio adde dicta decis. 278. alias. 279. & decis. 314. & decis. 11. & in decisione. 2. & 3. & adde Tellum Fernandez in l. 1. §. 2. Tauri nu. 22.

Additio ad Decisionem  
CCCLXXXVII.

Adde huius decisione Auctores quos citauimus ad decisionem. 335. alias. 337.

Additio ad Decisionem  
CCCLXXXVIII.

Nota singularem conclusionem, quod in successione maioratus, ubi vocatur filius maior, & semper con-

sanguineus proximior, non admittitur representatio, & ideo nepos maior ex filia minori, præfertur nepoti minori ex alia filia maiori; adde dicta ad decisionem. 345. alias. 347. & ad decisionem. 215. & ad decisionem. 307. alias. 308. & ad decisionem. 69. & ad decisionem. 74. & ad decisionem. 7. & ad decisionem. 174. & ad decisionem. 59. & ad decisionem. 158. & in puncto adde Costam in tract. de successione regni, pag. 174. & 175. & eum referentem Ienatorem Caldas in tractatu de nominatione emphyteutica, quest. 17. a num. 51. & adde in simili Velazquez in l. 40. Tauri, glo. 9. num. 75. & Alex. Raudensem in consi. pro Rege nostro super successione regni Portugallie. 142. a num. 30. lib. 2. consiliorum Zileti de vltimis voluntatibus, & Greg. in l. 2. titu. 15. part. 2. verbo, *el mas propinquo*, & ibi Humada. Anton. Gomet. in l. 8. Tauri, nu. 19. Mieres de maioratibus. 1. part. quest. 5. num. 31. Velaz. in d. l. 40. glo. 14. num. 25. & 27. Gutierrez lib. 3. practica. rum, quest. 66. a num. 12. cum sequentibus, Autor semper tenuit hanc sententiam, sed in descendentibus à primis uocatis absq; dubio datur representatio, ut saepe diximus, & sic non uera est, nec in his regnis practicitur, ex l. 40. Tauri, nec etiam in descendentibus à primo, qui ut proximior successit in defectum uocatorum. Habet tamen locum in primo succedente, ut proximior in defectum linearum uocatarum, ut in dicta decisione. 308. aut. 307. vel. 345. aut. 347. diximus, licet plures contrarium uelint.

Additio ad Decisionem  
CCCLXXXIX

De hac decisione diximus ad decisionem. 350. alias. 348. & ad decisionem. 146. & ad decisionem. 339. vel. 341. & plura dixit Clarus lib. 4. sententiarum. §. do-

natio, quest. 19. & Couarr. lib. 3. ref. d. titio. cap. 12. & Molin. latissime lib. 2. de primogenijs cap. 10. a num. 10. Dueñas reg. 219. & infinita refert Matienç. in l. 8. glo. 1. titu. 19. lib. 5. recop.

Vnde cum de materia sit plene actum ab his autoribus, & ab eis citatis, & nos resolutiones ueras demonstraui, frustraneum erat ab officio additionatoris egredi, & de concertationibus inter Corasium & Autorem iudicium exactum interponere: sufficit, quod autoris opinio uera & communis est, & sequenda iudicando & consulendo, & contraria aperte falsa.

Additio ad Decisionem  
CCCLXXXIX.  
alias. CCCXC.

Adde quæ diximus ad decisionem 156. ubi cum pluribus late de materia egimus. Adde etiam Molin. de primogenijs lib. 1. cap. 11. a num. 28. Clarus in lib. sententiarum, quest. 6. §. emphyteusis, & adde Parisium consi. 34. lib. 4. & adde Ioan. Garciam in tract. de expensis cap. 9. a num. 94. cum sequentibus, & Nauarr. consi. 57. tit. de præbendis lib. 3. & in tit. de rebus ecclesie, consi. 11. Tandem nostram resolutionem diximus in dicta decisione. 156. & nunc addimus, bene iudicatum esse in præsentia decisione, si hospitale erat profanum, quia ex unione beneficium fuit laicale effectum quo ad commoditatem, siue maus patrimoniale, præsertim quia extrauagans male practicitur, de qua uide ibi Canophilus. Et adde de unione Mandos. ad reg. Cellaria, reg. 11. quest. 1. & 2. adde etiam Clarus lib. 4. sententiarum. §. feudum, quest. 32. num. 3. Adde etiam Becium consi. 92. per totum, lib. 1. & Berrettam consi. 111. & consi. 92. lib. 1. Adde etiam Bursat. consi. 50. a num. 12. lib. 1. & consi. 127. a nu. 121. lib. 2. & consi. 104. a nu. 6.



## Secunda pars Additionum

lib. 1. & Ioan. Marcum Aquilinum in. l. 1. §. sed si mihi, à num. 35. ff. de verborum obligat. & de vnione bonorum adde Rebuff. in praxi lib. 1. titu. de vnionibus, per totum, & de materia decimarum laicarum adde Hippol. Rinuuldum Iuniore consil. 41. lib. 1. & de hospitali & bonis eius, an sint bona laica, adde late vltra Paris. Menoch. de recup. rem. 17. à num. 26. cum sequentibus. Tandem concludet, iustam esse decisionem presentem in om-

nibus, quidquid Gamma dicat, maxime si bona erant solita locari vltra trienniu. Et cum his finem impono additionibus ad. 389. decisiones supremi Lusitani Senatus, ad laudem & gloriam diuini nominis, & Natiuitatis Iesu Christi, in cuius solenni die & nocte eas finiui: & quicquid in eis dixi, subijcio correctioni sanctæ matris Ecclesiæ, & melius sentientium.

L A V S D E O.

Finis secundæ partis Additionum.